



ps. 547. Linamentum vocetur idem significare quod apud nos  
Las Silas. Cato turundus vocat.

*Very faint, illegible handwritten text at the top of the page.*

F.A. 080

K. 0000 15 3338

29429  
L. APVLEI  
MADAVRENSIS  
PHILOSOPHI

Platonici

OPERA

Quae xtant, omnia.

Cum PHILIPPI BERGALDI in Asinura  
aureum eruditissimis Commentarijs: recent  
GODEFRACI STEVVECHI Heusda  
in L. Apulij opera omnia quaestionibus & conie-  
cturis, ne non aliorum doctorum virorum in eun-  
dem emendationibus adiectis.

Nova Editio emendatior, varijs lectionibus locupletior,  
Cum INDICE.

Curæ nouæ elenchum auersâ pagellâ habes.



LVGDVNI,  
IN OFFICINA

Sumpt. Io. Degabiano & S. Girard.

MDCIV.

Quæ hoc libro continentur hæc sunt.

T O M O I.

- Marci Hopperi Basiliensis ad Stanislaum & Ioannem  
Pienias & fratres germano Polonos, Epistola.  
Raphaelis Volterrani, Apuleij librorum argumenta.  
Fulgentij Mythologicon de Psyche & Cupidine.  
Vita L. Apuleij summam relata per Philippum Beroaldum.  
L. Apuleij de Asino aureo libri XI. cum Philippi Beroaldi  
Commentarijs ad D. Petrum Archiepiscopum Colo-  
tensem.

T O M O II.

- Floridorum Libri IIII.  
De dogmate Platonis Liber I.  
De Philosophia, siue de Deo Socratis, Liber I.  
Apologia, siue Orationes duæ pro seipso.  
De mundo, siue Cosmographia Liber I.  
De medicaminibus herbarum Liber I.  
Mercurij Trismegisti Asclepius, de voluntate Dei, L.  
Apuleio interprete Liber I. in Basiliensi editione præ-  
termissus, a nobis ex Aldina repositus.  
De Syllogismo categorico. Liber I. olim à Sichardo sepe-  
ratim editus.  
Godescalci Simeuechi Hensdani in L. Apuleij, opera om-  
nia quaestiones & coniecturae.  
Aliquot doctorum virorum in L. Apuleium emendatio-  
nes, & varia ex m. s. exemplaribus lectiones.

esta ex. purgato confuzi  
che purgato no puco  
Alano 1632. Abbt amasso  
comngs del offu





NOBILIBVS AC GENERO-  
SIS, MAGNÆQVE SPEI ADO-  
lescentibus, STANISLAW ET  
IOANNI PIENIASZEK  
fratribus Germanis  
Polonis,

MARCVS HOPPERVS  
*Basiliensis S. P. D.*



I verum est, Generosi magne-  
que spei adolescentes, quod di-  
ci solet, id esse philosophos a-  
nimis, quod Medici sunt cor-  
poribus, (quemadmodum e-  
nim hi corporum, ita animo-  
rum illi morbos curant: sicuti  
preterea gratis nunc Medici ac  
dulcibus, nunc vero amaris & ingratis pharmacis v-  
tuntur, alias item lenientia, alias vero corrodentia at-  
que pungentia non sine magno egrorum dolore loco affecto  
applicat: Ita philosophi gratis quandoque philosophiae pre-  
ceptis ac sententiis, quandoque vero verbis mordacibus,  
interdum etiam iucundis fabularum inuolucris beluinos  
animorum motus detegi, corripere & extirpare satagunt)  
non minimam profecto gratiam merentur ij, qui libris  
eorum eruendis, repurgandis ac restituendis omnem suam  
operam, diligentiam, laborem atque sumptum impendunt.  
Horum vero de numero hic quoque noster L. Apuleius est,  
cuius lucubrationes varie veteris quoque illius,

\* ij

## EPISTOLA

hoc est, Pythagoricę & Platonicae philosophiæ condimenta sapiunt. Ex quibus primum est illud de AVR EO ASINO vndecim libris diuisum opus: quo, Græcum eius argumenti authorem Samosatensem illum Lucianum imitatus, mortalium in primis stoliditatem, & ineptam quorundam, ne dicam impiam curiositatem perstringere voluisse videtur: eorū videlicet, qui, dum captus sui & naturæ virium ratione non habita, experiri omnia non minus impiè quàm stultè conantur, tandem non sine vel facultatum vel valetudinis damno, aut etiam (quod magis est) interdum vitæ ac salutis periculo, se brutis stupidiores esse sentiunt: quorum, proh dolor, mundus plena stultorum cauea est. Vel, vt quidam interpretantur, totius humanæ vitæ imaginem quandam sub hoc lusu proponere voluit, quàm videlicet varij casus, quàm fallax & inconstans fortuna, quàm incerti consiliorū exitus, quàmque imperati quandoque earum rerum, quas nunquam cogitaris, euentus esse soleant. Et sanè nihil esse absurdi, nec etiam philosopho indignum eiusmodi mutatas dicere formas, ex eo apparebit, cū non tam fabulosè quàm reuera tales accidere transmutationes ostendero. Si etenim ex philosophorum, imò ipsius Naturæ præscripto rei cuiusque forma & *εἶδος* nō ab externo illo habitu foris que apparente cortice æstimanda, sed ab intus vi latente & iis quas *εἰσὶν ἰδὲς διαφοράς* Græci vocant, iudicanda est (alioquin enim orichalcum esse aurum, plumbum argentum, noctilucas ignem, truncum plantam, statuā hominem, & fictum quodque, quia veri speciē habeat, verum esse necesse sit) nimirum homini quoque non externa illa corporis figura, vel membrorum oculis exposita dispositio, sed mens siue animus sua intus munia per externa obiens, suū *τὸ εἶδος* præstat. Id quod variis, veterū quidam, modis significare voluere. Nam quid aliud

N V N C V P A T O R I A .

fibi voluit ille, qui interdiu lucerna accensa, in media hominum turba, hominem se quærere dicebat? Quid item Socrates? qui cum formosum adolescentem diutulè tacentem conspicatus esset, Vt te videam, inquit, aliquid eloquere : scilicet quasi tacentem hominem non videret, eo quòd animo ; cuius sermo index est, non perspecto, homo ipse ignorari dicatur. Et Plato, τὸ ἴσασθαι (inquit) ὅτιν ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν, quem secutus Maro: Clausæ (inquit) tenebris & carcere cæco. Quin & Apostolus: Miser ego (inquit) homo : quis me eripiet ex hoc corpore mortis? quibus nimirum omnes illi dicere volunt, hominem non foris, sed conditum intus, extrorsum elucêre. Quinimo si nil aliud, tamen verbum illud primi rerum conditoris Dei opt. Max. FACIAMVS HOMINEM AD IMAGINEM NOSTRAM, efficacissimè id arguit. Quapropter animo mutato hominem esse transmutatum, etiam corporis figura manente, fateri oportet. Quod & Ciceronem voluisse dicere videtur, dum alicubi inquit : Quid enim interest, vtrum ex homine se conuertat quis in beluam, an in hominis figura immanitatem gerat beluæ? Hinc igitur fit, vt alij in porcos, in lupos rapaces alij, alij in simias, in asinos alij, alij in libidinosos hircos, quidam etiam in truncos abire, non tam fabulosè quàm reuera dicantur: dum videlicet infernalis illius Circes poculis epotis, hoc est, Sathanæ præstigiis atque carnis propriæ concupiscentiis victi, propria relicta natura, harum instar pecudum brutescunt, vel trunci in modum stupefcunt: sæpe etiam vnus idèmq; dum suis dat locum affectibus, varias, Protei instar, figuras referet, atque ora ferarum. Fiet enim ( quod cecinit Maro ) subitò sus horridus, atraque tigris: Squamosusque draco, & fulua ceruice leena, Aut acrem flammę sonitum dabit: donec salutaris sapientię rosis demorsicatis ad se reuersi, verã

## E P I S T O L A

aliquando rationem resipiscētes, humanā recepisse for-  
 mam dicantur. Quæ fanè cum ita se habeant, non fabu-  
 læ tantum, sed transmutationum etiam historiæ huius-  
 modi descriptiones appellari possunt: vt non iam offi-  
 cij sui nullam habuisse rationem sit dicendus, si quis  
 etiam non ligata oratione eiusmodi μεταμορφώσεις, vel ve-  
 rius μεταμύχια describebat. Sed admonuisse hoc fortè  
 superuacaneum, cum in sacris etiam vtriusq; Testamē-  
 ti voluminibus crebræ eiusmodi transmutationes cog-  
 noscendæ nobis proponantur. Quid enim aliud signifi-  
 care prophetæ voluere per dracones, leones, vrsos leo-  
 pardos, tigrides, struthiones, serpētes, vaccas, & similes  
 quibus sæpe vtuntur denominationes, quàm, homines  
 earum naturam beluarū indutos? Hac quoque ratione  
 prophetarum nouissimus Iudæorum quosdā ad se ve-  
 nientes, viperarum progeniem: & Christus Dominus  
 ipse, Herodem vulpem appellare non dubitauit. Sic  
 etiam, vt præsentis operis exemplo vtar, non ineptè  
 quispiam aureos asinos omnes eos dixerit, qui sapien-  
 tiæ prætextu comparandæ, longinquas profectioes  
 magno maiorum suorum sumptu suscipientes, pro li-  
 terarum & sapientiæ studio Photidas seu Palæstras si-  
 bi suas, hoc est, libidines apud exteros quærunt, à qui-  
 bus adulterinæ pixidis vnguento inuncti, pro añibus  
 altum intellectu suo volantibus, hoc est eruditis ho-  
 minibus, inertes ac imperiti, asini, quasi magna auri  
 & argenti copia empti parentibus suis domum re-  
 deunt. Quod de vobis, Generosi adolescentes, si quæ-  
 admodum cœpistis, perrexeritis, vestrique præcep-  
 toris, viri pietate & eruditione probati, ALBERTI-  
 SYLVII piis monitis ( quod non dubito ) parueritis,  
 minimè metuendum est. Quinimo φιλαργυγία quoque il-  
 li omnes, qui solius auri & argenti accumulandi, con-  
 seruandique oneribus pressi, omnis rei honestæ atque  
 virtu-

N V N C V P A T O R I A .

virtutis solatio animos suos vacuos sinunt, aurei no-  
 men Asini merentur : & in asinos corpore soluti mi-  
 grare, iuxta Lucian. Menippum, iubentur. Et hæc qui-  
 dem de Aureo asino dicta nobis sint: sub cuius tegmi-  
 ne, præter ea quæ diximus iam, dubio procul alia quo-  
 que mysteria latent abscondita, quæ diuinare aut  
 mecum non est, aut non satis tutum est. Cæterum nar-  
 rationis huius totius cùm argumentum, tum intentio-  
 nem pleniùs cognoscere est, partim ex Beroaldi il-  
 la operis principio adiecta præfatione, partim verò  
 ex singulorum librorum periochis, quæ suis singule  
 locis sunt appositæ. Porro ( vt & hoc silentio non præ-  
 teream) horum quoque Commentariorum, quibus A-  
 sinus hic explanatus est, vsus longè maximus apparet.  
 Nam præter verborum illam & sententiarum exposi-  
 tionem, fabularum enucleationem, historiarum ex-  
 plicationem, etiam loca quasi innumera tam sacrorū  
 quàm prophanorum authorū, corrupta antea, genuinæ  
 lectioni restituta sūt, vt iā vir ille nō in vnū tātum, sed  
 plures authores eadē opera Cōmentaria scripsisse vide-  
 ri queat. Venio nunc ad alterum Apuleianorum tomū,  
 qui post Asinū, septem diuersi argumēti opuscula in se  
 continet. Quorum primum, FLORIDORVM inscriptū,  
 quatuor libris distinctum est, quæ quatuor sunt ora-  
 tiones Carthaginensi in auditorio ab ipso authore re-  
 citatæ. Cuius inscriptionis non alia causa esse videtur,  
 quàm quòd campi instar, florum varietate amoeni,  
 suis quoque flosculis, hoc est, exemplis, historiis, fabu-  
 lis, sententiis, tropis & figuris, quibus orationes istæ sca-  
 tent, florere dicantur. Secundū, DE PLATONIS DOG-  
 MATE inscribitur: quo præter Platonis ortum, paren-  
 tes, patriam, formam, præceptores, studia & conditio-  
 nem, etiam naturalis philosophiæ totius ex eiusdem  
 traditione summa capita, quæ reliquorum quoque

exercitato memoriam refricant, complectitur. Tertio est nomen datum, DE PHILOSOPHIA, nimirum κατὰ φιλοσοφίαν, eo quod præcipuam totius Philosophiæ partem, nempe ἠθικὴν, siue Moralem, ex Platonis iterum mente ibi tractet: quasi quæ sola ob sui eminentiam & dignitatem Philosophia dici mereatur, cum finem eum habeat propositum, ad quem velut scopum omnes hominum cogitationes, dicta, facta collimare debent, nempe felicitatem: quæ non in voluptate, nec honore, nec diuitiis, nec etiam ociosa virtute, sed in actione & vsu virtutum consistit κύνειαι δὲ εἰσὶν (inquit Aristoteles) αἱ κατὰ ἀρετὴν ἐνέργειαι τῆς διδασκαλίας, αἱ δὲ ἀναντίαι τῆς ἐπιθυμίας. Quartum sequitur, cui titulus est DE DEO SOCRATIS: quæ in hoc mihi videtur instituta Oratio, vt seculi sui homines vel Socratis exemplo ad vitæ pietatem (quæ, dicente Apostolo, κερὲς πάντα ὀφείλομεν ὄντι) virtutisque studium cohortaretur: vt nimirum, quemadmodum hic inconsulto Deo suo (quem præsentem sibi semper dictorum factorumque & cogitationum omnium inspectorem ac testem certissimum credidit) nihil vnquam attentasse, nedum fecisse fertur: Ita isti quoque, nisi demone, hoc est, genio suo digna, nil faciunt, dicunt, cogitentve. Quotamen Socratis, ceu ethnici exemplo, siue testimonio, nobis hodie nihil opus est, qui per gratiam diuinam eius rei longè certiora oracula habemus: nempe Prophetarum, Apostolorum, & ipsius Dei filij, Christi IESU Domini nostri, responsa: quibus edocemur, non Genios solū nostros, sed Deum ipsum vnicum ac verum καρδιογνώσκων, cuncta quæ loquimur, & quæ in animo volumus, intueri, ac perspecta cognitaque habere. Errores meos (inquit Dauid) inspiciunt oculi tui, & in libro cuncti scribuntur. Ac iterum: Cogitationes meas intellexisti de longè. Idem: Ne verbulū quidē vllum est in lingua mea, quod antè



antè tu Domine non pernoveris. Et Hieremias cap.  
 32. Tui, inquit, Domine oculi aperti sunt super omnes  
 vias filiorum Adam, &c. Sic CHRISTVS quoque, Domi-  
 nus noster, peruersas Iudeorum ac Phariseorum cogitatio-  
 nes de se, nec non Iudei proditoris sui animum cognouit:  
 vnde rectè Apostoli Actorum primo,  $\Sigma\upsilon$ , inquit,  $\kappa\upsilon\epsilon\iota\varsigma$   
 $\kappa\alpha\rho\delta\iota\omicron\gamma\gamma\acute{o}\varsigma\alpha\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\omega\upsilon$ . Huius ergo summa authoritas, diuina  
 Maiestas, immensa bonitas, ineffabilis paterna charitas,  
 nisi in officio nos contineant, à peccandi studio abster-  
 reant, non video quæ Demonis siue Genij præsentis ima-  
 ginatio, recordatio, metus, coercere corruptos carnis  
 nostræ affectus possit. Quintum sibi locum vendicant duæ  
 APOLOGIÆ, quibus apud Claudium Maximum Procon-  
 sulē, aduersus Æmilianum quendam calumniatorem, de obie-  
 ctis sibi quibusdam criminibus, Apuleius magno artifi-  
 cio sese defendit: quorum elenchum in posterioris Oratio-  
 nis epilogo ipsemet repetit his verbis. Ceterum, inquit,  
 ad hæc, quæ obiecistis innumera, binis verbis respon-  
 deam: Dentes splendidos, ignosce mundiciis: specula in-  
 spicis, debet philosophus: versus facis, licet fieri: pisces  
 exploras, Aristoteles docet: lignum consecras, Plato sua-  
 llorū uxorē ducis, leges iustitiam prior natu is est, solet fie-  
 ri inueni feceratis es doris, dotale accipe, donatione re-  
 cordare, testamentum lege: hæc ille Penulimus est DE-  
 MYXIS o libellus, breuis quidem ille, at valde eruditus &  
 pius, præsertim ubi tam pie de vniuersi architecto & re-  
 ctore Deo Opt. Max. loquitur. Notandum ad Medicorum  
 scholam pertinet, qui præ omnibus SIMPLICIUM & no-  
 mina & virtutes varias, breui quidem, at eleganti stilo ex-  
 ponit. Hæc sunt, Generosi adolescentes, authoris illius,  
 quæ hodie extant,  $\sigma\omega\mu\acute{\alpha}\tau\eta\mu\alpha\tau\alpha$  in quibus omnis propè  $\tau\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\iota\omega$   
 $\kappa\lambda\omicron\pi\alpha\delta\epsilon\iota\alpha\varsigma$  artifex, aliquid à professione sua non alienum  
 reperiet. Quorum noua hæc atque renata editio (quid ni e-  
 nim sic eam appellē, quæ à tot errorum monstris, quibus an-


EPIST. NVNCVP.


tea scatebat, emaculata nunc, & repurgata sit?) cum digna nobis visa esset quæ pro recepta hodie cōsuetudine, de nouo quoque alicui inscriberetur: præterea lectio eius iuuenili quoque ætati accōmodata videretur: ceppi de auditorum aliquo meorum cogitare, cui hoc quicquid est, nūcuparem. Ibi tu mi STANISLAE, iuxta alia humanitatis studia, elementorum quoque Iuris ciuilibus, me profitēte, auditor assidue: nec non tu mi IOANNES, primarum adhuc artium studiosissime (quos quemadmodum sanguinis necessitudo ac maternus vterus copulauit, ita hic quoque cōiūctos volui) digni mihi visi fuistis, quorum nomini hæc inscriberem: non tam ob vestram illam, præter nobilitatē, probatā quoque omnibus morum integritatem ac probitatem, quàm etiā maiorum vestrorum, in primis autem parentis vestri, per Diuinam clementiam adhuc superstitis, Equestris ordinis viri Amplissimi generosissimiq; laudes cumulatiſsimas: quas, præter multos alios etiam ornatissimus vester <sup>pater vester</sup> GASPARETUS, Philosophus ac Iureconsultus eximius (vt est mihi familiaris, vestrique amantissimus) pluribus certè verbis apud me non semel commendauit. ~~Cuius velut~~ ~~virtutis exemplum,~~ ~~ad simile vos studium~~ ~~cohortari merito,~~ ~~ac incitare debet.~~ ~~quod vt fiat,~~ ~~faxit Omnipotens.~~ Vos igitur, Nobiles ac Generosi adolescentes, animo meo clarissimi, philosophum hūc, quem vobis hūc offero, læto vultu accipite, bonique consulite, ac me vicissim amare pergite. Basileæ Rauracę, Anno post partum virginis Deiparę 1560, Kalendis Augusti.



NICOLAUS GALLOTVS  
IN APVLEI OPERA.

**Q**UÆRIS Madauri quæ su laus maxima Apulicæ  
Vna potest dici, quòd Polyhistor erat.  
Attamen hæc fuerit doctrinæ gloria simplex,  
Cætera si tanti per legis acta viri.  
Non mihi Plinius hîc, non detur multa Solini  
Lectio: sicut vario hæc vomere cultus ager.  
Ast mihi Apuleiam scriptorum cernito formam,  
Naturæ ingenium dictæque scripta vides.  
Dictio primigenis altisque ex eruta thecis,  
Et rebus, proprijs accommodata locis.  
Res ibi coniunctæ, non longè disita verba:  
Et tamen in varijs te tenet ille iocis.  
Humanum docto describit viuere Asello:  
Illic humanas cernis ubique vices.  
Ex quo dulcior est, sapienti carduus, Enni:  
Quàm quæ Virgilio stercore præbueris.  
Indeque non paruum, qui condimenta parasti.  
Docta, tibi laudem nunc Beroalde refers.  
Transi & ad arcanas passu grauiore Camænas,  
Rhetora ibi, medicum, philosophumque vides.  
Nam plantas scribit medicus, describit & orbem  
Philosophus, coram iudice Rhetor agit.

  
**VOLATERRANVS AN-**  
**THROPOLOGIA, QVI EST**  
**COMMENT. VRBANORVM**  
**Lib. XIII.**


**V**CIUS Apuleius Philosophus Platonicus è Madaura Africa oppido, patrem habuit Theſeum, matrem Saluiam, et ipſemet in *Metamorphoſeos* libris teſtatur. Athenis liberales artes adſecutus, Platonis decreta ſibi propoſuit ante omnia ſeclanda. Omnigena vir eloquentia, & diuerſam ab antiquis ingreſſus viam, nouum dicendi genus adſumpſit. In verbis enim nouus, in ſententijs creber, in translationibus audax, in inuentione acutus, in elocutione varius, vt in ipſius operibus licet deprehendere. Nam libros *XI. Metamorphoſeos* ſcripſit de *Aſino aureo*, *Lucianum* imitatus *Sophiſtam*, qui Græcè ſimili ferè argumento ſcripſerat. Ob eam rem fabulam hanc *Græcanicam* vocat. In qua fingit ſe ingenij fortunæq; periclitandæ gratia, cum aliò, tum in *Theſſaliam* profectum: ibique à ſaga, dum in auem cuperet, in aſnum eſſe immutatum, priſtinum tamen ſenſum retinentem: multa quoque ſe paſſum, multa per ærumnas, & labores didiciſſe. Vt planè hoc commento mores humanos, variòſque euentus, quis poſſit ex ea fabulæ lectione perſpicere. Quin obiter animum quandam ſolatricem puellæ captivæ referentem inducit: quam qui noſce melius cupit, *Fulgentium* ſuper hoc ipſo ſigmento quæ enarrauerit, inueſtiget. Denique poſt varios labores, *Luna* auxiliatricis ope, vt ipſe ait, roſis de manu *AEgyptij* ſacerdotis acceptis ac deuoratis, homini eſt reſtitutus prior, & religionibus magnis initiatus. Deinde *Floridorum* libri *IIII.* quòd ſorum modo varietate doctrinæ, multiplicique eorum cognitione delectent: verſantur enim in genere demonſtratiuo. Orationes continent ad *Africos* locos habitas. Duos item libros in *Apologiã Magicã*: fuerat enim à *Sicinio Aemiliano*, cum aliis, tum *Magicæ* criminibus accuſatus coram *Claudio Maximo Africæ* Procos. De Deo *Socratis* librum vnum, in quo *Platonis Theologiã* collaudat: poſtremò Deum hunc, quem ille vti conſiliarium audire videbatur, tollere videtur. Super quo *Auguſtini* verba de *Ciuitate* licet in medium adferre. *Apuleius* librum de Deo *Socratis* ſcripſit, vbi diſſerit ex quo genere numinum *Socrates* habebat adiunctũ & amicitia quadã cõuerbiatum Deum, à quo

à quo perhibetur solitus admoneri, ut desisteret ab agendo quando non feliciter fuerat euenturum. Dicit apertissimè non eum Deum fuisse, sed Dæmonem, diligenti disputatione pertractans istam Platonis de Deorum sublimitate, & hominum humilitate, ac Dæmonum mediocritate sententiam. De Magica verò ipsius idem Augustinus sic ait. Apuleij Philosophi Platonici extat Oratio copiosissima, qua à crimine artium Magicarum se alienum esse defendit: seque aliter non vult vitio carentem videri, nisi ea negando, quæ non possunt ab innocente conuinci: ac omnia miracula Magorum, quos rectè sentit esse damnandos, declarat fieri & in operibus Dæmonum. Hæc ille. Scripsit & de dogmate Platonis, eius decreta breui epitome complectendo, cum altero libello qui de Philosophia inscribitur ad Faustinum filium, qui pars prima est.

De mundo item librum vnum ad eundem, qui naturalem continet Philosophiam, Trismegisti potestremò antiquissimi Philosophi dialogum conuertit.

\* \* \*





FVLGENTIVS MY-  
THOLOGICON LIBR.  
III. DE PSYCHE ET  
CVPIDINE.

\* \* \*



**A**PVLEIVS in libris Metamorphoseon hanc fabulam planissimè designavit, dicens esse in quadam ciuitate regem & reginam habere tres filias: duas natu maiores esse tēperata specie: iuniorē tam magnificā esse figurā, vt crederetur Venus esse terrestris. Denique duabus maioribus, quæ erant tēperata specie, connubio Venere. illam verò veluti Deam, non quisquam amare ausus, quàm venerari pronus, atque hostiis sibi met deprecari. Contaminata ergo honoris maiestate, Venus succensa inuidia, Cupidinem petit, vt in contumacem formam seueriter vindicaret. Ille ad matris vltionem adueniens, visam puellam adamauit: pœna enim in affectum conuersa est, & vt magnificus iaculator ipse se suo telo percussit. Itaque Apollinis denunciatione iubetur puella in montis cacumine sola dimitti, velut feralibus deducta exequiis, penato serpenti sponso destinari. perfecto namque choragio puella per montis decliua Zephyri flantis leni vectura delapsa, in quandam domum auream rapitur, quæ pretiosa sine pretio, sola consideratione laude deficiente poterat existimari. Ibiq; vocibus tantummodò seruiētib; ignota atque mansionario utebatur coniugio. Nocte enim adueniens maritus, Veneris præliis obscure peractis, vt inuisè vespertinus aduenerat, ita crepusculo incognitus etiam discedebat. Habuit ergo vocale seruitium, ventosum dominium, nocturnum commercium, ignotum coniugium. Sed ad huius mortem descendam sorores adueniunt: montisque conscenso cacumine, germanam lugubri



31  
bri voce flagitabant vocabulum. Et quamuis ille coniunx lucifuga fororios ei comminando vetaret aspectus, tamen consanguineæ charitatis inuincibilis ardor maritale obumbravit imperium. Zephyri ergo flagrantis auræ anhelante vectura ad semet fororios perducit affectus: earúmque venenosis consiliis de mariti forma quærenda consentiens, curiositatem suæ salutis nouercam arripuit: & facilimam credulitatem deceptionum mater est, postposito cautela. Denique credens sororibus se marito serpentis bestiam interfectura, nouaculam sub precernamque modio contegit. Cùmque aliter extenderet, illa ferro armata, lucernaque in Cupidine cognito, dum immodesto amantissimæ scintillantis olei desputamento maritum frangit, Cupido, multa super curiositate puellæ incertitorem ac profugam dereliquit. Tandem in persecutionibus, postea Ioue petente, in coniugio Cupidinem accepit. Poteram quidem totius fabulæ ordinem hoc libello percurrere, qualiter & ad infernum descenderit, & ex Stygiis aquis vnam delibauerit, & Solis armenta vellere spoliauerit, & seminum germina confusa discreuerit, & de Proserpinæ pulchritudine particulam moritura præsumperit. Sed quia hæc Saturantius & Apuleius pene duorum continentia librorum tantam falsitatum congeriem enarrauerit, & Aristophantes Athenæus in libris, qui Dysereftia nuncupantur, hanc fabulam enormi verborum circuitu discere cupientibus prodit: ob hanc rem superuacuum duximus ab aliis digesta nostris inserere libris, ne nostra opera aut propriis exularemus officii, aut alienis adiiceremus negotiis. Sed dum his, qui fabulam legent, in nostra hæc transeat, sciturus quòd sibi illorum falsitas sentire voluerit, ciuitatem posuerunt quasi in modum mundi, in qua regem & reginam velut Deum & materiam posuerunt. Quibus tres addunt, carnem vtrò metantem, quam libertatem arbitrij dicimus, & animam: ψυχή enim Græcè anima dicitur. quam ideo iuniorum voluerunt, quod corpori iam facta postea inclutam esse dicebant. Hanc igitur ideò pulchriorem, quòd & libertate superior, & carne nobilior. Hinc inuidet Venus, quasi libido, ad quam perdendam Cupidinem mittit. Sed quia cupiditas est boni & mali, cupiditas animam diligit, & ei velut in coniunctionem miscetur: quam persuadet ne suam faciem videat, id est cupiditatis delectamenta discat: vnde & Adam, quamuis videat

nudum se, non videt, donec de concupiscentiæ arbore come-  
 dat. Neve suis sororibus, id est, carni & libertati, de suæ formæ  
 curiositate perdiscenda consentiat: sed illarum compulsamento  
 percita, lucernam de submodio eiecit, id est, desiderij flammam  
 in pectore absconsam depellit, visam taliter dulcem amat, ac di-  
 ligit: quam idèò lucernæ ebullitione dicitur incendisse, quia  
 omnis cupiditas quantum diligitur, tantum ardescit, & pecca-  
 tricem **conspingit maculam.** Ergo quasi cupiditate nu-  
 data, **crucina eruitur, & periculis iactatur, & regia**  
**domus.** Sed nos, quia longum est, ut dixi, omnia  
**rem dedimus sentiendi.** Si quis verò  
 ipsam fabulam legerit, nostra ex-  
 ponis materia, quæ non dixi-  
 mus, ipse reliqua co-  
 gnoscat.



**VIT A**

VITA L. APVLEII  
 SVMMATIM  
 RELATA.

**V**CTO Apuleio Afro, nobili Platónico patria fuit Madaura, Romani populi colonia olim splendidissima, & sub Syphacis ditione collocata, quæ in Numidiæ Getuliæque confinio sita est. Ex quo feminumidam & semigetulum semet ipse profitetur: & Madaurensis Platonicus à Sidonio est dictus. Pater nomine Theseus, cunctis in patria honoribus perfunctus, mater nomine Saluia, inter scæminas probitate præcellens, cuius nobilitas satis clara, vt potè à Plutarcho illo in dicyto Cheronensi, ac Sexto philosopho Plutarchi nepote deriuata. Vxor Pudentilla, opulentiis virtutibusque, quæ in scæminam cadunt, dotatissima. Ipse verò succulenta proceritate, oculis castis, flauo capillitio, speciosus: floruit Carthagine, sub Loliano Auito & Claudio Maximo proconsulibus: vbi pueritiam disciplinis liberalibus excoluit, plurimumque sub doctoribus Carthagenensibus profecit. Vnde haud immeritò sese Carthaginis alumnum gloria-bundus prædicat: eamque Africæ Musam cœlestem & magistram venerabilem appellat. Dein Athenis (vnde omnium doctrinarum fluentia antiquitùs hauriebantur) ebibit Musarum crateras multiugas, Poëtica commenticiam, Geometriæ limpidam, Musicæ dulcem, Dialecticæ austerulam, vniuersæ verò philo-

3  
Sophiæ nectaream: nouémque Musas, hoc est noue  
disciplinas ingenuas, magno studio, nec casto sudore  
percoluit. Mox Romæ studiorum Latinorum cultor  
assiduus & vigilax, ad id facundiæ Romanæ fastigiũ  
peruenit, vt eloquentissimus, doctissimisque iuxta  
cõspiceretur, possétque meritissimò polyhistor (hoc  
est, multiscius) nuncupari: ibique sacris Osiridis ini-  
riatus, in numerum pastophorum, quod sacrosan-  
cti erat collegij nomen, coopatus, patrocinia foren-  
sia ex Dei præceptis libens obibat. Hic non minùs  
eloquio pollens, quàm eruditione præpollens, nego-  
cium agens posteritatis, non parùm multa volumi-  
na condidit, quæ partim iniuria temporum interee-  
pta desiderantur, partim ad posteros transmissa affa-  
tim declarant quantum vir ille ingenio doctrinæque  
præstiterit, quantumque inter barbaras atque incul-  
tas nationes virtus elucescat. Sic & olim apud socor-  
dissimos Scythas Anacharsis natus fertur. Ex Apu-  
lianis monumentis cum alia compluscula, tum de  
conuiuia lib. quæstionibus, de piscibus, de genitu a-  
nimalium, & epigrammata, & Hermagoras deside-  
rantur. Ex his verò, quæ hoc tempore extant, circun-  
feruntur libelli quatuor Floridorum, in quibus flo-  
rida facundia & odorata eruditio lectorem mirum  
in modum oblectat, tenet, amcenat: vbi veluti saltua-  
tim varietas rerum contexta conuiscitur. Oratorias  
omneis virtutes complectitur copiosissima & diser-  
tissima oratio, qua crimen magiæ ab aduersariis ob-  
iectum, à se alienum esse defendit, tantis eloquentiæ  
doctrinæque viribus, vt semetipsum vicisse videatur.  
Liber est vnus de Deo, siue dæmonio Socratis in-  
scriptus, cuius testimonium identidem citat Diuus  
Augustinus in diffinitione dæmonum, & descriptio-  
ne ho-

ne hominum: De dogmate Platonis libri duo, ubi  
quæ à Platone pluribus voluminibus dispersim latè-  
que explicantur, strictim & in arctum collecta, miro  
breuiloquio perscribuntur. De Cosmographia vnus,  
non pauca continens ex meteoris Aristotelicis. Dia-  
logus Trismegisti ab eodem Latinitate donatus, ita  
vt non tam eleganter atticissare, quàm latialiter di-  
fertare videatur. Cum primis verò volumina n. de  
Asino aureo, tanto lepore, tanta elegantia, tanta flo-  
rulentæ narrationis varietate condita sunt, vt nihil  
lepidius, floridius, amabilius esse quicquam possit: a  
deo vt meritò Asinus aureus ob stilum bracteatum,  
& nitidissimam pulchritudinem inscribatur. Quid  
enim pulchrius hoc Asino, verè aureo, verè bractea-  
to? Quanquam non pauci sunt, qui metamorphosin  
(hoc est transfigurationem, siue transformationem)  
ex rei argumento malint appellitare. Cæterùm cum  
nitor huiusce Asini plerisque omnibus non aureus  
ac fulgens, sed tenebricosus ac pallens videatur, exi-  
stimauit me facturum operæpretium, consulturum-  
que pro virili parte studiosis Apuleianæ eruditionis,  
si commentarios excudissem ea incude, eaque officina  
tornatos, ex qua commentarij in Propertium, in  
Suetonium Tranquillum formati, in publicum iam  
pridem prodierunt. Ex qua annotationes, orationes,  
poëmata, innumeræque opuscula fluxerunt. Itaque non  
minùs libenter quàm diligenter suscepi hanc com-  
mentandi prouinciam, vt meo labore aspredines sa-  
lebrarum (si quæ sunt) in asino Apuleiano læuigaren-  
tur, omnisque nocturna caligo immissa luce discute-  
retur. Spero hæc nostra qualiacunque sunt annota-  
menta, minimè futura ingrata, minimèque pœniten-  
da candidatis doctrinæ politoris: tibi que potiss.

mum, qui semper fititor cupitorque extitisti Apuleiani lepôris atque facundiæ, qui libellos meos in cælum fers, qui nostros etiam næuos amare consueuisti. Hisce autem commentariis de industria habenas modò laxioresdedi, modò datas pressi, prout res, locus, tempestiuitas exigere videbantur. Interdum ex instituto propè peculiari flosculos ex doctrinarum prato decerptos decenter intexui, & more pictorum parerga frequenter adieci, quibus lassescens lector reficeretur. & sanè id genus additamenta, nisi amor instituti operis me fallit, non minùs languidum ingenium refouent, quàm stomachum nauseantem subamara & subaustrera esculentioribus obsoniis immixta reficiunt.

PHI





PHILIPPI BEROALDI  
 Hendecasyllabon ad Asinum  
 aurcum.

*I dextro pede, sidere & secundo,  
 Fœlix Pannoniam petas Aselle.  
 Te non aspera saxa, non viarum  
 Scrupi, flumina, cespites, lacunæ,  
 Cliuorum salebrosa senticeta  
 Delassent: iter hoc laboriosum  
 Transcurras sine claudicatione.  
 Commentaria nostra, sarcinâsque  
 Perfer nauiter, offerâsque munus  
 Petro pontifici, pio, eloquenti:  
 Quo nil doctius, elegantiusque,  
 Quo nil sanctius est, benigniusque.  
 Is te comiter, obuiôque gressu  
 Gratanter capiet: statim refectum  
 Vnguento ambrosio, thoro fouebit.  
 Tunc molli satur educatione  
 Fies delictum tui patroni,  
 Gustabisque rosas, eris torosus,  
 Splendens, floridus, aureusque Asellus.  
 I dextro pede, sidere & secundo,  
 Fœlix Pannoniam petas Aselle.*

## COELII CALCAGNINI

Ferrariensis epigramma.

*Exi lucidus undecunque Luci,  
 Tersus, frugifer, elegans, rotundus:  
 Nec graues metuas subisse rhonchos,  
 Adeptus modo pristinum decorem,  
 Quem doctus Beroaldus & disertus  
 Lima restituit seueriore.  
 Nec solum tibi reddidit priorem  
 Cultum: at si quid erat parum remotum  
 Consuetudine, dispulit tenebras,  
 Et lucem dedit enitentioem.  
 Quare sub studium eruditiorum  
 Exi lucidus undecunque Luci.*

PHILIP-

PHILIPPI BEROALDI  
IN COMMENTARIOS

APVLEIANOS

Præfatio.

**M**AGICA ars, quæ in maxima fuit apud priscos dignatione, tres alias artes imperiosissimas humanae mentis complexa, in unam se redezisse creditur: videlicet Medicinam, Religionem, ac Astrologiam. Ita possessus hominum sensibus triplici vinculo, in tantum fastigium adoleuit, ut in Oriente regum regibus imperaret: sine dubio illic orta à Zoroastre conditore. Quippe inter prima regalia docebatur: nec ullus apud Persas regnare poterat, nisi Magiæ calleret. Auctor est Plato, pueris regum doctores quatuor attribui, quos regios pedagogos appellant: quorum primus Magiam peculiariter docet. Tota pene Ædomeri Odyssea non aliunde quam ex Magia constat: siquidem Protei transfigurationes, & Sirenum catus, & Circes pocula, & Inferorum euocatio, magico intellectu conuolantur. Primum de ea commentatum Hosthanem esse memoriæ prodiderunt: qui Xerxen regem bella Græciæ inferentem comitatus, ad rabiem, non aueritatem modo, huiusce artis Græcorum populos egit: tantæque antiquitus claritas gloriaque ex hac scientia penè semper petita est, ut Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, lumina doctrinarum, ad hanc discendam nauigaerint, peregrinationibus susceptis, hanc reuersi predicauerint, hanc in arcanis habuerint. Hytaspes quoque, rex prudentissimus, Darij pater, cum Indiæ secreta penetraret, ad nemorosam quandam venit solitudinem, cuius tranquillis silentiis præcelsa Brachmanum ingenia potuerunt: eorumque monitu edoctus puros sacrorum ritus, ex his quæ didicit Magorum sensibus infudit, quæ illi cum disciplinis præsentendi futura per suam quisque progeniæ posteritatis tradiderunt. Ex eo per secula multa una eademque prosapia multitudo creata, Deorum cultibus dedicatur. Quinctiam Moses, ille Iudaicarum legum conditor & famigeratus, Magices factionem illustrasse proditur. Et planè, quod inter auctores constat, orbem terrarum Magia peragravit: Oceanum quoque transgressa & in Britanniam usque prouecta, quæ illam attonitè celebravit. Gallias quoque possedit, Dryadis (qui Gallorum Magi sunt) illustrata. Et

autem *Magia* (ut interpretatur Plato) Deorum cultura: sicut enim ait in *Alcibiade primo*, *μαγία ὅτιν ἔστι θεῶν δεσποτρία*. Unde ab *Apuleio* dicta *cælitum* antistita, colendiq; eos ac venerandi gnara. Duplicem *Magiam* esse eruditi autumant: quarum altera *Platonica* est & philosophica, quæ nihil aliud esse traditur quàm naturalis philosophiæ ab soluta cõsummatio: cuius cultor religioso sanctõq; vocabulo *Magus* appellatur. Etenim *Persarũ* lingua *Magus* est, qui nostra sacerdos. Altera demonum potentia cõstat: res mediis fidius execranda, detestabilis, portentosa, quam nomine detestabili *ἰντυρίαν* goëtian, vel horribiliori *theurgian* vocant. quanuis *Porphyrus Platonicus* quandam quasi purgationẽ animæ per *theurgian* promittit: qui tamen hanc artẽ modo tanquam fallacẽ, legibusq; prohibitam, cauendam monet: modo vilem mundandæ animæ parti esse dicit. Ceterum vulgari more *magum* esse dicunt, qui communionẽ quadam loquẽdi cum diis immortalibus, ad omnia quæ velit incredibilia quadam vi cantaminum polleat. Et vulgo *Magi*, malefici, ob facinorum magnitudinem, nuncupantur: ut scribit *Diuus Augustinus*, & repetitum est in decretis *Canonicis xxxvi. q. quinta*. Hi sunt, qui elementa concutiunt, mentes hominum turbant violentia cantaminis, citra tamẽ veneni haustũ. Ex quo cecinit *Lucanus*: Mens hausti nulla sanie polluta veneni Excantata perit. --- *Magos* dici arbitratur *Porphyrus Cõmentator*, quasi *magnagos*, à magnis videlicet rebus, quas se perficere posse gloriuntur. Atq; eos carminib. convertere sensus animõsq; mortalium, hinc (teste *Tertuliano*) sunt phantasmata castorum, & aqua cribro gestata, & navis cingulo promotã, & barba tactu irruffata. *Magia* legib. duodecim *Tabularũ* fuit antiquitũs interdicta. Verba ipsarum legum decemviralium sunt hæc: Qui fruges excantasset, qui malum carmen incantasset, & illud: Nève alienam segetem pellexeris. Hac enim doctrina fructus alieni in alienos agros transferri posse credebantur. Ideõq; duodecim *Tabulis* ei qui hoc fecerit, supplicium (ut *Cicero* memorat.) constitutũ fuit. Hinc ait *Dido Virgiliana*, --- *Magicas* se inuitã accingier artes. Species *Magiæ* plures: est enim ex aqua quæ *Hydromantia* nuncupatur: ex securibus, quæ *Axinomantia*. Alia fit per specula, quam *Catoptromantiam* nominant, de qua intelligi voluit *Spartianus* in *Didio Iuliano* his verbis: Carmina prophana incantauerunt, & ea quæ ad speculum dicunt fieri, in quo pueri preligatis oculis incantando ventura respicere dicuntur, *Iulianus* fecit. Est & *Lecanomantia*, quæ ex peluib. diuina promittit, quas *Græci* *lecanas* vocant. Et apud *Persas* erant *Magi* (*Strab.* teste in *xxvi.*) *lecanomantici* cognominati, quasi ex peluib. diuinantes. *Psellus* quoque libro de *Demonib.* tradit, *Lecanomantiam* apud *Assyrios* frequen-

frequentatam, scribens vaticinantes accipere peluim aqua plenam, daem-  
 onibus congruentem, in profunda repentibus: vbi autem demon il-  
 lapsus est, aqua edi sonum quendam fatidicum. Præterea notissima  
 sunt Pyromantia, Geomantia, Chiromantia: videlicet per ignem, ter-  
 ram, & incisuras manuum factæ diuinationes. Necromantia, siue Ne-  
 cymantia ea est, qua umbrarum euocationes fiunt, & inferorum collo-  
 quia celebrantur: à qua Necromantici illi famigerati nomen sortiu-  
 tur, quorum incantamenti mortui resuscitati, diuinare & ad interro-  
 gata respondere videntur. Nec fit talis diuinitio sine sanguine. Talis  
 est apud Homerum euocatio manium facta ab Ulyssæ: talis apud Si-  
 lium à Scipione, apud Valerium Flaccum ab Aesone, apud Papiniam  
 à Tiresia, apud Horatium à sœminis veneficis. Quidam Necyoman-  
 tiam Sciomantiâque ita distinguunt, vt Necyomantiæ ad eri-  
 gendum cadauer sanguis sit necessarius, in Sciomantia verò so-  
 la sufficiat umbræ euocatio, vnde & nomen. Est & Capnomantia  
 ars quedam, ex fumo aræ verum prævidendi, & ex motione fum-  
 i que sunt futura cognoscendi: cuiusmodi diuinaculos à fumo Capno-  
 mantas appellant. Ex hoc Magiæ fonte deriuati sunt apud Romanos  
 Etrusci auspices, apud Indos Brachmanes & Gymnosophistæ, apud  
 Gallos Druidæ & Barbi, apud Siculos Galeatæ, apud cunctas natio-  
 nes Planetarij, siue Mathematici sunt, & vulgè Astrologi nominan-  
 tur. Plin. vbique alacriter oppugnat, illudiq; placita Magorum, at-  
 que promissa, Magicâsq; ferè semper vanitates appellat, nec veritus  
 est scribere, Magiam artem esse inestabilem, irritam, inanem. Quintus  
 Curtius Magiam non artem esse profitetur, sed vanissimi cuiusque  
 ludibrium. Ecclesiastici conditores magicas præstigias vocitant, tan-  
 quam fallacia quadam præstringentes hominum mentes rerum veri-  
 tatem ementiantur, & ita curiositati mortalium callenter illudant.  
 Ceterum non parùm multi credulitatem suam addixerunt magicæ  
 doctrinæ, perinde ac rerum cunctarum potentissime: inter quos (vt cæ-  
 teros præteream) L. Lucianus Patrensis diuinationis gnarus, nec mi-  
 nus elegans sophista quàm mordax, scripsit se petiisse Thessaliâ, de-  
 siderio noscendæ Magiæ flagrans: ibiq; dum se in auem verti cuperet,  
 in asinum à Palestra ancilla unguenti potentia esse demutatum. Et  
 ita sub asinali effigie, humano tamen sensu & mente incolumi re-  
 sista, multas erumnas exantlasse, multumq; labores tolerasse com-  
 memorati donec gustatis rosis, in pristinum Lucium reformaretur. Hic  
 igitur apud Græcos stilo pereleganti lusit Asinum aureum: quem  
 noster Apuleius emulatus, & ipse apud Latinos consimili argumen-  
 to stilisq; nitidissimo condidit vnde iam volumina de Asino aureo, siue  
 Metamorphoseon: in quib. elegans est, eruditus, emundus. Et cetera

haud dubiè ex racemis *Luciani* sibi fecerit *vindemiam*, eòq; uno archetypo propè peculiariter sit vsus, magna tamen inter *Græcum Latinumq;* asinum differentia est. Ille brevis, hic copiosus: ille vniformis, & summatum ex homine in asinum, ex asino in hominem transformationem reformationemque præscribens: noster verò multiplex, & sabellis tempestiuiter interseritis omne aurium fastidium penitus abstergit. *Græcus* ille *Magiam* primoribus labris gustasse videri potest, quamuis de se scripserit, *μᾶντις ἀγᾶδτις*, vatiunus bonus: hic verò noster plenis faucibus hausisse, in tantum ut *Magorum* maximus crederetur. Et, ut auctor est *Augustinus*, *Apuleiū* & *Apollonium* dixere non minora quàm *Christum* fecisse miracula. Et ut *Lactantius* refert, solèt *Apulei* & multa & mira memorari: ipse tamen *Magi* nomen respues, aduersus calumniātes, qui ei *magicarū* artium erimen intenderant, eloquentissime se defendit. Sunt præterea in *Lucio* nostro verba non parum multa interseminata, quibus magis delecter, quàm utar: plurima verò, quibus perinde utar ac delecter. Et sanè nouator plerunque verborum est elegantissimus: tantòque cum decore & venere, ut nihil decentius, nihil venustius fieri possit. Denique hic noster *Asinus*, sicut verbo dicitur, ita re ipsa aureus conspicitur: tanto dicendi lepòre, tanto cultu, tanta verborum minimè triuialium elegantia concinnatus, compositusq; ut de eo id dici meritisimò possit, *Musas Apuleiano* sermone loquuturas fuisse, si *Latinè* loqui vellēt: & (ut dicā quo sentio) plurimum conseruo *Apulei* frequens lectio ad excolendā linguā potest, & ad eā eloquētia parē quā sermocinatricē appellant, maximè est accommodata. Cuius eloquentiam *Sidonius Apollinaris* velut fulminā ē præconio virtutis extollit: & *Diuus Augustinus* in epistolis *Apuleiū* eloquentissimū esse testatur. de quo sic scribit: *Apuleius* a ser honesto patriæ suæ loco natus, & liberaliter educatus, magnāq; præditus eloquētia. Eundē in libris de *Ciuitate Dei*, *Platonicum Græca* & *Latina* lingua nobilē appellat. Quamobrem te lecter oro, moneo, hortor, ut familiaris tibi fiat hic scriptor, sitq; tuū quasi manuale & enchiridion: in quo si quid durum videbitur, id nostrorum commentariorum expolitione emollietur, ac leuigabitur: quorum ianuam repandet præcursoria hæc, & veluti prodromos enarratio compendiaris, de *Lucij Apulei* patriæ, ingenis & libris. Solet enim & hæc quoque studiosis esse inuicunda cognitio.

## SCRIPTORIS INTENTIO

atque consilium.

**I**N exponendis auctoribus id quoque spectari quæritq; solet, quæ fuerit scribentis intentio, consiliumque. Ego *Apuleium* quidem nostrum confirmo, *Lucianū*, *Græcum* scriptorem, argumento consimili

imitari.



imitari. Verum sub hoc transmutationis inuolucro naturam mortaliū & mores humanos quasi trāseunter designare voluisse: ut admoneremur ex hominibus asinos fieri, quando voluptatibus beluinis immerfi, asinali stoliditate brutescimus, nec ulla rationis virtutisq; scintilla in nobis elucescit. Sic enim homo (ut docet Origenes in libris *ἀπὸ ἀφ' οὐροῦ*) fit equus & mulus, sic transmutatur humanum corpus in corpora pecuina. Rursus ex asino in hominem reformatio significat, calcatis voluptatibus, exutisq; corporalibus deliciis, rationem respiscere & hominē interiorē, qui verus est homo, relicto ergastulo illo cænofo, ad lucidū habitaculū, virtute & religione ducib<sup>9</sup>, remigrasse. Ita ut dicere possim<sup>9</sup>, iuvenes illic voluptatū possessos, in asinos trāsmutari: mox senesces, oculo mētis vigēte, maturescētibusq; virtutibus, exuta bruti effigie humanam resumere. Scribit enim Plato in Symposio, quod tūc mētis occupatē incipit cernere, cūm primum corporis ocul<sup>9</sup> deflorescit. Quinetiā Proclus nobilis Platonius monet, multos esse in vita lupos, multos porcos, plurimos alia quadam bruti specie circumfusos. Quod minimē mirari nos oportet, cūm terrenus locus Circes ipsius sit diuersorium, cūm anima aut vnguentis delibuta, aut pharmacis epotis inebriata trāsfuguentur in brutas animantes. Pharmaca autem sunt, obliuio, error, inscitia: quib. anima cōsopita brutescit, donec gustatis rosis, hoc est, scientia, quæ mentis illustratio est, cuiusq; odor suauissimus, auidē hausta in humanam formam, hoc est rationale intelligentiā reuertatur, exuto asinali corio, id est deposito, insitiæ & rerū terrenarū crassiore velamento. Et sanē reperiuntur animæ quæ paucissimæ, quæ corporeis pedicis inuolutæ, & brutalibus voluptatib. irretitæ, existant sobriæ, puræ, imperturbatæ, nulla in asinum aliàsque brutas animantes facta transfiguratione. Potest & Metamorphoseos causa referri ad multiungos humanæ vitæ labores, multiformesq; varietates quibus homo penē quotidie transmutatur. Illa verō eruditioribus principalis huiusce transmutationis causa valdēq; probabilis videri potest, & ut sub hoc mystico pretexto noster Pythagorica Platoniceq; philosophiæ consultissimus, dogmata vtriusq; doctoris ostenderet, & sub hac ludicra narratione palingenesian atq; metempsychosin, id est regenerationem transmutationemque dissimulante assereret: & ut simul, quanta eloquentia Latiali homo Afer, quanta elegantia, quanta rerum verborumque copia præditus esset, euidenter edoceret. Ceterum cūm istæ Prefationes libentius nos ad lectionem propositæ materie perducant, eiusque euidenter præsentem intellectum, singulis libris hypothesin siue argumentum præmissam, summam breviterq; conscriptum, ut quid in quoq; volumine contineatur, statim lector intelligat,



HYPOTHESIS SIVE ARGV-  
mentum libri.

Lucius Apuleius, Magia noscendæ cupiens, Thessaliam petit, ubi artes magica pollebant. In itinere duobus viatoribus se tertium comitem adiungit. Narrantur inter eundem mira quædam & incredula de circulatori, deque Meroë & Panthia lamiis ac sagis. Mox accessus Lucij ad Hypatam ciuitatem, hospitiumq; Milonis, & hospes ipse describitur. Fuit, opinor, operæ pretium hæc carptim degustasse, ne illotis (vt aiunt) pedibus lector ingrederetur: & ut tyrocinium scholasticorum commodius instrueretur, libuit aliquantum euasari, & quoddam quasi thema futuræ interpretationis anteloquio isto premittere.

Sed iam tempus est, vt cum Cōmentariis nostris Apuleium curiosius inspicias: quem in vita philosophum, in scriptis amatorem, res ipsa demonstrat, & testatur Alfonso.

L. APV-





L. APVLEII MADAV-  
RENSIS, PHILOSO-  
PHI PLATONICIME.

TAMORPHOSEOS, SIVE  
de Asino aureo Liber  
primus.

**A** *T* ego sermone.] Lusus Asinum aureum, exorditur ad epigrammate iambico bimbri, quo Faustinum filium siue lectorem alloquens, instar poetarum summam proponit quid sit toto in opere edisertaturus. Docilitas autem captatur, & attentio colligitur. At particula interdum inceptiua est, ad ornatum pertinens, vt docet



*T* ego tibi sermone  
isto Milesio  
Varias fabellas con-  
feram, atque au-  
res tuas  
Benenolas lepidosur-

surro permulceam:

Modo si papyrum Aegyptiam tu, argutia  
Niloticis calami inscriptam, non spreueris  
Inspicere: figuras hominum in alias  
imagines

Conuersas, & in se rursus nexu mutuo  
Resectas ut mireris, hic exordior.

Quis ille, paucis accipe.

Seruius in nono  
Commentario.  
Ait Donatus,  
principium esse  
inreptioni ap-  
tum: vt Virgil.  
At tibi pro sce-  
lere, exclamat,  
pro talibus au-  
sis. Consimile  
illud Horatia-  
num: At o Deo-  
rum quisquis in  
caelo regis. Ser-  
mone Milesio. ]  
fabuloso, lepi-  
do, iocoso, deli-  
cato, ludicro.

Hoc enim significat sermo Milesius, à Milesiorum Ioniæ populis dictus, qui deliciis luxúque notabiles fuere: quorum est illud memoratissimum; Nemo nostrum frugi esto, alioqui cum alijs eijciatur. Hinc Milesias prisca appellauerunt poemata & fabulas lasciuientes: siue, vt quidam putant, Milesiæ dicuntur fabulæ aniles & vanidicæ, in quibus nec pes nec caput appareat: nec instar apologorum epimythion vllum morale continentes. Iulius Capitolinus in Clodio Albino sic ait: Agri colendi peritissimus, ita vt etiã Georgica conscripserit, Milesias nonnulli eiusdem esse dicunt, quarum fama non ignobilis habetur, quamuis mediocriter scriptæ sint. Extat epistola Seueri Imperatoris ad Senatum missa, in qua id, quod ad hanc rem maximè pertinet, scriptum legimus. Sic enim ait: Maior fuit dolor quòd illum pro literato laudandum plerique duxistis, cū ille nãniis quibusdã anilibus occupatus, inter Milesias Punicas Apuleij sui, & ludicra literaria cõsenesceret. Ex his Seueri verbis apparet, Milesias Apuleij significari fabellas huiusce Asini aurei, quas ipsemet sermone Milesio cõtextas & cõditas esse significat. Martianus quoque Capella in libro de nuptiis Philologiæ inquit: Diuersitatis delicias Milesias Aristides poeta Græcus composuit. Milesias, hoc est, poemata Milesiacõn per quã impudicum: cuius rei Plutarchus & Appianus meminuerunt. Quod & Ouid. lib. Tristium secundo apertè docet, sic scribens: Iunxit Aristides Milesia carmina secum, Pulsus Aristides nec tamen vire sua est. Emaculandus est hoc loco maculosus diui Hieronymi codex, vbi de Milesiis hisce fit mētio, & in sinceram lectionem restituendus. Namque in libris contra Ruffinum sic passim legitur: Quasi non curatorum turba Milesiorum in scholis fragmenta decantent. Vbi non curatorum, sed cirtorum legendum est, hoc est, comatolorum puerorum: iuxta illud vulgatissimum, Ten' cirtorum centum dicta fuisse, Pro nihilo pendas? Præterea Milesiarum lego, non Milesiorum: quoniam, vt iam docuimus, fœminino genere Milesias dicere maluerunt, quàm neutro Milesia: nisi quis tutari velit, Milesia neutraliter dici posse, vt Georgica, Argonautica, & alia consimiliter. *Lepido susurro.*] leganti quadam fermocinatione, cuius sonus veluti susurrus blandus & suavis, aures permulceat. Potest & ob hoc videri vsus hac dictione susurro, vt ostendar, hæc non esse inuulganda, neque prophanis palàm nuncianda, sed clam apud aures religiosas promenda, instar mysteriorum, quæ in sanctuariis, & vt Græci dicunt

dicunt *scorpiones* habentur. Lepidus dicitur, qui politus est, auctore Donato, ut *veris*, id est, lama. Plin. lepidas vocari tradit squamas æris minutissimas. Vnde & lepidotes gemma dicta, quæ squamas piscium imitatur. *Papyrus Ægyptiam.*] chartam papyraceam. Est enim Papyrus, siue papyrus (vtrouque enim modo dicitur) frutex nascens in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, vnde Niliacas papyros appellauit Epigrammatarius poeta: brachiali crassitudine, decem cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiatur. Ex libro papyri texunt vestem, & stragula. Hinc illud Satyrographi, Succinctus prima quondam Crispine papyro. Ex hoc fiunt chartæ multiplices. Plin. in 13. quomodo fiant papyraceæ chartæ luculenter, ut omnia solet, enarrat: à quo commendatur Augusta charta, cui principatus fuit in epistolis, ob tenuitatem: quæ antiquitus appellata est Hieratica, quasi sacrata, religiosis tantum voluminibus dicata. Emporetica dicitur charta quasi mercatoria, inutilis in scribendo, sed in uolucris usum præbet in medicis. Inter principales chartas fuere Fanniana, Liuiana, & prælata omnibus Claudiana. In chartis spectantur tenuitas, densitas, candor, læuor. Sacerdotes Ægyptij calceos papyraceos gestant, nec alia calciamenta eis induere fas est: auctor Herodotus. Chartis legatis, papyrus ad chartas paratum non continetur, ut docet Vlpianus volumine 3. de legatis. *Argentia.*] lepore & festiuitate, & salibus Ægyptijs: illi enim nequissimi mollissimi que fuerunt. ex quo est illud: Niliacis primum puer hic nascatur in oris, Nequitas tellus scit dare nulla magis. Idem aliubi sales Niliacos memorat. Scribit Flavius Vopiscus, Ægyptios esse versificatores, epigrammatarios, & ad cantilenas publicas propensos. Quintilianus delicias Alexandrinas, ut omnium mollissimas, nominatim taxat. *Nilotici calami.*] Calamos Ægyptios ad scribendum idoneos maxime probant, qui, ut ait Plin. 16. inseruiunt chartis cognatione quadam papyri: probatior tamen Gnidij existimantur. Sagittis autem nullus aptior calamus est, quam qui nascitur in Rheno Bononiensi amne, cui plurima est medulla. De calamis Nicoticis ait Epigrammatista: Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus, Texantur reliqua tecta palude tibi. *In alias imagines conuersas.*] An homines in alias imagines, ut luporum & asinorum, verti possint, magna inter eruditos & subriles quæstio est. Vulgo enim in tantum infixa est fama hæc, ut in maledictis habeant versipelles. Ex quo est illud Plautinum: Versipellem sese facit,

quando lubet. Plin. Græcæ vanitatis hæc esse mendacia, figmentaque asserit. Diuus quoque August. autumat hæc esse fabulosa, & dæmonum ludificationes. Quidam nomine Præstantius olim denarravit patri suo contigisse, vt veneno magico in caseo sumpto fieret caballus, annonamque inter alia iumenta militibus baiularet. *In se rursus refectus.*] Hoc idè dicit, quia ex homine asinus factus est, mox ex asino in pristinum hominem reformatus, refectusque. *Mutuo nexu.*] Per quasdam quasi vicissitudines: vt scilicet vicissatim ex homine asinus, ex asino homo fieret; mutua quadam conuersione, eadem subsistente materia. *Quis ille.*] Extrinsecus subintelligendum sit, qui in alias res, mox conuersus, & id se rursus refectus fuerit. Significatur autem ipsemet Apuleius.

*Hymettos Attica.*

]*P*ost antequam loquium epigrammatis, ingreditur narrationem prosa oratione, docens se magis Græco quàm Latino sermone linguam excoluisse. loca Græciæ famigerata recen-

*Hymettos Attica, & Isthmos Ephyreæ, & Tanaros Spartiaca, glebæ felices, æternum libris felicioribus credita, mea vetus prosapia est. Ibi, in quâ in Athide, primis pueritiæ stipendijs merui. Mox in vrbe Latia aduena, studiorum Quiritium indigenam sermonem, ærumnali labore, nullo magistro præeunte aggressus, excolui.*

set, perinde ac veterem prosapiam, tanquam natus sit in Africa, sed oriundus fuerit ex Græcia. Hymettus mons est in Attica, inclytus marmore & melle. L. Crassus orator columnas habuit Hymettias sex, duodentim pedum longitudine. Mel Hymettium, quod & Atticum appellatur, primatum obtinet bonitatis: vnde Plinius & Galenus mel Atticum cum primis probant in medicamentis. Strabo quoque libro 9. Hymettium reliquis anteponens, id ait esse probatissimum, quod acapnistum vocant, quasi nullo fumo infectum, quo & apes & mella inficiuntur. Ideoque ait Plin. noster, id mel seruari, quod acapnon vocant, quasi dicas sine fumo. Solinus de Hymetto scribit hæc: Hymetto meritissimè tribuitur principatus, quod apprimè florulentus, eximio mellis sapore & exter-nos omnes & suos vincit. *Isthmos Ephyreæ.*] Angustia Peloponnesi inter duo maria Ægæum & Ionium coercitæ, Isthmos appellan-

appellantur. In medio Isthmo Corinthus est, quam Cicero totius Græciæ lumen appellat, antea Ephyre dicta: ex quo Poëta æra dixit Ephyræa, intelligi volens Corinthia. Isthmos ludis quinquennialib. & delubro Neptuni inclutus perhibetur. Quos ludos, autore Solino, ea propter institutos ferunt, quod maria quinque allatrant oram Peloponnensem. Pineæ corona victores apud Isthmum coronabantur, ut refert Plin. in xv. Plutarchus tradit, Isthmia à Theseo primitus instituta fuisse in honorem Neptuni, Herculis æmulatione, qui Ioui Olympia primus instituit. Alij Isthmia in honorem Palæmonis instituta fuisse dicunt, ut Archias poëta: cuius extat nobile epigramma Græcum, inclita Græcorum certamina complexum. Athenienses ad spectaculum Isthmiorum accedentes, sedendo cæteris spectatoribus præferebantur. De Isthmo, quem perfodere tentauerunt dictator Cæsar, C. Caligula, Nero & Demetrius, scripsimus affatim in Tranquilli commentariis. *Tænaros Spartiaca.* ] In Laconia promontorium est Tænaros & oppidum: est & spiraculum eodem nomine, ex quo descensus ad inferos patet. Est in ipso Tænaro templum Neptuno dicatum: Pomponius Mela & Solinus autores. Dicitur Spartiaca, à Sparta ciuitate, quæ Laconia metropolis est, condita à Sparte filia Phoronei, ut docet Eusebius chronographus: vnde Spartani siue Spartiatæ, qui alio nomine Lacedæmonij, celebratissimi. Fuit autem Sparta priscis temporibus, ut Græci dicunt, πόλις ἀτείχιστος, id est, ciuitas sine muris, tanquam vera vrbs sepimenta essent armati viri, non saxa constructa. Vnde olim interrogatus Agesilaus, Quamobrem Sparta esset sine muris? ostendens ciues armatos dixit: ταῦτ' ἐστὶ λακεδαιμονίων τείχη, quod Latine dicitur, Hi sunt Lacedæmoniorum muri. Lacones & loquendo & scribendo amatores fuerunt breuitatis propè peculiariter. Vnde & Laconismus breuiloquium significat, de quo Cicero in epistolis: Laconismo tuo non vtar. & à Symmacho itidem in epistolis dictum est: Memini, breuitatem Spartanam quondam laudi fuisse. Annotanda hoc loco est eloquutio Apuleiana, à quo genere fœminino Isthmos, Tænaros & Hymettos enunciantur, cum cæteri ferè masculino genere vlturpauerint: sed videtur Eucius noster non tam locos, quam vrbes ibidem conditas, signare voluisse. *Gleba felices.* ] Sensus est, Hæc loca prædicta vberè glebæ & fœcunditate segetū felicia creduntur: quoniam ita libris scriptorum proditum est, qui haud dubiè feliciores sunt, ut potè ipsi æterni, & æternitatem donantes his, de quibus fermocinantur. Glebæ autem patrius est casus, qui vulgò dicitur genitiuus: sic enim loquimur Latine & eleganter, Felix aui



Silius : Felix heu nemorum , & vitæ laudandus opacæ. *Profapia.* ] generis origo, & familiæ, dicta à proserpendo. Alio nomine profapiens nominatur. Dicitio est vetus, & vt ait Quintilianus ab vltimis, & iam obliteratis repetita temporibus. *In Athide.* ] Athenas significat. Atthis enim est Attica regio, cui Cranai filia nomine Atthis nomen dedit : quod & Iustinus refert. De qua Strabo libro Geographiæ ix. sic refert. Ab Actæone Actiuam dicunt. Athidem verò & Athicam ab Athide Cranai filia, à qua & inquilini Cranai vocantur : ipsa autem ciuitas Athenarum nomen sortita est à Dea Minerua, quam Græci *Ἀθηνᾶ*, hoc est Athenam vocant. *Pueritiæ stipendys.* ] Signat se prima Græcarum literarum elementa Athenis didicisse, quæ ciuitas domicilium fuit & veluti officina ingenuarum disciplinarum. *Merui.* ] militaui. Militia autem puerorum militariæque stipendia sunt in gymnasio literatorio: merere enim significat militare. Varro: Equo publico merent. & apud Suetonium in Iulio Cæsare scriptum est: Meruit & sub Seruilio Isaurico in Sicilia. Merere interdum pro mereri vsurpatur, vt apud Plautum: Et si aliter meres, pro mereris. Est etiam merere, sordissimum quæstum capere. Hinc mercenarij & meretrices dicuntur. Aulus Gellius: Lais, inquit, Corinthia ob elegantiam venustatémque formæ grandem pecuniam demerebat. *In vrbe Latia.* ] Romam significat: non solum Latij, sed & cunctarum terrarum caput, quæ communis patria, autore Seneca, dici potest. *Studiorum Quiritum.* ] Studia Romanæ linguæ sese didicisse in ipsa vrbe Roma significat. Quirites autem Romanos dici, nemo est qui nesciat. Indigenam sermonem appellat vernaculum & peculiarem Romanorum, qui sermo Latinus est. Latinitas enim (vt inquit Diomedes Grammaticus) est incorrupta loquendi obseruatio, secundum Romanam linguam. Omnes antiquitus tam docti quàm indocti, tam sceminae quàm viri, tam pueri quàm senes, apud Romanos Latine loquebantur, nec tamen grammaticè. Aliud enim est Latine, aliud grammaticè loqui, vt docet Quintilianus in primo: qui libro xij. prodidit, fuisse quosdam qui illam tantum esse naturalem putarent eloquentiam, quæ sit quotidiano sermone simillima, qua cum amicis, coniugibus, seruis loquamur, nihil accersiti elaboratè requirentes. Item M. Tullius ait in Bruto, populum eloquentiæ & oratoris iudicem esse : qui in tertio de Oratore tradidit, vulgum in versu videre si peccatum est, & si quid in oratione claudicat sentire, quod profectò facere non posset inscius Latinitatis. Item: Nemo, inquit, vnquam est oratorem, quod Latine loqueretur, admiratus: si est aliter, irridet, neque



neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant. Hoc haud dubiè non diceret, si Latinè loqui fuisset in paucis, sicut in præsentia est. Idem refert, mulieres conseruare faciliùs incorruptam antiquitatem, quòd multorum sermonis expertes, ea tenent per quæ prima didicerunt. Ex quo L. Crassus orator sororum suam Læliam sic audire se solitum testatur, vt Plautum sibi aut Næuium audire videretur. Quæ res euidentissimè omnè dubitationem eliminat, ne dubitemus priscos omneis Latinè loqui solitos indiscriminatum. Quod eo copiosius retuli, quia super hac re altercatio non modica fuit temporibus nostris inter viros eruditos. Indigena autem, vt ad propositum reuertamur, opponitur aduenæ, & significat inde genitum, non alienigenam, non aduentitium, sed vernaculum, proprium, & quasi peculiarem. *Ærumnali labore.*] difficili, molesto. *Ærumnæ* enim labores onerosos significant. Maiores nostri, vt autor est M. Tullius 2. de Finib. labores non fugiendos *ærumnas* nominauerunt: vnde labores Herculis *ærumnæ* dicuntur. Plaut. in Persa: Superavit *ærumnis* suis *ærumnas* Herculis. Aufonius: Prima Cleonei tolerata *ærumna* laboris. Idem M. Tullius in 4. Tusculana: *Ærumna*, inquit, est *ægritudo* laboriosa. *Ærumnulas* *ἄρμνα* furculas appellauerunt, quibus religatas sarcinas viatores gerebant: quarum vsus quia C. Marius retulit, muli Mariani postea appellabantur. Operæpretium est hoc in loco obiter annotare super mulis Marianis quædam digna cognitu, nec indigna relatu, quæ apud Frontinum legimus, qui lib. 4. Strategematiçôn scribit hæc: C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maximè exercitus agmen oneratur, vasa & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus & habile onus & facilis requies esset: vnde & in prouerbium tractatum est, Muli Mariani. Aliam huiusce prouerbij causam refert Plutarchus in Mario, qui id quoque memorat, quòd scilicet Marius imperator eadem ferebat obibatque onera in re militari, quæcunque militibus imperabat: quare post hæc cum labores & iussa imperatoris milites libenter subirent, muli Mariani vocabantur. Vulgus hodièque hinc, vt opinor, ducta origine, caballos Marianos appellat homines, qui pedibus suis ambulantes se in equo sedere & vehi mentiuntur in ludicro spectaculo. *Nullo magistro præsentente.*) sine doctore. Insinuat se didicisse perinde ac si fuerit *αὐτοδίδακτος*: sic. n. Græco vocabulo dicitur, qui seipsum magistru habet. Talis fuit antiquitùs Manilius Senator Romanus, què Plini? maximis nobilè doctrinis doctore nullo fuisse pdidit.

Diuus quoque Augustinus libro Confessionum 4. gloriatur, per semetipsum solum, citra doctorem, legisse libros artium liberalium, & intellexisse. Aristotelica quoque prædicamenta, inquit, quas appellant Categorias, solus legi, & intellexi. Fuit & Syllanion statuarius nullo doctore nobilis.

*Exotici sermonis.* ] Exoticum sermonem appellat Romanam linguam, veluti alienigenam ac infiticiam, sibi que meritò peregrinam, cum ipse natione Apher atticissare didicisset, & in patria stridulam Barbariam puerilibus labris degustasset. Exoticus enim significat peregrinum

& externum, vocabulo quidem Græco, sed apud Latinos vtitissimo. Hinc apud Plin. & Plautum vnguenta exotica, apud Gellium vinum exoticum, pro alienigena & peregrino. *Forensis.* ] Vel Romani, quo oratores vtuntur in foro, vnde & forensis eloquentia, & forenses apud Sidonium tabulæ, & forenses apud Cicero-nem literæ, quibus vtimur in foro: vel externi, ab hoc aduerbio foris deriuatur. omnino Romanus sermo significatur. Apud Liuium forensis factio, & turba accipitur pro humili, sordida, infincera: quam Fabius excretam ab integro populo in quatuor tribus conuertit, vrbanaque eas appellauit. *Ipsa immutatio.* ] Tanquam nunc primùm Latinè cœperit scriptitare, cum priùs eloquio Græco vteretur. Hinc in Deo Socratis ait: Satis oratio nostra atticissauerit. *Desultoriæ scientiæ.* ] Decenti quadam translatione desultoriam scientiam appellat, ludicram, voluptariamque, veluti desilientem à studio pristino seueriore: sicuti desultorii equi vocantur, ex quibus homines agilitate corporis præditi repente desiliebant. De quibus lege quæ annotauimus in primo Suetonij commentario, illud enarrantes: Equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Relege illa quoque, quæ scripsimus in quarto Propertij commentario, super eo versu: Traicit

alterno

*En ecce præfamur veniam, si quid exoticæ ac forensis sermonis rudis locutor offendero. Iam hæc quidem ipsa vocis immutatio, desultoriæ scientiæ stilo, quem accessimus, respondet. Fabulam Græcanicam incipimus: lector intēde, letaberis. Thessaliam (nam & illic originis materna nostra fundamenta, à Plutarcho illo inclyto, ac mox Sexto Philosopho nepote eius prodita, gloriam nobis faciunt) eam Thessaliam ex negotio petebam.*

alterno qui leue pondus equo. vbi docuimus, desultorem desig-  
nari, qui equos desultorios alit, & exercet illa transfili perniciq;  
saltatione. Martianus quoque eadem penè translatione vsus,  
qua & Apuleius: Decenter, inquit, leuitate pernix desultoria ge-  
stiebat. Illud adde, quod à Cassiodoro traditur, equos desultorios  
reptos esse, per quos Circensium ministri missos denunciant  
exituros. Erit ergo hic sensus: Vt desultores ex equo in equum,  
sic ego ex Græca lingua & scientia in Romanam desilio. Potest  
& dici condecenter scientia desultoria, historia de asino, in qua  
ex homine in asinum desilit, & vertitur, videlicet in mores bel-  
luinos propensior: mox ab asino in hominem reformatur, cum  
relictis voluptatum pedicis, duce ratione emergit in viam virtutis,  
& hominem sese verum præstat. Verus autem homo est ani-  
mus. Apud scriptores qui transfigurantur in beluas, ad hunc in-  
tellectum referri possunt. Prouerbiū illud, ab asino cadere,  
quod quidam huic loco agglutinare contendunt, mihi haudqua-  
quàm conuenire videtur, cuius meminit Aristophanes in Nubi-  
bus, & retulit Plato in Gryllo, qui & in tertio de Legibus sic tra-  
dit: Cur hæc nobis dicta sunt, repetendum videtur, vt oratio  
quasi equus retrahatur, ne si os effrenatum habeat, dicendi con-  
cita impetu, ab asino (vt prouerbio ferunt) excutiatur. *Fabulam  
Græcanicam.*] Ideò Græcanicam appellat, quia ad exemplar Lu-  
ciani Græci scriptoris condita est, ex quo Asinum aureum penè  
transcribit: vel quia in Thessalia, regione Græca, hæc res gesta  
est. Differt autem Græcanicus à Græco. Nam, vt docet M. Varro  
libro v r. de Analogia, Græcanica aduentitia sunt, de Græcis ve-  
luti notha, vt Hæctores, Nestores: & ita hæc fabula ex Græco  
Luciano deducta deriuatæque est. *Thessaliam.*] Fabulam Asini  
aurei auspiciatur ab eo principio, à quo exorsus est Lucianus, cu-  
ius initium est hoc: ἀπὸ τῆς πότῆς ἐς Θεσσαλίαν, id est, Olim in Thes-  
salam proficiscebar. Thessalia autem prisco seculo Pyrrhea, à  
Pyrrha Deucalionis vxore denominabatur, mox Hæmonia ab  
Hæmone, à cuius filio Thessalo Thessalia vocata est. Homerus  
Argos Pelasgicon appellat. *Nam & illic.*] Hoc per interpositio-  
nem, quæ Græco vocabulo parenthesis, dictum est. *Originis ma-  
ternæ.*] Annotauimus in vita Apuleij, matrem eius fuisse Saluiã, à  
Plutarchi familia prognatam. Fuit autem Plutarchus Chæro-  
nensis, quæ ciuitas est Bœotix: quòd & ipse testatur in Sylla,  
scribens patriam suam Chæroneam, ab Archelai impetu inco-  
lumen euasisse, prouidentia Sylkæ, qui eo in loco victoriam ex  
hostibus victis adeptus est. Idem in Lucullo ait, Chæronenses  
municipes suos Luculli testimonio euasisse periculum, quod

Orchomenij per calumnias intentabant, ex quo statuam lapideam in foro Chæroneæ publica impensa Lucullo dicauerunt. Et ob id beneficium non solum confitetur, sed etiam palam proficitur, se plurimam gratiam debere Romano Lucullo. Idem in Demosthene refert, quemadmodum apud Chæroneam patriam suam Philippus Macedoniæ rex prælio magno Athenienses vicit, finisque libertati Græcorum impositus est: ex quo prælio Demosthenes, qui alios ad pugnam animare solebat, salutem fuga quæ fuit. Cùmque id ei, quod fugerat, probrosè obiceretur, versu illo notissimo elusit: ἀνὴρ, inquit, ὁ φεύγων ἐν πείλῃ μισθόστροφος, id est, Vir fugiens & denuò pugnabit. Floruit autem Plutarchus sub Traiano & Adriano imperatoribus. Traiano libros Apophthegmaton dedicauit, vir haud dubiè primæ notæ inter eruditos, & multiuga eruditione mirabilis, fecundus sanè scriptor, & qui iure polygraphotatos nominari possit, à copia voluminum. Vnde nunc non immeritò gloriatur Apuleius maternam originem à Plutarcho derivatam, sibi gloriam parere. *Sexto philosopho.* ] Hic Sextus Philosophus doctor fuit Marci Antonini Imperatoris, de quo Iulius Capitolinus: Audiuit & Sextum Philosophum Chæronensem, Plutarchi nepotem. & ab Eusebio in Chronicis scriptum est: Plutarchus Chæroneus, & Sextus, Philosophi insignes habentur Adriani principatu. *Ex negotio petebam.* ] Imitatus est Lucianum, qui ait se Thessaliam petiisse, ob negotium quoddam paternum, cum homine Thessalico.

*Postquam ardua montium.* ] Exornatio Rhetorica est, quæ compar appellatur: & altera similiter cadens. In his autem figuris felicissimè audax est noster Apuleius: & quamuis affectatione nihil odiosius sit, tamen talis affectatio in hoc penè peculiariter est amabilis, imita-

*Postquam ardua montium, & lubrica vallium, & roscida cespitum, & glebosa camporum emersi, me equo indigena per albo vehens, iam eo quoque admodum fesso, ut etiam fatigationem sedentariam incessus vegetatione discuterem, in pedes desilio, equi sudorem & frontem curiosè extrico, aures remulceo, frenos detraho, in gradum lenem sensim proueho, quoad lassitudinis incommodum alui solitum ac naturale presidium eliquarer. Ac dum is ientaculum ambulato-*

*latorium, pratâque praterit, ore in  
latus detorto pronus allectat, duobus  
comitum, qui fortè paululum pro-  
cesserant, tertium me facio: & dum  
ausculto quid sermonis ageretur,  
alter exorto cachinno: Parce, in-  
quit, in verba ista, hæc tam absur-  
da, tamque immania mentiendo. I-  
sto accipio, sitior alioqui nonitatis,  
immò verò, inquam, imparite ser-  
monem, non quidem curiosum, sed  
qui velim scire vel cuncta, vel cer-  
tè plurima: simul ingi, quod insur-  
gimus, asperitudinem, fabularum  
lepida incunditas lenigabit.*

bilisque. Ardua autem montium dixit, arduos montes intelligi volens: sicuti per lubrica vallium lubricas valles, & roscida cespitum roscidos cespites, & glebosa camporum glebosos campos. Sic Virgil. urbem Pataui circumlocutione vsus pro Patavio, fontem Timavii pro ipso Timavio dixit. *Lubrica vallium.* ]

Lubricus locus dicitur, in quo facile labimur: lubrica res, quæ labilis est, & è manu elabitur, vixque contineri potest ob læuorem. A Virgilio lubricus anguis, & loca lubrica dicuntur. *Roscida cespitum.* ] Roscidus significat rorulentum, & rore conspersum. A Virgil. luna roscida eleganter scienterque dicta est, veluti roris humorisque parens fecundissima: ex quo sidus lunæ femineum ac molle nominatur ab eruditis, quæ nocturnum soluit humorem, & (vt ait Plin.) cuncta humifico spiritu laxat. Rores existunt neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, nec nisi serena nocte. In confesso est, roscidas æstate Aphricæ noctes esse. Scribit Aristot. in primo Meteororum, rorem fieri ex vaporazione modica, cum pluvia ex largo vapore progeneretur. Apuleius in libr. de mundo. Ros, inquit, nocturnus humor est, quem serenitatis tenuitas spargit. Græcè *σπορος* dicitur ros, & *σπορειος* roscidus. Cespes autem terra est, cum herbarum radicibus circumcisa ferramentis. Ex cespitibus castra circundantur, & aggeres castrenses fiunt, vt docet Vegetius in tertio de Re militari. Hinc illud Plinianum ex libr. trigesimo quinto. Cespitum natura castrorum vallis accommodata contra fluminum impetus aggeribus. Ex cespite fiunt aræ, dictæ ob id cespitiæ.

Iulius Capitolinus: Centum aræ vno in loco cęspiticiæ extruuntur, ad eas centum sues, centum oves maectantur. *Glebosa.* ] glebis grandibus plena & extantia. Columella id genus glebas appellat scamna, de quibus Plin. in 18. Scamna inter duos sulcos crude ne relinquuntur, glebæ ne exulent. Græcè βάλαξ, & βάλος nominatur. Inde ab Homero, Phthia ἐρβάλαξ dicta ab vbere glebæ. *Emersi.* ] Difficiliter se superasse aspredines locorum significat. *Indigena.* ] Theſſalico, quasi inde genito, nec aliunde ascito. Vel indigenam appellat equum patrium, veluti vernaculum & domesticum. *Fatigationem ſedentariam.* ] Eleganter ſedentaria fatigatio dicitur illa, qua, ſedentes in equo, ex diutina equitatione vexamur. Columella in 13. ſcribit, operam villici non eſſe ſedentariam: intelligi volens, non eſſe deſidioſam & ignauam, vt ſedens operetur. A Plinio quoque Panegyriſta decenter dicitur ſedentaria ſenatus aſſentiendi neceſſitas, qui ſedens aſſentiri cogebatur principi truculento. Quinetiam ſedentarias artes, & ſellularias eruditi appellant, quæ à ſedentibus per otioſitatem exercentur, quas Numæ lex à peregrinis & ſeruis tantum exerceri ſanxit, ciuibus interdiktas, tanquam his animi vigor & corporis pariter elanguelcat. Plautus in Aulularia ſedentarios nominat, qua dictione ſignare illos videtur, qui ſedes fabricant, & ſellas. *Frontem extrico.* ] Numerofa oratione & ſimiliter deſinente indicat, ſe omnia illa factitaſſe, quæ fieri ſolent ab equitariis ſiue equiſonibus erga equos labore exhaustos, & ſudore diſſuentes; vt ſcilicet frontem extricaret, aures remulceret, frænos detraheret. Fronte autem maximè ſudant animalia, & potiſſimum homines, propterea quòd caput humidum laxumque eſt: cerebro autem humectiſſimo frons prima ſubdita eſt: Ariſto. auctor in ſecundo Problematum. Frontem à foratu oculorum nominatam Varro exiſtimauit, & credidit Lactantius in lib. de Opificio. A fronte dicti Frontones, quod cognomentum eſt nobiliſſi Romanorum. Hinc ait Cicero in primo de Natura Deorum: Silos & Flaccos, Frontones, Capitones, quæ ſunt in nobis. Sili, vt hoc quoque in tranſcurſu declaremus, dicti ſunt, quorum naſus ſurſum verſus eſt repandus. vnde galeæ quoque à ſimilitudine ſilæ appellantur. Flacci verò nominati, quorum aures demiffæ erant, pendulæ & languidæ ac flacceſcentes. Ab his enim, vt ait Plin. ſunt Flaccorum cognomina. *Senſim proueho.* ] Non potuit ſignificantius exprimere id, quod quotidie uſurpari videmus in e quis ex curſura diſſudantibus, & laſſitudine deſectis, qui ſcilicet gradu lentiſſimo, doſualibus opetti ſenſim prouehuntur, ne ex refrigeratione periclitentur. *Aliui præſidium.* ] Excrementa ſignat.

ſignat.



figuat, & vrinam, quo naturæ præsidio maximè equi fatigati recreantur. *Elivaret.*] emitteret, redderet, & veluti liquidiora stercora fistulam excuteret, quæ ab antiquis foria dicebantur. Unde foriolus dictus, qui foria facillè emittat, solutioris scilicet ventris. *Ientaculum ambulatorium.*] Ientaculum, auctore Fulgentio Placiade, dicitur gustatio, & est quasi prægustatiua comestio. Est enim cibus matutinus, quasi ieiuna anima sumptus: & ientare vetus verbum est, quod significat ientaculum capere. Afranius: Hæc ieiuna ientavit. Vitellius Imperator epulas quadrifariam dispartiebat, auctore Tranquillo, in ientacula, prandia, cœnas, & comestiones. Græci ientaculum ἀνεκπρωϊν vocant, ἢ ἀνεκπρωϊα. Hinc Aristot. lib. de Animalibus 9. scribit, aquilam non operari, sed quiescere, μέχρι ἀνεκπρωϊατος, hoc est, vsque ad horam ientaculi. In quibusdam codicibus Aristot. legitur, μέχρι ἀγορᾶς, quod Plin. Aristotelis interpretis emunctus ita transfudit: Donec impleantur hominum conuentu fora ignauæ sedent. Antiqui prandium siue prandiolum vocauerunt ientaculum, quasi paruum prandium, quod M. Tull. eleganti vocabulo prandusculum dixit, & ita legas in sincerioribus codicibus Epistolarum ad Atticum. Nunc oppidò quàm eleganter ab Apuleio dicitur ientaculum ambulatorium, quod sensim ambulando carpit equus in prato. Ambulatoria hominis voluntas vsque ad mortem est, vt tradunt iurisperiti, hoc est, mobilis, varia, mutabilis. Porticus quoque ambulatoria dicitur, quæ ambulationis causa extructa est. *Pronus allectat.*] Solent equi os in latus detorquentes delectare, & quasi demulcere. Allectat enim significat illicit, & delectat. *Tertium me facio.*] Id est, copulo, adiungo me tertium comitem, duobus comitibus progredientibus. *Alter.*] ex duobus scilicet comitibus. *Cachinnò.* risu soluto, qui reprehensibilis est. Hinc ait Seneca: Sit risus sine cachinnò. Prætereà cachinnus non risum tantùm, sed sonum quoque vehementiorem significat, sicut apud Catullum ita scribentem: Procedunt lætiterque sonant plangore cachinni. Cachinnare etiam non de risu tantùm, sed de sonitu strepitùque maiore vetustas dici voluit. Hinc illud Accianum: Sæua sonando crepitu clangentes cachinnant. Est autem cachinnus, verbum secundum ὄνομα τοποσίαι fictum, à sono risus. *In verba ista.*] Subintelligendum est, alterum ex duobus comitibus denarrauisse inter eundem multa de diuina potentia magices incredibilia, ita vt alter surdis auribus diceret, supersedendum esse talibus verbis, quæ mera mendacia & immania portenta resonarent. *Isto accipio.*] cum hoc audiuissim. *Suitor nouitatis.*] cupitor rerum nouarum. Nam,



vt inquit Ouidius, Est quoque cunctarum nouitas gratissima rerum. Et, vt auctor est Seneca in Declamationibus, Ad noua homines concurrunt, ad noua conueniunt. Idem scribit libro Quæstionum naturalium nouissimo: Quòd naturale est, magis noua quàm magna mirari. Qui sidere capræ oriente nascentur, erunt curiosi omnium rerum, vt semper noua quæque curiosa desiderij cupiditate sectentur: auctor Iulius Firmicus in 7. matheos. *Non quidem curiosum.*] In libro Annotationum nostrarum hic locus copiosè satis, opinor, explicatus est: ex quo poteris, si quid ampliùs desideraueris, mutuari: vbi docuimus, curionem pro ministro atque præcone vsurpari, in quo significatu Plinius, Iulius Capitolinus, Martialis, Eusebius, iridemque Apuleius vsurpant. Apud Plautum, agnus curio significatur macilentus, quasi nimia cura gracilis & emaceratus: sicuti è contrario incuriosum agnum dixit Apuleius in Floridis, intelligi volens opimum & succulentum. Videtur autem curio hoc in loco à cura festiuiter deduci, quasi curiosus, qui curat & satagit nosse curiosè res nouas. Est itaque sensus: Non sum ego quidem curiosus, cum curiositas sit signum loquacitatis: & nemo curiosus sit, qui non sit maleuolus. *Verumtamen cupio nosse plurima*] Atqui ipse tamen toto opere testatur, se genuina curiositate præditum fuisse: & natura, vt inquit Seneca, nobis curiosum dedit ingenium. Curiositatem vt noxiam taxat Fulgentius Mythologus his verbis: Curiositas semper periculorum germana, detrimenta suis amatoribus nouit parturire potius quàm gaudia. *Iugis.*] collis, & loci editioris. *Insurgimus.* Ascendimus. *Læuigabit.*] Hæc duo opponuntur veluti per antitheton, asperitudo & læuigatio. Est enim læuigare, læuore quodam expolire quod asperum est. In itinere autem comes facundus, vt dicere solebat Publius mimographus, pro vehiculo est. Vnde fit, vt asperitas vitæ sermocinatione comitis iucunda læuigetur.

*Næ.*] certè. Græcum est aduerbium, Latinis quoque vtitissimum, quo Plautus, Teren. M. Tul. cæteri frequenter vtuntur. *Istud mendacium.*] Quod scilicet dixisse videbatur ille asser-

*At ille qui cœperat: Næ, inquit, istud mendacium tam verum est, quàm si qui velut dicere, magico susurramine amnes agiles reuertis, mare pigrum colligari, ventos inanimes expirare, solem inhiberi, lunam despumari, stellas euelli, diem tolli, noctem teneri. Tunc ego in verba fidentior:*

*Hæus,*

*Heus, tu, inquam, qui sermonem ieceras priorem, ne pigeat te, vel tadeat reliqua pertexere.*

tor magicę factio-  
nis, qui quædam  
incredenda ad co-  
mitē narrauerat.

Inter mētiri autē,

& mendaciū dicere distat. Qui. n. mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur: auctor Pub. Nigidius, qui hoc quoque addit. Vir bonus, inquit, prestare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. Diuus August. in libro de Mendacio, colligit octo genera esse mendaciorum, quibus abstinendum esse in totum præcipit, vbi indiscriminatum mentiri & mendacium dicere vsurpantur. Quod & in decretis Canonicis 22. quæstione 2. repetitum est. Nati sub sidere ingeniculi, erunt mendaces, fragaces, callidi. *Susurramine.*] incantamento: quod clam, & voce summissa, ne prophani percipiant, fieri solet. Magna enim, vt idē Apuleius asserit in Apologia, occulta res est, plerunq; noctibus vigilata, & tenebris abstrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata: cui paucissimi adhibeantur. Lib. 4. Institutionū, susurros magicos dici legimus incantamenta magicorū, & quę à Lucio nostro susurramina nominantur. *Amnes reuerti.*] Persuasum est, vi magici cantaminis cūcta, quę naturaliter impossibilia sunt, fieri posse: flumina ad fontes reuocari, mare glaciari, vētos tranquillari, deniq; omnia quę hęc memorat Apuleius, posse confici. Cui sententię astipulatur polypharmaca, hoc est, triuenefica illa Medea, quę sic ait apud Ouidiū: Cūm volui, ripis miratibus, amnes In fontes rediere suos, cōcussa; sisto, Stantia cōcutio cantu freta, nubila pello, Nubilaq; induco, ventos abigōque vocōque. Te quoque luna traho. Illud quoq; Maronianum ex Æneidos quarto huic pertinet: Sistere aquā fluuiis, & vertere flumina retrō. *Mare colligari.*] Id est, congelascere, contra naturā suam. Mare enim omne incongelabile est, sicut Philosophi autumant, & memorat Gellius in 16. Noctium Atticarum. Tametsi Herodotus, Græcæ historiæ scriptor, scribit in 4. Historiarum, mare Scythicum cōgelascere: vnde à Iuuenale dictus Oceanus glacialis. Auctor est Plinius, septentrionalem Oceanū Marimarufam à Cymbris vocari, hoc est, mortuū mare. Hecateus Amalchium appellat, quod nomen lingua Scythica significat congelatum. *Ventos inanimos expirare.*] Id est, ventos esse sine spiritu: quod impossibile est. Ventus enim nomen venti perderet, cūm esset inanimis: id est, sine anima, & spiritus agitatione. A Græcis dicitur *ἀνεμος*. vnde animus & anima deducuntur, ex quo animæ interdū pro ventis vsurpantur. Horatius:

Impellunt animæ linthea Thraciæ. Virgilius: Quantum ignes anima que valent. Est autem ventus, fluens aër & agitatus: ut Hippocrates in libro de flatibus, Aristoteles, Seneca, & cæteri Quæstionum physicarum conditores prodiderunt. Nihil autem est in rerum natura potentius spiritu. Ignem spiritus concitat. Aquis ventum detrahas, inertes sunt. Potest spiritus dissipare spatia terrarum, & novos montes extollere, qui est causa tremoris terræ. Vnde Epicuro nullus motus placet, præter spiritum, qui possit tanta conari. *Expirare.*) Spiritum exhalare & mori: sicut animantia expirant, spiritu emisso deficientia, sine quo nihil vitale est. *Solem inhiberi.*) Sol, qui est mundi oculus & cor cæli, & iucunditas diei, & cæli pulchritudo, naturæ gratia, ut inquit Ambrosius in 4. Hexameri: qui, ut asserit Plinius, naturæ regimen ac numen est, siderum ipsorum cælique rector, creditur potentia magici carminis posse inhiberi, quo minus cursum suum statum & nunquam erraticum circumagat. Hinc Lucanus cecinit in 6. *Pharsaliæ:* Cessauere vices rerum, dilataque mundi Hæsit nocte dies. Prisca illa rudis & indocta mortalitas, in deliquio solis ac lunæ, stellarumque defectibus, scelera aut mortem aliquam siderum pauebant. *Lunam despumari.*) Carminibus præstigiisque magorum lunam cælo deduci posse creditum est: ex qua credulitate est illud notissimum: Carmina vel cælo possunt deducere lunam. Credebant quoque lunam cantu magico depressam cogi, ut despumaret in herbas suppositas, & lunare virus infunderet, quibus mox ad magicen utebantur. Quod & idem Lucanus insinuat, cum sic ait in 6. de luna loquens: Et patitur tantos cantu depressa labores, Donec suppositas propior despumet in herbas. Item alibi: Et virus largè lunare ministrat. Mortalitas ignara causarum naturalium, in lunæ defectu veneficia arguebat: & ob id crepitu dissono auxiliabatur, auctor Plinius in 2. & Liuius in 26. Disposita, inquit, in muris. Campanorum imbellis multitudo, tantum cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ silenti nocte fieri solet, edidit clamorem. Hinc illud Satyrici poetæ: Vna laboranti poterit succurrere lunæ. Igitur luna despumatur, quando spuma depurgatur, quam cogitur infundere in herbas subiectas magis. Itidem mel despumatam dicitur, quando spuma detracta purum, liquidum, defecatum relinquitur: & ut ait Plin. in 22. vsus despumati mellis semper aptior est. *Stellas euelli.*) Marcianus Capella in lib. de Astrologia, stellas à stando, sidera à confidendo dicta fuisse commemorat. Cum itaque stellæ cælo affixæ sint, cantamine magico reuelli posse putantur. Interdum stellas ex cælo labi, & volitare conspiciamus. Ex quo illud Maro-

nianum:

nianum: Stellas vento impendente videbis Præcipites cælo labi. Plin. in 18: Discurrere, inquit, stellæ videntur interdum, ventique protius sequuntur, in quarum parte ita prælaguere. Inibi ex interuallo: Si volitare, inquit, plures stellæ videbuntur, quò feruntur albescentes, ventos ex his partibus nunciant. Vulgus existimat aliquem extingui cum stella decidua: verùm, vt inquit verissimè idem Plinius, non tanta cælo societas nobiscum est, vt nostro fato mortalis sit ille quoque siderum fulgor. Verùm cum decidere videntur, id fit nimio alimento tracti humoris: sicuti luminibus accensis, id ex liquore olei notamus accidere. Græci ἀπύρροιας vocant defluxus quosdam aërios, qui ad terram labentes stellarum casus imitantur. *Diem tolli.*) Tanquam arte magica possit dies mutato canonico cursu interpellari, & nox congeminari, iuxta illud Lucani: Cessauere vices rerum, dilataque longa Hæsit nocte dies, legi non paruit æther.

*Et ad alium: Tu verò crassis auribus, & obstinato corde respicis, quæ forsitan verè perhibeantur. Minus herculè calles, prauissimis opinionibus ea putari mendacia, quæ vel auditu noua, vel risu rudia, vel certè supra captum cogitationis ardua videntur: quæ si paulo accuratius exploraris, non modo compertu euidentia, verùm etiam factu facilia senties. Ego denique vespera, dum polenta caseata mordico securius offulam grandiore in conuiuas emulos contruncare gestio, mollicie cibi glutinosi faucibus inherentis & imago & spiritus detinentis, minimò minus interij.*

*Et ad alium.)* cōuersus scilicet, ad illum qui exorto cachinno dixerat, super sedendum esse talibus verbis, tanquam absurdis & incredibilibus. *Minus herculè calles.)* Sensus est: Profectò nescis multa, quæ vera sunt, ideò existimari mendacia, ob deprauatam hominum opinionem, quia sunt noua, & supravires nostras sublimata. In hâc sententiam ait Salustius in Catilina: Quæ sibi quis-

que facilia factu putat, æquo animo accipit, supra ea, veluti ficta pro falsis ducit. *Vespera.)* hora vespertina, & (vt ait Sidonius) crepusculascente. Dies ciuilis, qui à media nocte incipit, ita diuiditur. Primum tempus dicitur mediæ noctis inclinatio: deinde gallicinium: inde conticinium, cum & galli conticescunt, & homi-

nes etiam tunc quiescunt, cuius meminit Plautus in *Afinaria*, cum ait: Videbitur, factum volo, redito conticinio. Deinde est diluculum: id autem est, cum incipit dignosci dies. Inde mane, dum dies clarus. Legibus duodecim tabularum ortus tantum & occasus nominabatur. Post aliquot annos adiectus est & meridies. Nouissimum diei tempus, suprema tempestas nominatur. Hinc illud 12. Tab. Solis occasus suprema tempestas esto. Quamvis plurimi ex his verbis supremam potestatem post occasum solis esse existimauerint. Post supremam dicitur vespera, à stella, quam Græci hesperam, Plautus vesperuginem, Ennius vesperum, Martianus phosphorum, Virg. hesperon appellant. Inde crepusculum, à crepero, quod dubium significat, dictum: tanquam lux dubia id horæ sit, incertumque existat, id temporis noctis ne sit, an diei. Inde crepusci nominati à Sabinis, qui eo tempore erant nati: & à Lucretio dictum est creperum bellum, cuius anceps & dubius est euentus. Oracula quoque crepera vocitarunt, quasi ancipitia, ambagiosa. Hinc lenes decrepitos dici quidam autuant, quasi dubiæ sint vitæ. Post crepusculum id sequitur tempus, quod à luminibus accensis prima fax dicitur. Deinde concubia, siue concubium, quod ferè omnes tunc cubarent. Alij ab eo quod sileretur, id tempus silentium noctis appellauerunt, sicut Liuius. Nouissimo loco intempesta nox, dicta ex eo, quod non habet idoneum tempus rebus gerendis, & eo tempore nil agi tempestiuum est. Cassius: nocte intempesta nostram deuenit domum. Hæc est diei ciuilis à Romanis obseruata diuisio: quam pluribus verbis explicauimus, propterea quod hæc enarratio est futura conducibilis studiosis antiquarum lectionum. Auctores M. Varro, Macrobius, Plin. Censorinus, cæteri. *Polentæ caseatæ.*] Polenta, cuius meminit Plautus in *Afinaria*, cibus fuit antiquitus Græciæ peculiaris, & vt ait Plin. in 18. videtur polenta tam ignota Italiæ fuisse, quam puls Græciæ. Pluribus fit hæc modis. Græci perfusum aqua hordeum siccant nocte vna, ac postero die fingunt: deinde molis frangunt, nec aliunde laudatior, quam ex hordeo conficitur. Vicenis autem libris ternas seminis lini, & coriandri selibras miscent. Ouidius neutro genere polenta dixit, illo versu: Dulce dedit testa quod coxerat antè polenta. Placentam Apuleius caseatam vocat, veluti caseo indito subactam: sicut libum & placentam fieri docet Cato in libro de Re rustica. Ad eundem modum & scriblita fit, adhibito caseo, coquiturque: de qua Epigrammatista: Circumlata diu mensis scriblita secundis. Plautus quoque in *Pœnulo*: Nunc, dum scriblitæ æstuant, occurrite. Videtur autem Apuleius nomine

mine caseatæ polentæ significare obsonium consimile epityro. Est autem epityrum vocabulum cibi, quo frequentius Sicilia quàm Italia vsa est, vt auctor est M. Varro. De quo Plautus in Milite: Si vnum epityrum edam apud illum esuriens insanè. In Plautinis codicibus coniunctim & intercism implicata est lectio. Sic enim impressi codices habent, Epityredam, pro epityrum edam. Dictum autem est epityrum, vt ego opinor, à caseo, ex quo fit id cibi genus, perinde ac caseatum fit: *τυρός*; enim Græcè, caseus Latine significatur: & *τυρόκωνις* dicitur id instrumentum coquinatorium, quo foraminato caseus minutatim disterritur. Hinc illud Callippi falsè simul & dolenter dictum celebratur apud Græcos, qui dum Catinam Siciliæ ciuitatem capere adortus, Syraculas amisisset, dixisse fertur: Tyrocnestin habeo pro ciuitate. Non me præterit apud Columellam libro Rei rusticæ 13. epityrum vocari genus condituræ ex oliuis fractis concinnatum, quod in ciuitatibus Græcis plerunque vsurpabatur, quod quidam pityrum dicere malunt. Cato quoque docet, epityrum album, nigrum fieri ex oliuis, addito coriandro, fœniculo, ruta, menta, citra casei mentionem. Non inuitus in hæc interdum veluti diuerticula transilio, vt ita varietate rerum fastidium abstergatur, quod nulla res magis quàm vniformis narratio parit. Apud Iuriconsultos taberna casearia decenter est dicta, vbi fit caseus. Sed antequàm digrediamur ab epityro & caseo, conducibile videtur explicare, quid sit apud M. Tullium Tyrotarichus: de quo multi multa, perpauci bene. In epistolis ad Papyrium Patum, in epistolis ad Atticum, tyrotarichus, & patina tyrotarichi per sæpe memoratur: qua dictione significari puto genus obsonij ex caseo falsamentisque confecti: vnde ex vtroque compositum nomen. *Τυρός* enim, vt iam diximus, Græcè dicitur caseus: *πίεξις*, falsamentum. Proinde tyrotarichos legendum, vt sit nomen pentasyllabon. Qui tyrotarichum accipiunt pro nomine coqui, siue villæ, à vero deuij hallucinantur. *Mordico.*] Mordicare est, morfu capere. Quidam legunt Modicò securiùs, tanquam aduerbium sit, significetque paulò licentiùs frustum, siue buccellam ex illa caseata polenta contruncasse. Ego legere malim mordicùs, vel (si ita placet) mordicò, vt aduerbium sit, quod significat cum morfu & dentibus, &, vt veteres dixerunt, morficatim. Sensus autem sic ordinatur: Cùm morfu contruncare voluissem buccellam ex polenta caseata grandiolem, propter eà quòd conuiuæ voratores raptim tubercinantes vorant, paulùm abfuit quin interirem, dum faucibus inhæret, ac spiritum



strangulat cibus ille glutinosus, ex casei mollicie & lentore. *Offi-  
fulam.*] Offula hinc accipitur pro buccca, siue buccella, & frustulo  
polentæ. Offa enim, cuius diminutiuum est offula, & tertio gra-  
du offella, significat frusta esculenta, in quæ potissimum caro cõ-  
ciditur. Columella, de salsa suillæ carnis scribens, ait: Caro in  
libralia frusta conciditur, deinde offulæ carnis spissæ componũ-  
tur, & alternis sal ingeritur. Claudius Imperator, cum de laniis  
ageretur, exclamauit in curia: Rogo vos, quis potest sine offula  
viuere? Vbi offula accipi videtur pro esca scitissimi saporis, quæ  
fit ex iecinore porcino in frustula conciso, vulgò iecuscula di-  
cuntur. Per translationem dixit decenter Satyrographus: Et pa-  
truo similes effunderet offas: intelligi volens imperfectos foetus,  
& frusta carnis, qualia sunt in abortiuus. Dicitur offa quoque de  
ijs quæ non manduntur, vt apud Plinium: Offæ bubuli fimi. Vul-  
gatissimum est vetus prouerbiu, Inter os & offam: quod pro  
buccella & frustulo cibi capitur. Cuius meminit Cato, idem fer-  
mè significans quod Græcus ille *παροιμιώδης* versus: *πολλὰ μεταζ᾽*  
*πέλει κωλικός ἢ χείλεος ἀγοῦ.* Et quoniam incidimus in hoc prouer-  
bium, non ab re est notasse causam, vnde prouerbialis versus fa-  
ctus est, quem nostri in transcurso attingunt, nec satis enarrant.  
Apud Græcos talis narratur historia: Ancaeus, Nepruni filius,  
cum vineam plantasset, famulorumque vestigiis interdixisset, v-  
nus ex illis dixit, non esse fas domino fructum vineæ carpere,  
neque vinum nouum gustare. Mox maturis uis, Ancaeus gau-  
dibundus cum poculum esset labris admoturus, iussit seruum  
meminisse verbi quod dixerat. Interea venit nuncius, domino  
referens, vineam ab apro immenso vastari: tunc Ancaeus abie-  
cto poculo, dum concitatus currit ad aprum perimendum, ab eo  
percutus occubuit: & ita, vt seruus prædixerat, gustare non po-  
tuit vinum, quod iam habebat paratum, labrisque propinquum.  
Alij tradunt hanc parcemiam ab Antinoi casu ortam esse, vnius  
ex proci Penelopes: qui cum poculum labris admoueret, bibe-  
turus, corruit moribundus, ab Vlysse sagitta confixus. Quidam  
referunt ad Calchantem, quem vires terentem, quidam augur  
vicinus præteriens dixit errare: non enim ei fas esse nouum vi-  
num gustare. Consimile est illud apud nostros minus notum,  
Inter manum & mentum. *In conuiuias æmulos.*] Solemus in conui-  
uio hoc sæpe factitare, vt auidè cibos transuoremus in frusta e-  
normia concisos vixque commanducatos, dum timemus ne cõ-  
uiuæ galones cuncta voraciter in barathrum coniciant. Et ob  
hoc in æmulos conuiuias dixit Apuleius se contruncasse mordi-  
cuj, offulam grandiozem. Alij exponunt, dum cibum vellet fru-  
statim



statim secare, vt singulis conuiuis suæ partes distribuerentur. *Gestio.*] cupio. Aliàs gestire significat, vel lætum esse & gestu corporis læticiam significare, vt Nonius Seruiusque notificant, enarrantes illud Virgilianum: Et studio incassum videas gestire Iauandi. Gestit ille, qui (vt ait Festus Pompeius) subita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu præter consuetudinem exultat. *Glutinosi.*] Vulgò talis cibus viscosus appellatur. *Ima gula.*] Summum gulæ fauces vocantur, postremum stomachus. *Spiri- tum detinentis.*] Significat interclusum fuisse à cibo deerrante spi- ritum, meantem per fistulam spiritalem. Duæ enim sunt fistulæ, & quasi canaliculæ à faucibus deorsum proficiscentes, per qua- rum alteram delabuntur in stomachum esculenta omnia, & po- culenta, ex quo cibalis dicta: per alteram spiritus à summo ore in pulmonem, atque inde rursus in os & in nares com meat, pèrque eandem viam vocis quoque fit meatus. A spiritu spirita- lis hæc fistula nominatur, quam Græci vocant *πρωξίαν ἀρτηρίαν*, hoc est, asperam arteriam. M. Varro capite de capris & hœdis. Lactantius in lib. de Opificio, gurgulionem appellat. Aliquando cibus potusque labitur in hanc fistulam, per quam spiritus reci- procat, eaque offensione intercluditur animæ meatus. Quod sibi accidisse significat Apuleius, dum ait cibum glutinosum re- tentasse spiritum meantem, & deerrasse in alienum tramitem. Ob hoc, arte quadam & ope naturæ, duabus fistulis, cibali scili- cet & spiritali, interposita est lingula, quæ dicitur epiglottis, quæ inter edendum bibendumque operit canaliculam spiritalem, ne si cibus potusve in alienum deerrauerit tramitem, hominem torqueat. Auctores Aristoteles, Plinius, Gellius, & Erasistratus. *Minimo minus.*] Vix minimùm abfuit quin interirem.

*Et tamen Athenis proximo, & an- te Pæcilen porticum, isto gemino ob- tuta, circulatorum aspexi equestrem, spatham præacutam mucrone infesto deuorasse: ac mox eundem inuitamen- to exigua stipis venatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima vi- scera condidisse. Et ecce ponè lanceæ ferrum, quæ bacillum inuersi teli ad occipitium, per inguinem subit, puer in*

*Proximo.*] ap- propinquo. Ver- bum est. *Ante Pæcilen porticum.*] Pæcile porticus fuit Athenis, in qua Stoici philo- sophabantur. Lati- nè dici potest va- ria, siue variegata, à pictura scilicet multiplici, quæ il- lic visebatur. Po- lygnotus pinxit

gratuitò porticu hanc Pœcilen, cū partem eius Mycon mercede pingeret: vnde maior fuit Polygnoto auctoritas. Siquidem Amphictyones, quod est publicum Græciæ concilium, hospitia ei gratuita statuere. De hac porticu intellexit Persius, cum ait: Bracchatis illita Medis Porticus. De eadem sic scribit Æmylius Probus: In hac porticu Pœcile cū pugna depingeretur Marathonica, tributus est hic honos Miltiadi, vt in decem prætorum numero prima eius imago poneretur. In 6. Suetonij commentario scripsimus copiosissimè de Pœcile porticu, emaculantes maculosum Spartiani locum illinc poteris mutuari, si quid ex curiositate vberius fusiùsque desideraueris. *ποικίλον* Græci varium vocant, *ποικίλον* varietatem: vnde Pœcile porticus dicta, à varietate picturarum. Hinc & pyropœcilon vocarunt lapidem punctis ignei coloris variegatum. Et gemmam fideropœcilon, quæ ferro similis est guttis variantibus. Fuit & in Elide porticus Pœcile, vt Pausanias tradit, quæ à Plinio Heptaphonos appellatur, quoniam septies eadem vox in ea reddebatur. *Gemino obtutu aspexi.* ] ambobus oculis. Figura est, quam grammatici pleonasmon vocant: quæ fit, vt auctor est Quint. in 8. cum superuacuis verbis oratio operatur: vt Ego oculis meis vidi: fat enim est, vidi. Et, Sic ore loquuta est: cū vtique sufficeret, sic loquuta est. Obtutus aliàs significat aspectum, vt illud: Dum stupet, obtutuque hæret defixus in vno. Dicitur autem obtutus, quasi obtutus, à verbo tuor, quod significat video. Hoc gemino obtutu, asseuerantis est. sic Terentius: Hisce oculis. *Circulatores.* ] Circulatores sunt circumforanei, qui præstigiis quibusdam magicis videntur deuorare gladios acutos, irritare serpentes venenatos, & alia id genus incredunda efficere, maxima spectatorum admiratione, pecuniarum maximi ærulfatores. Ex hoc genere sunt pharmacopola, & Marfi, qui anguim virulentorum domitores sunt: quos Iulius Firmicus in 7. Mathefos, nasci ait oriente sidere Ophiucho. Qui sunt circulatores, docet Paulus Iurisconsultus,

tus, titulo De extraordinariis criminibus, sic scribens: In circulatoribus, qui serpentes circumferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur. A circulo & circumferendo nomen circulatoris deductum est, cuius foemininum est circulatorix. Quid in Priapeis: Hic quando Telethusa circulatorix. Videturque foemina circulatorix ea dici, quae lucri gratia urbem circuit, & saltando aliòve ludicri genere mercedulam aucupatur. Circitores verò in re militari dicuntur, qui vigiliis circumeunt, ut renuncient si quae emerferit culpa: quos olim circitores appellabant, ut auctor est Vegetius. De circitore in Priapeis: Quid tecum tibi circitor moleste? Ulpianus Iurisconsultus, titulo de institoria actione, circitores quoque eos dici vulgò ostendit, quibus vestiarij dant vestem circumferendam, & distrahendam. Plin. in epistolis, circulatorem eum intelligit, qui in foro, in corona popularium, legendo, canendòque oblectat, quales hodiè non parùm multi in foro nostro audiuntur. *Spatham.*] Multa sunt Græca vel Græcanica vocabula Latinis notiora, vltioraque quàm nostratia: quòd oppidò quàm mirum videri debet. Et ut exempli causa, pauca quaedam breuiloqua oratione succingam, nonne multa inter morborum nomina Græcanica sunt notissima, vltatissimaque perinde atque vernacula Medicis nostri temporis, quorum aures Latinas eorundem morborum dictiones penitus aspernantur? Quid sit dysenteria, qui sint dysenterici, norunt omnes, quæ Græca sunt. At si tormina & torminosos dixeris (sic enim Latine dicuntur) verbi novitate percussi obstupescunt. Item, quid sit apud Hippocratem & Galenum synanche, norunt, quam tamen perperam squinantiam dicere consueverunt: quid verò sit angina nesciunt, quæ Latina dictio est, synanchenque significat. Lienteriam, quæ intestinorù lævitas est & solutio, probè callent, alvinos nesciunt: ita enim Latine lienterici vocantur. Hepaticos sciunt dici, qui morbo laborant hepatico, quæ Græca dictio est: icerosos dici nesciunt, quæ Latina vox est. Consimiliter, ut ad propositum revertar, *Spatham* tam viri quàm foeminae vulgò nominant, cum dictio Græca sit, quæ Latino sermone dicitur gladius, ensis, mucro: sed illud Græcum, quàm hæc Latina, cognobilis, vulgatiùsque. Vegetius gladios maiores *spathas* vocari docet, minores verò *semispathas*. Præterea *spatha* significat ramusculum palmæ cum balanis, hoc est, ipsis dactylis, ut tradit Iulius Pollux. Hinc apud Martialem, Lema est *spathalion* cariorarù. Qua dictio-

ne significatur ramulus cum cariotis, id est, dactylis palmarum dependentibus. Item in Leuitico scriptum legimus: Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulæque palmarum. Pro eo est, ramusculos palmarum cum fructibus. Sed, quod cum pace bonæque venia eruditissimorum virorum dictū sit, spathalion apud Plin. & Plautum, vt ego opinor, non à spatha, id est, palma deducitur, sed à verbo Græco *σπαθαίνω*, siue *σπαθαίω*, quod significat delicias ago, & lasciuio inclinatur. Quo verbo vsus est Aristophanes cum ait *ἐν νεφέλαις, ὅ γυναικὶ λίδου σπαθαίω*. Est enim spathalion ornamentum muliebri, inter delicias fœmineas annumeratum. Ne fortè quæras vbi Plin. meminerit spathalij, sic ait in 13. Spathalia eo facere, & monilia fœminas. Et Plautus in Menæchmis: Amabo Menæchme, inaureis da mihi faciendas, pondo duūm nūm mūm spathalia, vt te libenter videam cum ad nos veneris. Præterea Plinio spatha est instrumentum & rudicula, qua vtimur in versandis rebus quæ coquantur. *Mucrone infesto.*] cuspide noxia, ac lethifera. Mucronatus dicitur à mucrone, mucronis effigiē gerens. Plin. lib. 23. Xiphiam piscē, i. gladium, rostro mucronato esse ait. Interdum mucro significat ipsum gladium, & vt docet Quin. Prosa oratio mucronem pro gladio recipiet. Priscianus: Synonyma sunt, inquit, quæ diuersis nominibus idem significant, vt ensis, mucro, gladius. *Exigua stipis.*] minimi pretij incitamento. Stipem pecuniam dicebant, à stipando, vt interpretatur M. Varro: quia qui asses, hoc est nummos librales habebant maiori numero, non in arca ponebant, sed in aliqua sella stipabant, id est componebant. A stipe stipendium dictum: & stipendiarij, qui stipem pendebant. Hinc dispensator, ab stipe pendenda nominatus. Hinc pecunia stipulari dicitur, & restipulari, in obligationibus. *Lanceam.*] Hispanicum vocabulum est, vt ait Varro, & repetit Gellius. A lancea lanceatus, id est, lancea percussus. Qui habuerit horoscopus in 17. parte Aquarij, auctore Firmico Materno, lanceatus morietur. Lancearios nostri vocant, quos Græci *λίσχουδαι* & *λίσχοφόροις* appellant, à *λίσχον*, id est, lancea, siue lanceam gestando. *Qua parte.*] id est, cuspide. *Pone ferrum.*] post ferrum. Virg. Pone subit coniunx. Et alibi, Pone sequens. Et vt ait Priscian. in 17. aduerbium est, quod soli accusatio adiungitur: vt, pone tribunal, vel pone domum. *Bacillum.*] Diminutiuum à baculo. Iuuen. Nullo dextram subeunte bacillo. Liuius: Lectores cum bacillis. *Inuersi teli.*] Sensus est: circulatorum illum præstigijs præpotentem, per partes inguinū infernas, perque viscera immisisse ferrum lanceæ, quæ adacta vsque ad occipitium emerit, ostentans in mucrone puerum sal-

tatorium:

tatorium: quæ res inter mira miracula referri potest, qualia ex porrentosa vanitatis magicæ officina deproinuntur. *Per inguinem.*] Lego, per inguem. Inguina autem tam viri quam fœminæ verenda significantur. Martial. Accedo quoties ad opus, mixtisque mouemur Inguinib. Inguina sunt sub scorpione. Manilius: At scorpis inguine gaudet. Hinc inguinaria dicta herba, quæ sedat inguinis dolores, quam quidam argemonem vocant, cuius meminit Plin. in 26. *Ad occipitium.*] Occiput & occipitium vocamus partem capitis posteriorem. Occipitium, vt docent philosophi, & tradit Macrob. in vltimo Saturnalium, nunquam caluum visitur, ob siccitatem. Sub arietis dominio caput collocatur. Manilius in secundo Astronomicôn: Arius caput est ante omnia princeps Sortitus. *In molliciem decorus.*] In quibus decor est corporis, iunctus fortitudini: & talis pulchritudo ornat, vt ait Donatus, virum fortem. In quibusdam forma est cum mollicie copulata: & tales magis inter fœminas, quàm inter viros sunt numerandi. Qui nascuntur orientibus pleiadibus, corpus in fœminam transferent, effœminati, molliter ambulantes, vestigia suspendent: pœnitebit eos, quòd viri nati sint: auctor Maternus in 8. Matheos. *Eneruam saltationem.*] Decentibus vocabulis saltationem molliculam infractamque depinxit. Enerua enim & exossis, quasi sine nervis & ossibus significatur: quales non parùm iam multos vidimus, qui sinuosis flexibus & corpore plicatili oblectant spectatores cum admiratione. Nati sub sidere leporis, leuitate corporis aues superare videbuntur. *Dei medici baculo.*] Æsculapius significatur, cuius gestamen est baculus serpente inuolutus: Apollinis filius, vetustissimus medicinæ repertor: cum tantùm medicina cæteris præstaret, vt non satis ei videretur hominum dolores leuare, nisi etiam mortuos ad vitam reuocaret, fertur Hipolytum discerptum ad vitam reuocauisse. Nonnulli Glaucum Minois filium eius opera reuixisse dixerunt, pro qua re fulmine Iouiali incensus periit, qui deinde inter sidera constitutus fuisse proditur, anguem tenens. Hac de causa anguem tenere dictus, quòd, cum Glaucum sanaret, manûque bacillum cum quid ageret, agitaret, dicitur anguis ad bacillum eius arrepsisse, quem Æsculapius mente commotus interfecit, bacillo sapius feriens fugientem. Postea fertur alter anguis eodem venisse, ore ferens herbam, & in caput eius serpentis imposuisse: quo facto, utrosque illinc fugisse. Quare Æsculapius eadẽ herba vsus, Glaucum reuocauit ad vitam. Itaque in astris dicitur collocatus esse, anguem tenens, qui Græcè ophiuchus, Latine anguitenens nominatur. In tutela quoque Æsculapij dracones

constituti sunt. Et ex hac consuetudine posteritas instituit, vt Medici anguibus vterentur : auctor Higinus, in lib. de signis. Plin. verò libr. 29. ideò anguem Æsculapio dicatum esse refert, quia ei inesse remedia multa credantur. Macrobi. in 1. Saturnalium auctor est, simulachris Æsculapij ideò subiungi draconem, quia sit acie acutissima, & peruigili : vnde *ὄρε τοῦ Ἰσχυρίου*, id est, videre, nuneuperetur. Medicum autem talem esse debere præscribit, qui acie mentis vel commoda vel incommoda in corpore mortalium prænoscat. Vt enim ait verissimè Hippocrates in prognosticis, Oportet Medicum dicere de ægroto præterita, præsentia, & futura. Cornel. Celsus scribit, Æsculapium in Deorum numerum receptum esse, cum medicinam adhuc rudem paulò subtiliùs excoluisset, illustrassetque. Fabulantur Græci Æsculapium collegisse sanguinem fluentem ex venis cæcæ Gorgonis, ita vt qui fluxerat ex sinistris venis, eo sanguine ad hominum perniciem : qui verò ex dextris, *ὄρε σωτηρίας*, id est, ad salutem vteretur. Chirurgiæ quoque inuentum Æsculapio assignat Diodor. in 6. Sensus Apuleij est, puerum repentinum ex magicis præstigiis insurrexisse in lanceæ cuspide, tam flexuosum, tam lubricum, vt credere posses serpentem esse illum, qui in baculo Dei Æsculapij sinuosus figuratur. Sidonius mentionem facit baculi, tanquam id peculiare insigne sit Æsculapij. sic enim ait in 2. Epistolarum: Tenere non abnuat cum Orpheo plectrum, cum Æsculapio baculum, cum Archimede radium, cum Viètruuio perpendiculum. Augustinus in tertio Æsculapium appellat Archiatrum, quasi principem præsidemque Medicorum. Græcè enim *ιατρός* Medicus, & *ἀρχιατρός* primus Medicorum. Græci Asclepion vocant Æsculapium. Vnde ait Martianus: Ascribit Asclepio Græcia medicinam. De hoc Æsculapij gestamine sic scribit Ouidius: Hic modò serpentem, baculum qui nexibus ambit, Perspice. *Quod gerit.*] Neutro genere baculum vsurpat, sicut & veteres factitauerunt. Silius: Pastorale Deo baculum. Ouidius: Baculumque tenens agreste sinistra.

*Cedo.*] Idem significat cedo, quod, dic mihi, vt ait Donatus, & da. Verbum est comicum. Plaut. Cedo manum. M. T. in Oratore: Libenter, inquit, etiã

*Sed iam cedo tu sodes, qui cæperas fabulam, reuocetire. Ego tibi solus hic pro isto credam, & quod ingressui primum fuerit stabulum prandio participabo. Hic tibi merces posita est. At ille. Istud quidem quod polliceris, equi bonique*



*bonique facio. Verum quod inchoaueram, porro exordiar. Sed tibi prius deierabo solem istum, videntem Deum, me vera comperita memorare, ne & vos ulterius dubitetis, si Thessaliam proximam ciuitatem perueneritis, quod ibidem passim per ora populi sermo iactetur, quæ palam gesta sunt.*

copulando verba iungebant: vt Sodes, pro si audes: sis, pro si vis: & capsis, in quo tria verba sunt, quod significat, cape si vis. Est autem Sodes vox exhortantis, vt ait Donatus in Andria. Diomedes dixit esse aduerbium precationis. *Stabulum.*] Hospitium significat: & stabularium vocant ipsum cauponem, qui vulgò hospes appellatur. Vlpianus Iurisconsultus: Caupones, ait, & stabularios eos accipimus, qui cauponam vel stabulum exercent. Et Caius ait, stabularium accipere mercedem, vt permittat iumenta apud eum stabulari: custodiaeque nomine tenetur. Augustinus lib. de Ciuitate Dei, 8. stabularias vocat mulieres, quæ exercent stabulum, & viatores mercede pascunt. Stabularij sunt Catoni, famuli villatici, qui stabulario præsent. Sic enim, inquit, oportet habeat villicus stabularios 4. Obiter annotandum, Græco vocabulo stabularium dicitur *σταβύλιον*, vt intelligas illud Iosephi ex libro 3. Antiquitatum: Neque ancillam, neque captiuam eis nubere voluit, & eas quæ de cauponibus & pandochibus vitam agunt. *Prandio participabo.*] Id est, mecum prandebis a symbolos, & immunis. Ego enim pro te resoluam, & stabulario satisfaciam. M. Varro tradit, locarium dici pretium, quod datur in stabulo & taberna pro loco vbi consistant. *Hic.*] pro hæc. Loquutio est frequens, & propriè peculiaris Apuleij: interdum significat tunc, vt docet Priscianus. *Æqui bonique facio.*] Prouerbialiter locutus, quod significat, in bonam partem accipio. Ita enim loqui consueuimus, quando benignitate verborum prosequimur pollicitatores, inuitatoresque. Potest accipi & eo intellectu, vt exponas non magni pendo. Cui consimile est illud, Sufque deque facio, Terentius: Cæterùm equidem istuc, Chreme, æqui bonique facio, Titus Liuius: Ne serpat latitùs contagio eius mali, nos æqui bonique facimus. Marcus Tullius in Epistolis ad Atticum sine particula coniunctiua, quod decentius est, dixit, *Æqui boni facit.* *Porro.*] in futurum, deinceps: futuri temporis aduerbium est: aliàs coniunctio est expletiva, vt docet Donatus, qui alibi ait aduerbium esse modò temporis, modò ordinis. *Deierabo.*] valdè iurabo. De enim interdum significat

intentionem, vt demiror. Apud Terent. Deamo te Syre, pro valde amo. Tertul. in Apologetico: Sacra faciebant pro salute Imperatoris, & genium eius deierabant. Hinc deiurium dictum iusurandum. A Gel. Deiurio vincti forent. Deierare autem, siue iurare Deum, ornatior elocutio est, vt ait Ser. in 12. commentario, quàm si velis addere præpositionem. Sic Virg. Terram, mare, sidera iuro. Hoc enim elegantius est, quàm si dicas, per terram iuro, per mare, per sidera. Plaut. tamen elegantissimus scriptorum dixit: Per omnes Deos & Deas deierauerit, occisurum eum hac nocte, quicum cubaret. *Videntem Deum.*] Plin. de sole scribens ait: Præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens. Ab Ouid. dictum est: Videt hic Deus omnia primus. Græcè dicitur πᾶσι θ' ὀράων, & πᾶσι τ' ἀκούων: hoc est, cuncta videns, cuncta audiens. Est enim sol oculus mundi. Tolle solem de mundo, cuncta noctescent. Hinc illud Heracliti: εἰ μὴ ἥλιος (ἡσπ) ἦν, ὁ φερόμεν αἰ ἦν, id est, si non sol esset, nox esset. *Thessaliam.*] hic Thessalia non pro regione accipitur, sed pro oppido. Quod si legas Thessalicam nomine adiectiuo, significatur Hypata ciuitas Thessaliæ. *Quæ palam gesta sunt.*] Subintelligendum est, de his, vel horum, vel aliquid consimile. vt sit sensus: Sermonem iactari per ora populi Thessalicæ super his rebus quæ illic palam gestæ fuerant.

*Cuiatis.*] Nomen est gentile, & significat cuius gentis. Antiqui enim, vt ait Prisc. nominatiuū proferebant cuius, & cuiatis communi genere. Plaut. Rogitant cuiatis sit. *Quæstum.*] ad querendum lucrum ritu mercatorio. *Eam.*] vadam: verbum est. *Æginensis quidem sum.*] Ægina, cuius hic se municipem esse ait, insula est, ab Ægina Æaci mā-

*Sed vt prius noritis qui sim, & cuiatis, & quò quæstum nūc eam, audite. Æginensis quidem sum, Athenaeo melle, vel caseo, & huiusmodi campolarum mercibus, per Thessaliam, Aetoliam, Bœotiam vltro citrò discurrens. Cōperto itaque quòd Hypatæ, quæ ciuitas cunctæ Thessaliæ antepollet, esset caseus recēs & sciti saporis, admodum cōmodus pretio distrabi, festinus adcurrere, id omne præstinaturus. Sed, vt fieri assolet, sinistro pede profectum me spes compendij frustrata est. Omne enim pridie Lupus negotiator magnarius cōmerat.*

tre dicta, cum prius Oenopia nominaretur. Ouid. Oenopiam veteres appellauere: sed ipse Æacus Æginam genitricis nomine dixit. Æs Ægineticum, teste Plin. fuit in laude, ex quo candellabrorum superficiem elaborabant. Quidam codices habent Ægigensis, tanquam ab Ægio deducto nomine. Est enim Ægium oppidum Peloponnesi, quo in loco Iouem à capra caprino lacte nutritum fabulantur, sicut Aratus prodidit. Vnde & loco nomē: *αἴγα* enim capram vocant. Sunt & Ægæ Euboicæ, à quibus Ægæum mare dici autumat Strabo. Sunt & Ægæ Achaicæ, penes quas Cratis amnis labitur. *Æthnæo melle.*] Id est, Siculo, quod bonitatis nota censetur. Prima nobilitas est Attico, quod Hymettium vocant: proxima Siculo, quod Hyblæum ab oppido nuncupatur: mox Calymnæ insulæ. Hinc ait Ouid. fœcundaque melle Calymne. Apuleius Æthnæum mel appellat, intelligi volens Hyblæū, siue Siculū ab Æthna monte, quæ ardet noctibus semper. Quidam legunt, Ænnæo, ab Ænna ciuitate Siciliæ in colle sita, in qua sacra Cereris ædes est, vt docet Strab. in 6. Hinc illud in Carmine obsceno: Ænnææ Cererem nurus frequentant. *Cauponarum mercibus.*] Esculentas merces significat, quæ pertinent ad edulia cauponarum. Est autem caupona, & mulier, & taberna. Potest referri & ad cauponationem, quam vt illiberalem improbat Plato, lib. II. de Legibus, de quo suo loco mox plura. *Ætoliā.*] Ætolia regio est proxima Epiro, quam ab Acarnania dirimit amnis Achelous Hinc Ouidius Acheloum appellat Acarnanum fluuium, illo versu: Amnis Acarnanus lætissimus hospite tanto. In Ætolia oppidum est nomine Naupaetum, à quo idem Achelous Naupaetæus ab eodem poëta est dictus. Ætoliæ oppidum est Calydon: vnde Calydonius ille aper famigeratus. *Bœotiam.*] Cùm Latini Græcos in omnibus penè sequantur, vt ait Priscianus, Barbarismus fit Bœotiam Bœotiósque scriptitando, pronunciandóque, sicut obtinuit, inueterauitque falsa & pertinax consuetudo neotericorum. Bœotiam enim & Bœotios scribere ac proferre debemus ex Græcorum ratione, apud quos *βοιωτία, βοιωτοί*, nec vnquam aliter scribuntur. Et ita illud Flacci legendum est: Bœorum in crasso iurares aëre natum. Homer. in Catalogo: *βοιωτῶν δὲ πλωλέως κὶ λιῆτος ἤρχεν*. Auctoritatem tamen & rationem, & regulam consuetudo superauit, quæ (vt ait Gellius) domina rerum est, maximéque verborum. In ore enim omnium est Bœotia, cùm Bœotiæ insolens, inauditum, aspernabile verbum esse videatur. Cæterùm ego ipse sequar Fabium Quint. qui vocat consuetudinem sermonis, consensum eruditorum, non vsum triuialium Grammatistarum. *Comperio.*] cùm

comperiffem. Absoluta elocutio est apud veteres vsitatiffima. Cor. Tacitus: Igitur Zofines diu pensitato, Mithridatiffine rebus externis, an patrio regno confuleret. Silius: Auditóque furens socias non defore vires. *Hypatæ.*] Itidem Lucianus se Hypatam accessiffisse commemorat, Thessaliæ ciuitatem, quam Apuleius fignat fuisse metropolim, & quasi principalem totius regionis. Liuius meminit Hypatæ in 36. scribitque consulem Romanum esse depopulatum agrum Hypatensem. *Cafeus sciti saporis.*] Caseo Nemaufensi, quæ ciuitas Galliarum est, laus fuit apud antiquos præcipua. & musteo tantum, hoc est, recenti commendatio. Caseus Lunensis magnitudine conspicuus celebratur, quippe qui ad singula millia pondo premebatur, vt docet Plin. in 11. Hinc illud Epigrammatarij poetæ: Caseus, Ethruscæ signatus imagine Lunæ, Præstabit pueris prandia mille tuis. Caseus à coacto lacte dictus, vt interpretatur M. Varro: siue à coëundo, vt ait Festus. Casei recentes & molles sunt alibiles magis, quam veteres & acidi. Inter cibos castrenses caseus quoque numeratur. Spartianus: Ne Adriano hæc, cibus etiam castrensibus in propatulo libenter vtens: hoc est, larido, caseo, & posca, exemplo Scipionis Æmiliani & Metelli, & auctoris sui Traiani. Galenus lib. de alimentis 3. recentem caseum, veluti omnium probatiffimum, saluberrimumque, quem vocari ait à Pergamenis municipibus suis oxygalacticum, miro præconio extollit. Vt autem intelligas quid sit caseus oxygalacticus apud Galenum, scito oxygalam dici quasi acetosum lac: nam Græci ὄξος acetum vocant, γάλα lac. Vnde Galactopotæ dicti populi, quibus lac victum commodat, quorum meminit & Columella in 8. Oxygala autem, vt docet Plin. volumine 28. fit è lacte quod in summo fluit, addito sale. Oxygala alio modo fit, acido lacte addito in recens quod dum acescit vtiliffimum est stomacho. Hippacem vocat antiquitas caseum equinum, cui eisdem affectus, quos bubulo caseo Sestius assignat. Genus est casei, quod saprum vocant, quasi dicas marcidum: qui cum sale & sorbis siccis è vino tritus, potusque medetur celiaci. In vniuersum hæc de caseis traduntur: stomacho vtilis sunt, qui non sunt falsi, id est, recentes: veteres aluum sistunt, corpusque minuunt. *Sciti saporis.*] probi iucundique gustatus. Scitus interdum dicitur elegans. Teren. scitum puerum appellat pulchrum & elegantem. Fiscellus dicebatur à priscis, casei mollis appetitor. *Pretio distrahi.*] vendibilem fuisse caseum significat, qui leui pretio cœmi posset. Distrahere enim est vendere, Oratoribus & Iurisconsultis. Inde, merces distractæ: & distractio, venditio. Vipian. titulo de transactionibus: Si vni, pluribusve

ribusve fundus ad alimenta fuerit relictus, velisque eum distrahere, necesse est emptorem de eius distractione & transactione arbitrari. Alias significat disseparare, atque diuellere. *Præstinaturus.* ] empturus. Præstinare verbum vetus est, quod significat emere. Plant. in epidico: Ut præstines argento, priusquam venit filius: & apud eundem sapissime. A quo destinare quoque, quod vitatus est, usurpatur in eodem significato, cum ait in Persa: Dij Deæque te agitent irati, scelus, qui hanc non properes destinare. *Sinistro pede.* ] improspere omine, & inauspicio. Si enim (vt Donatus, Virgilianus interpres, scitè inquit) dexter pes bonus est, proculdubio sinister malus accipiendus est. A contrario dixit Virg. in 8. Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo: hoc est, vt Ser. interpretatur, propitius, & prospero omine. Diuus Augustin. quod mehercule scitu memoratūque est dignum, refert in epistolis, Phario-nem dici boni pedis hominem, cuius aduentus afferat aliquid felicitatis. Sic, inquit, solemus dicere, secundo pede introisse, cuius introitum prosperitas aliqua consecuta sit. Illud obiter annotandum, in auguriis sinistram accipi pro prospero & salutari: & sinistras aues, quæ portendunt felicitatem. Autumat Festus Pomp. & Seruius, auspiciū sinistram à sinendo dici, quod nos agere aliquid sinat. M. Varro in lib. Epistolicarum quæstionum ait, ad sinistram partem esse mundi exorientes, ad dextram occidentes: vnde factum arbitrantur, vt sinistra meliora aspiciat, quàm dextra esse existimentur. Idem ferè sentiunt Capito & Cincius, vetustissimi scriptores. Plin. quoque fulmina læua, hoc est, sinistra, refert prospera existimari: quoniam læua parte mundi ortus est. Idem Don. refert, in sacris signis iccirco prospera accipi, quæ sunt læua, quia sacrificantis, vel precantis latus læuum, dextrum est eius qui postulata largitur. Ex hac augurij consuetudine dixit Ennius: Contonuit læuum bene tempestate serena. Et Ennium æmolatus Virgil. cecinit in serio opere: Subitòque fragore Intonuit læuum: significare volens sinistram, hoc est, prosperum factum esse augurium. Econtrario Græcis & barbaris dextra meliora videntur, quàm sinistra. Vnde Homericus Ajax: Nescio quid hoc modo nunciet: prospera Iupiter his dextris fulgoribus edit. Quanquam hand ignoramus, vt inquit M. Tul. in 2. de Diuin. quæ bona sint, sinistra dici, etiam si dextra sint. *Spes compendij.* ] lucri. Contrà dispendium significat detrimentum. *Lupus.* ] Nomen proprium negotiatoris. Alias dicitur instrumentum vincinatum, quod vulgus lingua vernacula graphium

vocat. Palladius lupos ferrulas manubriatas interpretatur, numeratque inter rustica ferramenta. Alias lupos dicimus frenos, & lupata, iuxta illud: Accipit ore lupos. De lupo pisce, & animali quod drupede, nemo est qui nesciat. *Magnarius.*] Non à regione quæ Magnesia dicitur, inclinatum est hoc nomen: sed à magno, magnitudinèque negociationis: veluti famigeratus, clarus in obeundis magnis mercaturis.

*Commodum.*]

Non parùm multæ particulæ sunt in Latina lingua vñatissimæ quidem, sed paucis bene cognitæ: intellectæque: sicut est aduerbiũ hoc, *Commodũ*, quod significat tunc, id temporis, eo momento. Quæ dictione non solum Apuleius noster sæpicule, sed & Plau. & M. Tull. Gel. & omnis clafsicorum scriptorũ ordo vñus est. Donatus enarrans illud Terentianum ex Phormione: Id rùm hoc agebam *commodũ*: dixit aduerbium esse temporis, & tantũ significare. Idem alicubi apertius & planius exponit, *Commo-*

*dũ* huc aduerterat, ipso eodẽque tempore. *Ad balneas.*] Propriè & significanter fœminino genere balneas publicas appellamus, cum priuata neutro genere balnea appellitentur: quod docet M. Varr. Et ita ferè semper apud idoneos auctores inuenies dici

*Ego igitur inefficaci celeritate fatigatus, commodũ vespera oriẽte ad balneas processeram. Ecce Socratem contubernale meum conspicio: humi sedebat, scissili palliastro semiamictus, penè alius, lurore ac misera macie deformatus: qualia solèi fortune deterrima stipēs in triuis errogare. Hunc talem, quanquam necessarium & summè agnitum, tamẽ dubia mēte propius accessi. Hem (inquam) mi Socrates, quid istud? quæ facies? quod flagitium? At verò domi tuæ iam defletus & conclamatus es: liberis tuis tutores iuridici prouincialis decreto dati: vxor pro solutis feralibus officijs, luctu & mœrore diutino deformata, diffletis penè ad extremam captiuitatem oculis suis: domus infortunium, nouarum nuptiarum gaudys, à suis sibi parentibus hilarare compellitur. At tu hic laruale simulacrum cum summo dedecore nostro viseris.*



dici pro publicis thermis. Attamen M. Tul. balneas vocat, balnea Marci Bruti priuata. Sic enim ait in 2. de Orat. Quam multa de balneis, quas nuper ille vendiderat. Idem in oratione pro Cluentio: Eas, inquit, balneas non ex libris patris sed ex tabulis, & ex censu quærere. Græci *βαλανον* appellant, ab eo quòd anxietatem pellat ex animo: quod & diuus Aug. testatur libr. 9. Confessionum, & nos fusius scripsimus in commentariis Suet. vnde nostri balineum dicunt, & per syncopam balneum. *Ecce.*] Proprium Ciceroni & Virg. hoc est, in rebus improuisis & repentinis: vt, *Ecce autem gemini à Tenedo:* &, *Ecce trahebatur passis Priameia virgo.* *Palliastro.*] A pallio, quæ Græcorum vestis est, vt toga Romanorum, inclinatur palliastrum: cuiuscemodi nomina autumant Grammatici significare diminutionem. & profectò quædam sunt in aster, vel in astrum desinentia, quæ diminutionis regulam seruant: vt *surdaster*, quasi obsurdus: & *recaluaster*, modicè caluus. Cic. in 5. Tuscul. Erat, inquit, *surdaster* M. Crassus. In Leuitico ait Moses: Et si à fronte ceciderint pili, *recaluaster* & mundus est. Vnde & *recaluatio* dicta, non plenum caluitium, sed pusilla capillorum deglabratio. Itidem *palliastrum* accipi videtur, pro pallio mutilo & breuiculo. Compluresculæ tamen sunt ex hoc inclinatu deriuata, quæ imitationem potius significant, quàm diminutionem: vt *Pinaster*, quo non parua pinus significatur, sed (vt ait Plin. in 16.) nihil aliud est, quàm pinus syluæ stris mira altitudine. Ita *apiastrum*, quod herbae genus *melissophyllon* Hyginus vocat. Ita *mentastrum*, quæ menta syluestris est. Consimiliter à Cic. dicitur *Fuluiaster* & *Antoniaster*, contra Priscia sententiam, quasi *Fuluiæ Antonii*que imitator. Et à Ter. in *Adelphis* *parasitaster* dictus, non tam paruus parasitus, quàm æmulus imitatorque parasitorum. De *palliastro* in *Floridis*: *Niceno* procinctu *palliastrum* magistratum in secreto defendisset. *Scisili.*] *lacro*, & diuulso. Alias scissile dicitur, vt *filfile*, quòd facile scindi potest. *Semiamictus.*] Ex hoc aperte liquet, *palliastrum*, pusillum & breue pallium significare, quo Socrates non totus vestiebatur, sed semiuestibus conspiciebatur. *Lurore.*] *squallore*, & *pallore* buxanti. Est enim luridus, supra modum pallidus: vnde rana lurida Varroni, & venena lurida poetis dicitur. *Deformatus.*] sentus, incultus, & dehonestamento formæ demutatus. Alias deformatum, est figurare, fabricare, & noua forma insignire. *Victorinus* in 5. *Tragicæ scenæ* deformatur columnis, signis, & regalibus rebus. *Scipes erogare.*] Significat, contubernalem ad incitas, hoc est, egestatem fortunæ fulminantis sauiam redactum esse, adeò vt mendicare cogeretur. Quod genus

homines Plautus eleganter appellat mendicabula : & Laberius mendicitatem dixit mendicimonium. In triuiis autem potissimum mendici stabulantur, utpotè locis frequentioribus, per que vitò citroque comitant homines negotia obeuntes. *Quantum necessarium.* ] quamuis mihi necessitudine contubernalitateque coniunctum, & consequenter cognitissimum. Necessarij enim dicuntur, qui iure affinitatis familiaritatisve coniuncti sunt: vt docet Gellius lib. 12. Noctium Atticarum. *Qua facies.* ] Admiratur in Socrate contubernali tantam deformitatem, tantamque vultus ac totius corporis illuuiem. Est enim facies, forma omnis, & modus & factura quædam corporis totius, à faciendo dicta: auctor Gellius in 12. Plaut. quoque in Pœnulo, faciem pro totius corporis colorisque habitu dixit, his versibus. Sed earum nutrix qua sit facie mihi expedi. Statura non magna, corpore aquilo est. Aquilum corpus à colore aquilo dictum, qui fuscus est, & subniger, ab aqua nominatus. Cæterum quotidianæ locutionis consuetudo faciem vsurpat pro oris specie, quod Græci *ωστροπον* dicunt, in quo significatu est illud Plin. ex 11. Facies homini tantum, cæteris os, aut rostra. *Defletus.* ] deploratus, delamentatus. Participium, ab eo quod est fleor, vt ait Ser. Vir. Tum membra thoro defleta reponunt. *Conclamatus es.* ] tanquam de vita tua transactum, finitumque sit. Donatus enarrans illud Teren. ex Eunuchò, Lam conclamatum est: modò interpretatur transactum ac finitum, vt corpora nihil reliqui habent ad vitæ officia: modò manifestum, vt in conclamatis funeribus nulla dilatio est doloris ac luctus, Conclamatum pro satis deploratum, satisque vociferatum esse exponit. Ser. verò in expositione illius hemistichij 6. *Æneid.* Pars calidos latices: ait morem fuisse apud veteres, vt mortui calida aqua abluerentur, & per interualla conclamarentur, propterea quòd solet plerunque vitalis spiritus exclusus putari, & homines fallere: ideoque seruantur cadauera septem diebus, & calida aqua abluerentur, & post ultimam conclamationem comburebantur. Et hinc tractum esse refert illud Terentij: Desine, iam conclamatum est. Consimile est illud Lucani ex 2. *Pharsaliæ*: Corpora nondum Conclamata iacent. *Iuridici prouin.* ] Iuridicus prouincialis significatur is magistratus, qui ius dicit in prouincia, siue is prætor sit, siue proconsul, siue præses, siue alius qui prouinciam regat. Titulus est apud Iurisconsultos, de officio iuridici Alexandriæ, vbi sic ait Vlp. Iuridico qui Alexandriæ agit, datio tutoris constitutione diui Marci concessa est. Sensus est, datos esse tutores filiis

filiis Socratis, qui demortuus credebatur, ex auctoritate decretoque iuridici, qui prouinciam illius patriam regebat. Nam, vt refert Vlpian. titulo de iurisdictione iudicum, Ius dicentis latissimum est. Nam & pupillis non habentibus tutores constituere potest. Tutores autem sunt, vt docet Paulus lib. 26. digestorum, qui vim ac potestatem habent tuendi eum, qui propter ætatem suam sponte se defendere nequit: dicti quasi tutores atq; defensores. Mutus & surdus tutor dari non potest. Tutorum alij legitimi, alij fiduciarij, alij honorarij nuncupati. Analogistos, siue analogos appellat tutores Iulianus Iuris. eos, qui non tenentur reddere rationem administratæ tutelæ. Ius dandi tutores datum est, vt ait Vlp. omnibus magistratibus municipalibus. Prætor ipse se tutorem dare non potest. Illud semper constitit, præsidem posse tutorem dare, tam absentem, quàm præsentem: & tam præsentem, quàm absentem, necnon ignorantem, & inuito. *Liberis.*] Liberum appellatione non solum filij, sed nepotes continentur, vt tradit Vlpian. titulo de testamentaria tutela. Liberos, secundum Cassium, & ultra trinepotem accipimus. Antiqui oratores historicique etiam vnum filium, filiamve liberos multitudinis numero appellauerunt. Sempronius Afellio libro rerum gestarum quinto, de Tiberio Graccho ira scripsit: Orare cœpit vt se defenderent, liberosque suos, eum quem virilis sexus tum in eo tempore habebat, produci iussit, populoque commendauit propè flens. *Feralibus officijs.*] Feralia officia appellamus, quæ inferis defunctisque exhibentur. Scribit Ouid. in 2. Fastorum, feralia dici diem mense Februario, qua feruntur iusta manibus parentum, & celebratis parentalibus placant animas defunctorum. Festus quoque Pomp. ait, feralia esse festa sacrata Dijs manibus, à ferendis epulis, vel à feriendis pecudibus appellata. Hinc fœdera feralia, & tedas ferales, & arma feralia dixit Lucan. pro mortiferis & pernicialibus: & ferales cultus Ouid. pro funebres & lugubres. Vxor apud veteres decem menses à funere maritali lugebat maritum, quia annus id temporis erat decimestris, vt docet Ouid. Scribit Seneca libro 7. Epistolarum annum tempus fœminis ad lugendum constitutum fuisse à maioribus, non vt tandiu lugerent, sed ne diutius. Viris nullum lugendi legitimum tempus est, quia nullum est honestum. Lugentes diebus luctus erant in pellibus. *Deformata.*] deturpata, sordidatæque. *Difflexis oculis.*] Tandiu, tamque continenter defleuisse fœminam significat, vt penè luminum siue oculorum captiuitatem orbitatæque pateretur. In hanc sententiam Quintilianus in

declamatione, quæ inscribitur Insepultus, sic inquit: Cognita clade rarissimi vxor exempli totos effleuit oculos, fontemque illum perennium lacrymarum tantum cæcitas clausit. *A suis parentibus.*] patre & matre. Interdum parentes vulgari more, vt ait diuus Hieronymus, dicuntur affines & cognati, & ita nos vulgò vernacula lingua sermocinantes vsurpamus. In hoc significato parentes appellat Spartianus, cum ait: Omnibus parentibus suis tantam reuerentiam, quantam priuatus, exhibuit. Præterea appellatione parentum omnes superioris gradus vsque ad tritauū quidam appellari aiunt: sed Caius Cassius, cui Vlpianus astipulatur, omnes in infinitum dici parentes asseuerat. *Nonarum nuptiarum gaudijs.*] luctus finiebatur nuptiarum causa. *Hilarare infortunium.*] exhilarare & discusso pectoris nubilo differenare, ac noua immissa hilaritate discutere, & in læticiam gaudiūque demutare. Hilaria veteres diem appellauerunt 8. Kalendas Aprilis, quo fit æquinoctium vernum: quo primū tempore sol diem longiorem nocte protendebat. perinde ac tunc primū exordium læticiæ & hilaritudinis celebraretur: auctor Macrobius. Hæc hilaria significauit Vopiscus, sic scribens in Aureliano: Hilaribus, quibus omnia festa & fieri debere scimus, & dici impletis solennibus. *Suis sibi.*] Vetus locutio est. ita Terentius: Suo sibi hunc gladio iugulo: vbi exponit Donatus, veteres sic solitos loqui. *Laruale simulachrum.*] Augustinus in 9. de Ciuitate Dei, Martianus Capella in Nuptiis Philologiæ, & noster Apuleius in Dæmonio Socratis, laruas dici tradunt animas hominū deprauatas, & malis vitæ meritis maculosas: quæ à corpore se iugatæ terriculentum sunt mortalibus, & occuracula nocturna. Hinc laruale simulachrum dicitur deformatum, pallens, luridum, euisceratum, emaciatum, ac prorsus horrendum, sicuti larua est. In Priapeiis scriptum est, Ad me nocte solet venire, & affert Pallorem maciēque larualem. Vbi annotandum, in carmine phalæcio larualem pronounciari debere per dieresim. A larua, laruati dicuntur, furiosi, & mente moti, quasi laruis exciti. Apuleius in Apologia: Hunc denique, qui laruam putat, ipse est laruatus. Idem: Tertium, inquit, mendacium fuit macilentam, vel omnino euisceratam formam, diri cadaueris fabricatam, prorsus horribilem, & larualem. In hanc sententiam est illud Sidonij Apollinaris: Facies veluti vmbriis mœstificata larualibus. Apud Horatium, quod nescio an alibi facillè reperiās, larua accipitur pro persona, sicut vulgò vsurpatur eo versu: Nil illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis.

Aristo-

*Aristomene, inquit, natu fortunarum lubricas ambages, & instabiles incurfiones, & reciprocas vicifitudines ignoras? Et cum dicto, futili centuculo faciem suam, iam dudum punicantem præ pudore, obtexit: ita ut ab umbilico pube tenuis, cætera corporis renudaret. Nec denique perpeffus ego tam miserum ærumna fpectaculum, iniecta manu, ut adfurgat enitor. At ille, ut erat capite velato: Sine, sine, inquit, fruatur diutius tropæo Fortuna, quod fixit ipfa, effeci fequatur. Et fimul vnam ex duabus lacinijs meis exuo, eumque properè veftio (dicam, ane contego?) & illicò lauacro trado: quod unctui, quod tersui, ipse præminiftro, sordium enormem eluuiem operosè effrico. Probè curato, ad hofpitium, lassus ipse, fatigatum ægerrimè fufstinens perduco, lectulo refoueo, cibo fatio, poculo mitigo, fabulis permulceo.*

*Aristomene.]* vocatiuus casus est, qui apud veteres faluatorius quoque vocabatur. Verba funt Socratis respondentis amico Aristomeni. Ita enim nominabatur fermocinator hic, introductus à Lucio nostro. *Fortunarum lubricas ambages.]* Sæpe diximus, sæpe annotauimus, fortunam volubilem, vagam, inconstantem, lubricam, brutam appellari: quam antiqui sine pedibus esse dixerunt, eamque in pila stantem figurantes, manuatam pennatamque fecerunt: quæ cum

manus porrigit, pennas quoque comprehendere non finit. Fortunarum autem pluraliter dixit, quia multiplex est multinominisque fortuna, sicuti à nobis scriptum est in libro De fœlicitate. Refert Macrobius, simulachra Fortunarum apud Antium conueniri solita ad danda responsa. Papinius quoque Syluula quadam Prænestinas sorores appellauit Fortunas, quæ apud Prænestem sub effigie sororum colebantur. Romæ fuit ara malæ Fortunæ in Exquilis, & nos olim ludentes scripsimus in libello elegiaco: Est fortuna mala, est conuertens, est bene sperans: Fortis habet nomen, mascula culta Dea est. Ut tua multiiuga est variæ & numerosa potestas, Sic sunt multa tibi nomina facta Deæ. In cælo est ἀγαθὴ τύχη ἔ κακὴ τύχη, id est, bona fortuna & mala fortuna: auctor Iulius Firmicus. Aliàs fortunæ pro diuitijs opulentiisque accipiuntur. *Cum dicto.]* Frequens & penè peculiaris Apuleij lo-

cutio, quæ significat statim post verba, & vixdum finito sermone. *Sunt centuculo.*] Quod supra palliastrum scissile dixit, modo futilem centuculum appellat, à centone *centones*, id est, per diminutionem deducto vocabulo. Est autem cento vestis crassior, viliorque, ex pannis diuersorum in vnum confutis coagmentisque, cuius vsus in re militari apud veteres fuit frequentissimus, ad incendium arcendum. Hinc præcipit Vegetius lib. 4. turres & vineas, quæ machinæ sunt militares, centonibus esse aut crudis coriis extrinsecus operiendas, communiendâque, ne immisso concrementur incendio. Cæsar quoque commentario belli ciuili Pompeiani secundo refert, in oppugnatione Massiliæ turrim latericiam à suis structam fuisse, cui centones insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulatione perfringerent, aut faxa ex catapultis latericium discuterent. Idem in structura muscoli, quæ & ipsa machina oppugnatoria est, ait coria inducta fuisse, super coria centones iniectos, ne igni ac lapidibus corrumperetur. Docet Portius Cato, centones fieri ex vestimentis familiæ veteribus, cum ait: Quotienscunque tunicam aut saga familiæ dabis, prius veterem accipito, vnde centones fiant, Macrobius in 1. Saturnalium centones accipit pro veste stragula, lectique operimento, cum ait: Scrophæ cadaver sub centonibus collocat, super quos vxor cubabat. Laus sarcinatoris est, si bene centonem suete nouerit, quia ex dissimilibus minutisque confarcinatur. Hinc illud, Lucianum sarcinatore esse summum, suete centonem optime. Consimiliter cento apud Iuenaletm accipitur pro vestitu familiari, crasso & sordido, sic scribentem: Intrauit calidum veteri centone lupanar. Centonibus enim inuoluta vestitaque Messalina, ibat in lustra, ne agnosceretur. Seneca quoque in 11. Epistolarum ait: Diurnum accipit, in centuculo dormit. Vbi centuculus pro vili & plebeia veste stragula vsurpatur. Frontinus & Linius centuculos accipere videntur pro dorsualibus & instratis iumentorum. Similitudine vestis centunculi, herba centunculus dicta, de qua scribens Plinius noster, inuit centunculum esse penulam. Cuius verba subscripsi ex volumine 24. quæ sunt hæc: Itali centunculum vocant rostratis foliis ad similitudinem capitis penularum iacentem in aruis. Propterea ceto, vt scienter docet Ausonius, est opusculum structum ex variis diuersisque carminibus, cuius structura ita solidatur, vt coeant aut cæsi duo versus, aut vnus & sequens cum medio. Nam duos iunctim locare ineptum est. Ita ipse centonem formauit nuptialem, ex filiis poëmatum Maroniani confutum. Hinc Homerocentonas & Virgiliocentonas legisse sese, diuus Hieronymus refert

in pro-



in prologo veteris instrumenti, significare volens opuscula contexta ex Homeri Virgilique carminibus, transducta accommodataque ad sensum conditoris: Sutilis autem dicitur centuculus, confusus, contextusque, à suendo. Cymbam Charontis subtilem vocat poeta, hoc est (vt exponit Seruius) intexam, sutamque. *Punicantem præ pudore.* ] rubentem ob verecundiam. Puniceus enim color rufus est, & exuberantiam splendorémque significat ruboris Græcè dicitur *ποινός*: auctor Gellius in 2. Facies autem pudibundi verecundique hominis erubescere consuevit, quoniã (vt inquit Arist. in Problematis) sanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur pudentibus, ita vt superficiẽ occupet. Est autẽ verecundia bonũ, vt dicit Seneca, in adolescente signũ, & (vt dicere solebat Cynicus Diogenes) rubor, virtutis est color. Nihil fuisse mollius ore Pompeij, annotauerunt eruditi, qui nunquã nõ coram pluribus erubuit, vtique & in concionibus Plaut. in Astin. Verecundum esse decet adolescentem Argyrippe. Quintilianus verecundiã vitium esse dicit, sed amabile, & quod virtutes generet. *Pube tenus.* ] vsq; ad pubẽ. Hæc particula iungitur cum ablati uo singulari numero: vt, Capulo tenus abdidit ensẽ. Plurali uero cum genitiuo, vt, Crurũ tenus à mento palearia pendent: quo in loco, vt Prisc. ostendit, vsus est poeta hellenismo. Plin. quoque dixit: Corporũ tenus curiosus. *Fruatur trophæo fortuna.* ] Verba sunt Socratis ærumnosi, Aristomeni respondentis, sinendũ esse fortunam de seipso triumphare, & ipso trophæo diutissimẽ frui. Tanquam ipse sit trophæum fixum à victrice fortuna: sicut trophæa figi solebant à victoribus, vt essent monumenta victoriarũ sempiterna: quæ vetustate consumpta nephas erat refici ac resarciri, vt docet Plutarchus in quæstionibus. De trophæis affatim scriptum in 1. Tranquilli commentario: illinc poteris siquid desideras mutuari. *Ex duabus lacinijs.* ] vestibus. Est autem propriè lacinia, vt inquit Sextus Pompeius, pars vestimenti flexuosa sinuosaque. Vnde lacinosum deriuatur, quod tortuosum implicatumque significat. Hinc laciniosa oratio, Hieronymo: & lacinosus fibris splendens in ostreis, Plin. Laciniosa cõuallis Apuleio dicta. Et aduerbiũ inde fit laciniatim, quod significat in lacinias. Columella præcipit gregẽ pecoris ouilli in lacinias distribuendũ: hoc est, in particulas, & vt aduerbialiter dicã, particulatim, videlicet à lacinijs, quæ partes sunt vestimentorum, & interdum pro tota veste accipiuntur. *Quod cursui.* ] Emenda, quod tersui. Significat enim, se ministrasse amico balnei utensilia: videlicet ampullam oleariam, & strigilem, & linteam teritoriam, quibus ad tergendum utebantur. *Enormem eluuiem.* ] immodicam spur-

ciciem & illuuiem. Plin. & Iuuenalis, eluuiem dixere feculentia cloacalem. *Probè curato.* ]cum diligenter lotus curatúsque esset. *Leclulo refoueo.* ]cibo satio. Homœoteuton, & homœoptoton, quæ Latine dicuntur similiter desinens, similiter cadens. Exornationes sunt, quæ rarerè intersparæ, concinniorè faciunt festiuiorèmq; elocutionem, in quibus nitidus est & prepollens Apuleius: si immodicè hæc fiant, transeunt in vitium, vt in quarto Rhetoricorum proditum est. Ideoque dixit A. Gellius, in sripida & inertia & puerilia esse id genus in collocandis verbis scitamenta, si immodicè fiant, & rancidè, sicut facetissimè lusit Lucilius. Sed ad propositum: Omnis animi impetus, omnisque tristitia cibo mollitur, potúsque discutitur. Vinum dissipat cùras edaces, vt ait Horatius: & Plinio teste, somno est accommodatum, ac securitatibus. Et hoc fuit illud poculum Nepenthes, quod Helena illa Homericæ Telemacho ministravit, quod oblivionem tristitiæ, veniamque afferebat: quod utique foret cunctis mortalibus ab Helena propinandum. Sed de hoc Nepenthe, quod sine luctu significat, plura in libro Annotationum.

*Ad lubentias.* ]A lubendo, siue libendo, lubentia, & libentia dicta est, vt docet M. Varro libr. 2. Lat. ling. Plau. in Afín. Lubentiorè te faciam, quàm lubentia est. Lubentias appellat hilaritates, læticias, & voluptates sermonum & iocorum, ad quas iam procliuem factum esse Socratem, se iugata paulisper tristitudine, significat. A. Gellius in 14. Nam cui lubentiæ gratiæque omnes conuiuiorum incognitæ

*Iam ad lubentias procliuis est sermo- nis & ioci, & scitū est cauillum: iam dicacitas tinnula: cū ille imo de pectore cruciabile suspiriū ducēs, dextra seuiē te frontē replaudēs, Me miserum, in fit, qui dum voluptatē gladiatorij sp̄ ectaculi satis famigerabilis cōsector, in has ærumnas incidi. Nam, vt scis optimè, secundum questum Macedonia profectus, dum mense decimo ibidem attentus nummator reuertor, modico prius quàm Larissam accederem, per transitum spectaculum obiturus, in quadam ania & laciniosa conualle à vastissimis latronibus obsessus, atque omnibus priuatus, tandem euado: & vt potè ultimè affectus, ad quandam cauponam Meroën anum, sed admodum scitulam, deuorto, eique causas & peregrinationis*

*nationis diuturna, & domuitionis anxiosa, & spoliationis diurnæ aperio.* sint, quique illarū omnino expers sit.

*Scitum cauillū.* ]

elegans & faceta cauillatio, iocatioque. Cauillum enim pro cauillatione & irrisione accipitur: auctor Festus: & cauillari, est iocari. Quæ Græci sophismata vocant, Cicero & Seneca cauillationes interpretantur. *Dicacitas tinnula.* ] Dicacitas, sicuti docet Quintil. in 7. propriè significat sermonem cum risu aliquos incessentem. Ideò Demosthenem vrbānum fuisse dicunt, dicacem negant. A dicendo ducta est. Hac potissimū vtuntur scurræ: vnde dicacitas scurrilis appellata, quæ oratori magnoperè fugienda est. Duo sunt genera facetiarum, vt inquit Cæsar, & Cicero. in 2. de Oratore: alterum fustum, alterum peracutum. Illa à veteribus superior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata est. Apud veteres Gano præcone nemo dicacior fuit, de quo multa Lucilius, & non pauca M. Tullius in oratione pro Cn. Planco. Hic Nasicæ non pepercit. Idem M. Drusum, hominem potentissimum, dicacitate pulsauit. Idem L. Crassi & M. Antonij oratorum voluntates asperioribus facetiis sæpe perstrinxit impunè. *Tinnula.* ] sonora, & obstrepera, sublatiore sermone. Tinnire est sonare, verbum fictum ex onomatopœia: vnde tinnitus aurium. Plin. in 29. Quin & absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se receptum est. *Frontem replaudens.* ] manu percutiens, retegensque, capillis reiectis. Quod in luctu tristitiæque vsitatum est. Plaudo enim, quod & plodo dicitur, manibus pulso & strepitum facio: vnde Plautus dictus, quo boni excipiebantur, cum mali exsibilarentur. Hinc complodere, supplodere, explodere, replodere deriuantur, quæ inter se finitima, vtpotè ab eodem fonte deriuata, aliquo tamen interstitio discriminantur: quod antiquarum lectionum curioso facilè liquet, & à nobis perinde vt in legendo fuerint obuia, annotabuntur. *Infir.* ] inquit, aliàs incipit. In carmine Næuiano legimus, Fieri impendio infir: pro, fieri impensè incipit. *Famigerabilis.* ] inclytus, clarus, opulentus. Famigerabilis enim, & famigeratus, in eodem significato, pro cognobilis & fama notus vsurpatur. Famigeratores autem dicuntur rumigeruli, quasi famæ rumorūque gestores, seminatorésve, de quibus Plautus in Trinummo: Ego de verbis eorum famigeratorum inscius prosilui, Amicum castigatum innoxium, quod si exquiratur vsque ad stirpem auctoritas, Vnde quicquid auditum, nisi id appareat, famigerator ne sit cum detrimento & damno. *A Erumpas.* ] calamitates, laborésque. Animus a: quos

optimum est ærumnæ condimentum, vt inquit Plautinus seruus. *Secundum quæstum.* ] post factum lucrum. Secundum enim aliquando significat iuxta, & post. Liuius: Secundum orationem prætoris murmur ortum. Idem, in epistolis solitum scribi secundum salutem, testis est hisce verbis: Prætores Syracusani Marcello secundum salutem, vt assolet: pro eo quod est, post salutem M. Tull. in epistolis ad Quintum fratrem: ille mihi secundum te & liberos nostros ita est, vt sit penè par. Idem in secundo Officiorum: Proximè & secundum Deos, homines hominibus maximè vtiles esse possunt, id est, post Deos. Secundū flumina dixit Virg. pro iuxta. Secundum aurem pugione percussus fuisse M. Marcellum, scribit Seruius Sulpitius: quod significat, iuxta aurem, siue post aurem. Accipitur aliquando secundum, pro eo quod est, pro: vt, Secundum te litando, pro te. Notissima est illa significatio, secundum Plaut. secundum Aristot. Lucanus: Secundum Emathiam lis tanta datur. Græci in hac significatione dicunt, vt ait Priscianus, *εὐ, εὐ μετό.* *Macedonia* ] Casus est ablatiuus. olim Emathia dicta, duobus incluta legibus, Philippo & Alexandro: quondamque terrarum imperio famigerata, cui Macedo Deucalionis nepos nomen indidit: auctor Solinus in Polyhistore. *Nummator.* ] pecuniosior, & nummis suffarcinatus. Qui benè nūmatus est, is more Romano dicitur diues: vt festiuiter iocatur M. Tull. in epistolis ad Trebatium. Stoici verò dicunt, omnes esse diuites, qui cælo & terra frui possunt. *Larissam.* ] Ciuitatem Thessaliæ significat, quam Pensilem & Pelasgiam cognominat, à qua Larissæus Achilles dictus. Multas autem fuisse Larissas, ex multiplici lectione discimus. Fuit enim Larissa in Creta, & in Asia: altera iuxta Cymam, In agro quoq; Attico Larissa est. Tralilianus quoque vicus nomine Larissa, à qua Larissus Iupiter cognomen sumpsit. Est & Larissa pagus monti Hæmo finitimus. Quin etiam in Peloponneso Argiuorum arx Larissa memoratur, quam Cyclopes condiderunt, quos Gastrochiras, id est, ventri-manos vocant, quoniam suo artificioalebantur. ob hoc Larissæus apex appellatur à Statio arx Argiuorum: qui alibi dixit, Cyclopū fabricatam manu. *Obiturus.* ] editurus, spectaturus. *Auia conualle.* ] inaccessa & difficili. Auia enim loca dicuntur, sine via, & ob hoc imperuia, minimèque conmeabilia. Lucretius: Auia Pieridum peragro loca, nullius antè Trita solo. Et homo auius, longè à via remotus. Item, auius, à vera longè ratione vagatus. Hinc illud per annotationem siue traiectionem celebratum, Auium dulcedo ad auium ducit. *Laciniosa.* ] flexuosa & plicatili, sicut iam docui-

docuimus. *Vltimè affectus.* ] ad extremã redactus calamitatẽ, vel nimia lassitudine defectus, exhaustusve. *Meroë.* ] Nomen est cauponæ ex re fictum, tanquam esset merobiba. Sicut apud Aufonium iocus est de scœmina bibacissima, cui idè Meroës nomen inditum facetissime ludit, quia vinum dilutum non bibebat, potare immixtum sueta, merumque merum. Aliàs Meroë insula est clarissima Niliacarum insularum, in qua & ciuitas cognominis à matre Cambyse regis nuncupata. *Scitulam.* ] elegantem & argutulam. Nec enim ad corporis formam referri potest, cum esset anus, & interdum hæc diminutiua vrbauitatis & blandimenti causa vsurpantur. *Deuorto.* ] diuertor, accedo veluti ad diuersorium. Frequentissima apud Apuleium locutio. Inde taberna diuersoria Plauto, in quam viatores diuertunt. M. Tullius diuersores decenter appellat eos, qui in tabernam cauponamque diuertuntur: & est propriè verbum viatorum. *Domitionis.* ] Componunt dictiones ex duabus integris, vt tribunus plebis: aut integro & corrupto, vt maleuolus, extorris: aut ex corrupto & integro, vt noctiuagus: aut ex duobus corruptis, vt pedissequus, pinirapus: auctores Quint. & Prisc. Domuitio copulatur ex corrupto & integro, quasi domumitio. Significat autem reditum ad penates. Itiones autem dici, sicut rediciones, & abitiones, testis est Terentius, qui ait in Phormione: Hæccine erant itiones crebræ & mansiones diuinæ? Hac dictione deinde vt elegantissima vtitur & M. Tullius, qui sic scribit in primo de Diuinatione: Sed Rhodiorum classi propinquum reditum ac domuitionem dari. Domiccenium nouo vocabulo finxit, non magis licenter quàm decenter, Epigrammatista Martialis pro cœna domestica. *Spoliationis diuinæ.* ] Lego diuinæ. Diurnam enim appellat spoliationem, quam de die passus erat: cum rarerent homines de die spoliari soleant, nocturnæ verò spoliaciones & grassaturæ sint creberrimæ.

*Et dum miserè refero, quæ memini, illa me quàm humanè tractare adorta, cœna grata atque gratuite, ac mox, vrigine percita cubili suo applicat. Et statim miser, vt cum illa acquieui, ab unico congressu annosam ac pestilentem cõ-*

*Cœna grata.* ] Sensus sic ordinatur: Applicat me cœnæ gratuita, pro qua nulla mercedula exigebatur. *Vrigine percita.* ] ardore libidinis extimulata, & tentigine veluti,

quadam concita. Est enim vrigo, vredo quædam, & pruritus libidinis, ab vrendo dicta. *Ab unico congressu* ] Pudenter concubitum significat. *Anno-*

*sa ac pestilentem.*]

Caupona intelligit, ex cuius vetulæ concubitu se contagione quadam pestilenti infectum esse significat. Anatem veteres appellauerunt morbum anum, id est vetularum: sicut senium, morbum senum. Anus autem dicta est ab annorum multitudine: vel quòd iam sit sine sensu, qui Græcè dicitur *νοῦς*. Anicularum enim propria est deliratio. *In eam contuli* ] Significat se pro pretio concubitus, quicquid vestium sibi reliquerant latrones, dono dedisse cauponæ. *Operulas etiam* ] scilicet contuli in cauponam. Qua dictione significat reculas quasdam operosè fabricatas, quas acquisuera dum exercet sagariam negotiationem. Ab opera hypocoristicòs fit opella & operula. Quid autem sit facere sagariam, copiosè explicauimus in libro Annotationum; vbi hic quoque locus enarratur. Verù, quia (vt ait Plato) non nocet bis idè dicere, & Græcū prouerbiū est, *δὶς ἢ τρεῖς τὸ καλόν*, id est, bis tёрque pulchra dicenda: scito sagariam nuncupari negotiationem, vocabulo à sagis inclinato, quando scilicet saga & alia id genus vestimenta emimus & distrahimus lucri faciendi causa. Quod iurisperiti euidenter docent, apud quos tit. pro socio, talis casus explicatur: Quidam sagariam negotiationem inierunt, alter ex his ad merces comparandas profectus in latrones incidit, suamque pecuniam perdidit: serui quoque eius vulnerati sunt, resque proprias perdidit. Dicit Iulianus, damnum esse commune. Tit. quoque de tributoria actione sic scribitur: Duas negotiationes exercebat, putà, sagariam & linteariam. Dicitur autem sagaria simpliciter, & significatur huiuscemodi negotiatio, sicuti nomine linteariæ intelligitur negotiatio linteorum. Iridem absolutè dixerunt argentariam, sequestriariam, aliàque consimilia. Sagariam autem, quàm saccariam, legere malim. Quod si nihil placet immutare, saccaria in eodem significato accipietur, quasi à saccis deriuata, quæ sunt viliora vestimenta. Aliquando sacci, & per diminutionem sacculi, & saccelli, sunt nummorum receptacula, vt docet Pedianus Asconius. Saccariæ

Vlpia



Vlpianus titulo de contrahenda emptione, accipit non pro negotiatione saccorum, sed pro baiulo, scribens: Si quid ex sacco faccarii cecidisset *Merebam.*] *parabam, acquirebam. Bona vxor.*] Eironicòs caupona significatur, quæ illi fuit detrimentosa, cuius concubitu perinde ac vxoris potitus est. *Mala fortuna.*] propter latrocinalem spoliationem. Romæ fanum malæ Fortunæ fuit in Exquilis, Græcè dicitur *κακὰ τύχη*.

*Pol quidem tu dignus, inquam, es extrema sustinere, si quid est tamè nouissimo extremus, qui voluptatem venereâ & scortum scorteuum lari & liberis pretulisti. At ille digitum à pollice proximum ori suo admouens, & in stuporem attonitus: Tace, tace, inquit. & circumspiciens tutamenta sermonis: Parce, inquit, in sceminam diuinam, ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas. Ain tandem? inquam: potens illa & regina caupona quid mulieris est? Saga, inquit, & diuinipotens, cælum deponere, terram suspendere, fontes durare, mōtes diluere, manes sublimare, Deos infirmare, sidera extinguere, tartarum ipsum illuminare.*

*Extrema.*] *suprema exitia. Nouissimo extremus.*] tanquam nihil peius deteriusque inueniri possit ea labe, cladèque, quam perceperat ex complexu cauponæ: quod facinus illi extremū, & pessimo peius fuit, quod & vltimo loco perpetratum contigit. Nouissimum enim extremum significat. Quod verbum (auctore M. Varrone) Lælius & senes aliquot, quòd nimis nouum esset, vita-

uerunt: & sicut à vetere, vetustus ac veterrimus, sic à nouo declinat natur nouissimum, quod est extremum: sic ab eadem origine nouitas & nouitius. Autumat Gellius, libro 9. Noctium Attic. M. Ciceronem noluisse vti isto verbo, tanquam non Latino, & improbo. Sed (quod pace veniæque tanti viri dictum sit) M. Tullium vsū esse hoc verbo obseruauimus, sic scribentem in Oratore: Nec in hac modò re, quæ ad vulgi sensum spectet, & ad aurium voluptatem, quæ duo sunt ad iudicandum nouissima. Verùm sicut ille qui semel risit, nunquam risisse traditur: ita qui semel hac dictione vsus est, haud immeritò dici poterit ea nunquam vsus fuisse. Nam, vt inquit Asconius, semel, vicinum est ad penè nunquam. *Scortum scorteuum.*] *Scorta dici meretrices: & scortari,*

meretriculas ducere, nemo est qui nesciat : à pelle, quam antiqui dicebant scortum, ducto verbo : quia sicut pelliculæ subigantur. Scortea quoque dicimus ea, quæ ex corio ac pellibus sunt facta. Inde in aliquot sacris ac sacellis nefas erat aliquod scortum adhiberi. Proinde Ovidius in Fastis ait : Scortea non vlli fas est inferre sacello. In Attellanis fabulis licebat antiquitûs animadvertere, rusticos ioculariter dicere, se adduxisse pro scorto pelliculam. Donatus enarrans illud ex Eunuchis, Fortè habui scortum : ait, abdomen, quod in corpore fœminarum patiens est coitus, scortum dici. Vel *ἀπὸ τοῦ σκρίπειν*, quòd Græcè est, palpitare, quod faciunt meretrices crissando, vt ita concinniorè Venerem exhibeant viris : aut vt sibi abigant conceptum semèn, quod in vulua fœminæ in ipso coitu non se mouentis inhærescit. In commentariis Tranquilli docuimus, scorta dici diobolaria, quæ duobus obolis, hoc est, vilissima mercedula conducuntur. Vbi emendauimus locum M. Var. mendosissimum. Festiuiter appellat Apuleius scortum scortum, meretricem annosam, vietam, deformem, inamabilem, perinde atque esset instar pelliculæ & corij, rugosa, flaccida, languida, minimèque succulenta. Meretrices autem id genus sordidæ, duobus apud veteres vocabulis elegantibus appellantur, Scraetiæ, & Scrupeæ. Dicuntur autem scraetiæ ab excreando, quod vitium est in vetula : scrupeæ verò, siue scrupidæ, à duritie molestiæque lapillorum, qui serupi, & per diminutionem scrupuli dicuntur. Hoc idèd transeunter apposui, vt emendares, intelligerèsq; illud Plautinum, quod refertur à Gellio in 3. Noctium Attic. Stratæ scruppæ destrato vuluæ sordidæ. tu corrige, Scraetiæ scrupeæ. *Digitum à pollice proximum.* ] Indicem significat, quo ori admoto silentium indicimus, com mone mûsve quod maximè salutare est. Vnde & salutarem dictum esse à vetustis scriptoribus existimo, sicuti à Tranquillo, qui ait Augustum habuisse digitum salutarem sinistræ manus imbecillû : vbi non parùm multa digna scitu annotauimus. Marcianus Capella & ipse sic scribit : Verùm quidam reditus puer ad os compresso digito saluari, silentia com monebat. Is digitus exprobrando & indicando vnde ei indicis nomen est, plurimum valet. Quo vsum esse optimè Crassum oratorem, Cicero Quintilianûque notificant. *Tutamenta sermonis.* ] vt tutò loqui posset, ne quispiam arbiter clanculùm arbitraretur. Sic & Captiuus Plautinus : Secede huc, inquit, ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. Sæpe enim dicuntur voces, quæ postea mortiferæ fiunt ipsi sermoneatoribus, redeuntque per iugulum, excipientibus delatoribus. Vnde illud in vsu vulgi frequens : Plures necat lingua,

gua, quàm gladius. Sententiæ vulgari subscribit versus ille sen-  
 tentialiter prolatus, ἢ γλώσσα πολλοῖς ἐς ἄλεθρον ἦραγε, id est, lingua  
 multos egit in perniciem. *Parce in fœminam.*] abſtine à maledi-  
 ctis fœminæ, quæ arte magica pollens, meritò veluti diuina  
 metuenda est. *Ne quam noxam.*] aliquod periculum & detri-  
 mentum. Aliàs noxa accipitur pro culpa & delicto, vt alibi latius  
 explicauimus. *Ain'.*] *Aisne. Regina.*] tanquam regia potesta-  
 te præstans. *Quid mulieris est.*] Scire te conuenit, cum interroga-  
 tio per obliquum casum, maximèque genitiuum profertur, con-  
 temptum significari: vt, *Quid hoc est hominis? Quid ornatus?*  
*Auctor Donatus. Saga.*] Sagas dici mulieres, docet Porphyrius,  
 magicarum herbarum scientes, tanquam satis agas, & multùm  
 agentes. Tibullus: Pollicita est magico saga ministerio. Lactan-  
 tius, siue is Luctarius est, Papinij Statiij commentator, sagos  
 clangores, in 8. Thebaidos interpretatur diuinos. Vnde præsa-  
 gia, prædiuinationes mentis dicta. M. T. libro primo de Diuina-  
 tione: Sagire, inquit, est acutè sentire, ex quo saga, & sagarij di-  
 cti, qui scire multa volunt: & sagaces canes. *Cælum deponere.*] *Montes*  
*dituere.*] Quod est aquarum & liquoris. *Deos infirmare.*] Mundior  
 & purior lectio est, infirmare, quod est infimos facere. Idem  
 ait in Dæmonio Socratis: Ingenia illa ad beatitudinem subli-  
 mata sunt, hæc ad miseras infirmata. Sublimare autem &  
 infirmare inter se opposita decenter attendè, sicuti Manes &  
 Deos. Manes enim inferni significantur, Dei verò superni. De  
 Manibus satis multa in commentariis Propertianis. *Tartarum.*] *Tartarum.*  
 Plato in Phædone Tartarum esse scribit barathrum in profun-  
 do terræ & inferorum, ex quo origo fit omnium aquarum &  
 fons, & quò confluant flumina. Quod impossibile ait esse  
 Aristot. apertè dissidens à præceptore lib. 2. Meteororum. Poë-  
 tæ Tartarum appellant carcerem inferorum. De quo Tertul-  
 lianus in Apologetico sic: In imum Tartarum demerserit, quem  
 carcerem pœnarum infernarum cum multis affirmatis. A Tar-  
 taro, tartareus & tartarinus deducitur. Hinc illud: Corpore tarta-  
 rino prognata palude virago. Tartari origo, vt ait M. Varr. Græca

est. namq; *ἄνο τῆς ταπεινῆς*, id est perturbatione dicitur, quia illic omnia perturbata: vel *ἄνο τῆς ταπεινῆς*, quod significat tremere & frigere. Ex Tartaro, ut ait Plato, nunquā egrediuntur nocentes.

*Aulæum tragicum.*] Magna caligo verborum, quibus subobscure significat talē de saga fœmina sermocinationem magis tragicam esse, quā narrationi familiari accommodatam: idēoque remouendam esse suadet. Nam dum aulæū tragicum dimouendum esse dicit, & siparium scenicum complicandum, intelligi vult talem narrationem esse sequestrandā, quæ tragico argumento conueniat, tragicisq; portentis Aulæum enim tragicum dicitur, quo scena in agendis tra-

gædijs exornatur, quod leuabatur tollebatūque, cū finita fabula cantor dicebat, Valetē, plaudite. Hinc illud Horatii: Si plausoris eges aulæa manentis, & vsquē Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat. Ait Donat. aulæa in scena sterne solita, quod pictus ornatus erat, ex Attalica regia Romam vsque perlatus. Annotauimus alibi, aulæa dici vela picta, quæ alio nomine dicuntur peristromata, & peripetasmata, ab aula Attali regis Asiæ, qui populum Romanum scripsit hæredem. Ait Plin. in 8. Attalum primum inuenisse aurum intexere in vestibus: unde nomen Attalicis est. Hinc illud Propertij: Porticus aulæis nobilibus

Oro te, inquam, aulæum tragicum dimoueto, & siparium scenicum complicato, & cedo verbis communibus. *Vis, inquit, unum vel alterum, imò plurima eius audire facta? Nam, ut se ament efficitim, non modò incolæ, verum etiam Indi vel Ethiopes utrique, vel ipsi Antichthones, folia sunt artis, & nuge meræ. Sed, quod in conspectu plurimum perpetravit, audi. Amato rem suum, quod in aliam temerasset, unico verbo mutauit in fœram castorem: quod ea bestia captiuitati reuertens, se ab insequentibus reprecissione genitalium liberat: ut illi quoque simile, quod Venerem habuit in aliam, proueniret. Cauponem quoque vicinum, atque ob id emulum, deformauit in vanam: & nunc senex ille dolium innatans vini sui, aduentores pristinos, in fece submissus, officiosis ronechis raucus appellat.*

bilis Attalicis. *Siparium scenicum.*] Festus & Donatus scribunt, siparium esse velum minutum. Ego existimo non minutum, sed mimicum legendum esse: ut sit id quod Apuleius appellat scenicum. Eo enim utebantur Mimi, scenicique artifices, ad scenam velandam, quod populo obsistebat. Et hæc siparia pro aulae ætas posterior usurpavit. De hoc intellexit Satyrographus poeta illo versu: Consumptis opibus vocem Damasippe locasti Sipario. Significat enim, Damasippum mercedula conductum fecisse histrionicam, & egisse fabulas scenicas. Idem Apuleius in 10. ait consimiliter: Aulae subducto, & complicitis sipariis scena disponitur. Impressi codices pro aulae subducto, habent alveo subducto, quæ dictio mendosa expungenda est. Quidam siparium legunt, cum inter u & i maxima cognatio sit. Seneca in lib. de tranquillitate vitæ, appellat verba cothurno & sipariis fortiora, quæ grandia sunt, & supra sublimitatem tragicam evehuntur. Idem in 11. epistolarum ait Supara, unde per diminutionem suparia inclinari. Videntur esse insignia navium Alexandrinarum, quibus solis licet suparum intendere, quod in alio non omnes habent naues. Et Lucan. supara velorum dixit. Alias suparum vestimentum puellare lineum est, de quo Afranius: Puella non sum, si suparo induta sum. Eiusdem meminit Plaut. in Epidico. Significat Apuleius symbolicis, tollenda esse à medio sermocinationis ea, quæ ad tragœdiam pertinent. *Cedo.*] dic. *Communibus.*] quibus in communi quotidianoque sermone uti solemus. *Efflictim.*] vehementer, & ardentem. *Æthiopes utique.*] Homer. in 1. Odysseæ Æthiops bipartitos esse auctor est, alteros ad orientem, alteros ad occidentem spectare. Sic enim ait: *οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀπὸ τοῦ ἡλίου*: id est, Solis ad occasum quidam, quidam sed ad ortum. Super quo versu non parùm multa Strabo in 1. Geographiæ. Sunt autem Æthiopes, ut idem asserit, *ἡ ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀπὸ τοῦ ἡλίου*, id est, postremi hominum. Plin. in 5. sic ait: Verissima opinio est eorum, qui desertis Africæ duas Æthiopias superponunt, & ante omnes Homerus, qui bipartitos tradit Æthiops, ad ortum occasumque versos. Idem in 6. Æthiopiã appellatam esse memorat ab Æthiope Vulcani filio. Alij à colore populorum, quos solis vicinitas torret. Causas refert Aristoteles in Problematis, cur Æthiopes sint blæsis pedibus, candidis dentibus, longæve vitæ, animo timidiore. *Antichthones.*] Qui habitant in zona Chimerina, hoc est, hyemali, quos separat à nobis torrida. Appellantur Antichthones, *οἱ τῶν ἐναντίων χθόνων*, quasi contrariam terram habitantes: auctor Probus. Hos alio nomine Greci *αὐτίνους* vocant. De quib. multa Macrobius, 2. in Som. Scipionis.

Ex his colligimus, Antipodas non esse Antichthones, quos transfuersos nobis stare autumat M. Tul. inferiorem zonæ nostræ partem tenentes. Verùm an esse possint hi Antipodes, multa quæstio est apud eruditos: aliis astruentibus, aliis destruentibus Marcianus Antichthones seiuungit ab Anticis & Antipodibus cuius verba hæc sunt ex libro Geometriæ: Antici habitant contrariam zonam: qui infernatem nobis obuersam habitant, Antipodes memorantur: qui contra illos quos Anticos dicimus, Antichthones appellantur. *Folia sunt artis.* Id est, leuia & nugatoria, comparatione eorum, quæ maiora mirabilioraque facit ex artis magicæ potentia. *In aliam temerasset.* cum alia puella concubuisset. *Repræcisione genitalium.* Æsopus ille è Phrygia fabulator, festiuiter refert, castora, ex genere quadrupedum, degere ἐν λίπραις, id est in lacubus: cuius genitalia medicis vtilia esse ferunt. qui ob id se perigrinatus, abicindens sibi genitalia, ita à persecutionibus salutem consequitur. Hinc illud Satyrographi: Imitatus castora, qui se Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno Testiculi, aded medicatum intelligit inguen. Plin. & M. Varro fibros appellant, qui circa oras fluminum extremas videri solent: vnde & nomen. Fibrum enim antiqui dicebant extremum. Vnde & in vestimentis simbria: & in iecore fibræ dictæ, quæ sunt extremæ. Animal est horrendi morsus, arbores iuxta flumina vt ferro cædit: hominis parte comprehensa, non antè quàm fracta concrepauerint ossa, morsu resoluit. Cauda piscium castori est, cætera species lutræ, pilus mollior pluma. Germani biferam vocant. È genere sunt amphibio: sic enim philogræci vocant animalia, quibus in aqua & terra victus est. Illud annotatu scitūque dignum, quod à Sestio, diligentissimo medicinæ conditore, proditum est. Negat enim testes amputari ab ipso castore cum capitur: quinimo paruos esse ait, substrictosque, & adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse: verùm folliculos geminos ex vno nexu dependentes, qui amputentur, quorum vis medica sit. Castorea vocant medici, quæ hædentur pluribus morbis, & imprimis vertigini, tremulis neruorum vitiis, stomachicis, paralyticis, ischiadicis, quos vulgus sciaticos appellat, & opisthotonis: ita enim dicuntur, quorum ceruix rigida & inflexibilis dolor est, quod aliubi fusiùs vberiusque enarrauimus. Castorea magnificat Galenus, adhibetque pluribus medicinis. Demiror Albertum Magnum, & Isidorum, qui castoris nomen à castrando deducant: cum dictio Græca sit, & ita à Græcis passim nominetur. Nomen autem Græcum etymologiam Latinam nõ recipere,



recipere, sat notum est, & Grammatici prodiderunt. Memorant quidam, quod post amputationem genitalium, si iterum petatur à venatoribus, erigere se solet, ostentantem nihil in se præcis testibus esse amplius expetendum. *Ob id æmulum.*] Æmulatio enim & invidia est inter vicinos, & eiusdem artificij professores, ut inquit Hesiodus: *ὃ μὲν μὲν κερμαὶ κερμαὶ κότεί, ὃ τέκτωνι τέκτωνι:* invidet figulus figulo, & faber fabro. Æmulum autem dici aliquando imitatore, sciunt omnes, & tradit Donatus in commentariis Æneidos. De æmulatione M. Tullius in 4. Tusculana. *Senex ille.*] *caupo.* *Dolium innatans vini.*] Deformatus in ranam caupo, natabat in vino, contra naturam ranarum, quibus aqua vita est, vinum aspernantibus. Vnde & parœmia, *βαταχῶς ὄνον ἰγγίς*, id est, ranis vinum infundis. Quod proverbiū dicitur de his, qui ea præbent, quæ nulli vsui futura sint accipientibus. Cui contrarium est alterum proverbiū, *βαταχῶς ὕδωρ*, id est, ranæ aqua: de his qui ea dant, quibus maximè lætantur & gestiunt accipientes, sicut aqua gaudet rana. *Aduentores.*] Viatores intelligit, qui in cauponis cauponam soliti erant deuortere. Hodieque vulgò aduentores dicuntur, qui propè peculiariter frequentant officinam quampiam ac tabernam. Meretrices quoque suos habent aduentores. Hinc Plautina meretrix in Truculento: si æquum facies, aduentores meos non incuses. *Officiosus ronchus.*] id est, coaxatione & narium sonitu obstrepero. Ronchus enim significat propriè sonum illum nasi, qui à stertentibus fit dormiendo: à quo inclinatur verbum rhonchisso, quod est sterto, & naribus insono. Plaut. Dum dormit ronchissat. Et quia derisores solent talem naso sonitum in derisu conficere, inde fit ut ronchi pro derisionibus derisoribusque usurpentur. Martialis: Maiores nusquam ronchi. Hinc ronchifonus, qui sonat ronchos, & derisor est. Sidonius: Nec nos ronchifono Rhinocerote notat. Quidam existimant vocabulum esse factitium à sono, sicut tinnitus & clangor. Ego dictionem Græcicam esse autumo. Græcè enim *ρόγχος* dicitur stertendi sonus, *καὶ ῥίγγω* sterto. Vnde pararenchos dictus est Cyprius, qui simulabat dormientem, quo securius impunitiusque eius vxor mœcharetur, cuius meminit Lucilius. A quo natum est proverbiū: Non omnibus dormio. quod Cicero sciens inuertit, qui in epistolis ait: Non omnibus vigilo.

*Alium de foro quidem, quòd aduer-*

*ro.*] Forensē oratorem, siue ra-

bulam significat. *Causas agit.*] tanquā pristinū institutū obliuisci nō possit. *Dicaculē.*] Aduerbum est, & significat mordaciter, & cum falsa dicacitate. *Probrum.*] cōuicium. *Liuius* Occursant portis, probra ingerunt. Alias probrum pro stupro flagitiōque accipitur. Probrum virginis Vestalis vt capite puniretur, veteres sanxerunt. *Obfito.*] *Lego* obsepto, quasi claustris quibusdā munito, obturatōque. *Vtero.*] *Vterus* in fœmina iunctus est vesicæ, significatque matricem. Alio nomine locos appellant, vt docet *Plin.* in II. Inde loci in fœmina viriosi dicuntur *Catoni*, qui appetentes sunt concubitus virilis. *Seruius*, *Virgilianus* interpretes: *Vterus*, inquit, est mulierū aluus, quò effluūt sordes: venter, qui videtur. *Vter*, pro *uterus*, dixit *Cæcilius*: Nunc *uter* crescit, non potest celari. *Repugnato fœtu.*] interdicta prohibitāque partitudine. Tunc enim fœtus repugnatur,

*sus eam locutus esset, in arietem deformauit: & nunc aries ille causas agit. Eadem amatoris sui uxorem, quòd in eam dicaculē probrum dixerat, iam in sarcinam pragnationis obsepto utero & repugnato fœtu, perpetua pragnatione damnauit. Et, vt cuncti numerant, octo annorum onere misella illa, velut elephantum, paritura, distenditur. Quæ quum subinde ac multi nocerentur, publicitūs indignatio percrebuit: statimque est, vt in eam die altera seuerissimè saxorum iaculationibus vindicaretur. Quod consilium virtutibus cantionum anteuertit. Et vt illa *Medea*, vnius dieculæ à *Creonte* impetratis inducys, totam eius domum, filiāque cum ipso sene, flammis coronalibus deuasserat: sic hæc deuotionibus sepulchralibus in scrobem procuratis, vt mihi temulenta narrauit proximè, cunctos in suis sibi domibus tanta numinum violentia clausit, vt toto biduo non claustra perfringi, non fores euelli, non denique parietes ipsi quiuierint perforari: quoad mutua hortatione cōsonè clamarant, quàm sanctissimè deierantes, sese neque ei manus admolituros, & si qui aliud cogitarint, salutare laturos subsidium: & sic illa propitiata, totam ciuitatem absoluit.*

gnatur, cum iam maturus exire non potest ex utero materno, quasi coercitus, vinculusque. *Distenditur.*] impletur & turget. Virg. Distendunt nectare cellas: unde distentus, plenus. *Velut elephantum paritura.*] Decem annis gestare elephantum in utero, vulgus existimat: ex quo est illud proverbiale; Celerius elephantum parient. Aristoteles tamen biennio tantum ferre ventrem elephantum asserit. Ab elephanto alterum quoque proverbium impossibilitatis factum est apud priscos, quod usurpat Ennius sic scribens: Prius pariet locusta lucam bouem, id est, elephantum. Cur autem elephas dicatur luca bos, docent Plin. Solinus, & M. Varro, & nos alibi annotauimus. *Subinde.*] Identidem, frequenter. Alias significat, mox, & deinde. *Nocerentur.*] læderentur, & nocumento afficerentur. Passiuum verbum est vetus, quod & iurisconsulti usurpant, à quibus dicitur: Nisi ei nocitum sit, ex quo aquam ducit. *Publicitus.*] publice, aduerbium est. Plautus: Hospitio publicitus accipiet. Cæcilius: Ad plebem pergitur publicitus, defendendum est. *Saxorum iaculationibus.*] Lapidationem in foeminam magam publice decretam fuisse significat. *Cantionum.*] incantamentorum. Alias cantiones cantilenæ dicuntur. In Floridis: Hanc putat cantionem, ubi omnia quæ didicit maledicta percensuit. Cantio Græca, Plauto in Stichus dicitur conuiuiale. *Anteuertit.*] prouenit, anticipauit. *Diecula.*] Diecula significat paruam diem, & tempusculum. Teren. in Andria: Non fat est quod tibi dieculam addo? Vbi ait Donatus, ~~conuiciosa~~ est diecula, hoc est, tempusculum, & sumitur ab eo quod est hæc dies. Diecula, mora, & quasi parua dies. Alcon. Dies foeminino genere tempus, & ideo diminutiue diecula dicitur breue tempus & mora. *Medea.*] Medea illa fabulosa, perdito patre, perempto fratre. relicta genitrici patria, secuta Iasonem est, amoris æstu flagrans: cum quo annos circiter decem vixisse proditur, filiosque ex eo peperisse: Didymum, Thessalum, Alcimum, & Tisandrum. Mox Iason captus amore Glauæ, vel, ut alij tradunt, Creusæ Creontis filia, regis Corinthiorum, virginem à patre uxorem petit: à quo annuente, certumque nuptiarum diem constituyente, Iason Medæ nititur vtroneum diuortium suadere: quam id ægerrime ferentem, Deosque testes fidei datæ implorantem, vberè expulit, oblitus pristinorum beneficiorum. Illa breuem fugæ moram à Creonte petit: qui dieculam dedit, qui apud Senecam sic ait: Vnus parando dabitur exilio dies. Tunc veneno infectam pallam misit ad nouam nuptam, veluti munus nuptiale. Quo dono exiliens ignis, regiam cum Creonte & noua nupta deussit. Baiuli tam exitialis doni fuerunt, ipsius Medæ filij. Hinc ait

Horat. in Epodo : Cur dira barbaræ minùs Venena Medæ valent? Quibus superba fugit vltæ pellicem, Magni Creontis filiam, Cùm palla, tabo munus imbutum, nouam Incendio nuptam abstulit: Hoc, idem memorat Seneca in Medea. Diodor. vero auctor est, Medeam impetrato à Creonte dici vnus tempusculo, noctu regiam ingressam esse, quibusdam medicamentis factam versipellem, & radice quadam magica, cuius ea vis est, vt ignis indidem factus extingui nequeat, incendisse regium domicilium: quo conflagrante Iasonem euasisse, Creonte, & filia igne absumptis. Quidam prodiderunt, Medæ filios dona quædam sponsæ attulisse, illita venenis: quæ cùm illa corpori applicuisset, incidisse in morbum, & patrem auxilium filia ferentem, cùm corpori illius hæssisset, illicò expirasse. Sed Apuleius noster, & Plin. coronam fuisse asserunt, quæ à Medea dono missa ad Iasonis sponsam sit, cuiusque veneno pellex cum regia cremata sit. Autumat Plin. 2. volumine, venenum id fuisse naphtham, quod genus est bituminis, cuius vis ardens ignium naturæ cognata, transilientium protinùs in eam vndecunque visam. Ita, inquit, ferunt à Medea pellicem crematam, postquàm sacrificatura ad aras accesserat, corona igne raptâ. Idem in 35. meminit eiusdem naphthæ inter genera bituminis. Galenus lib. 3. complexionum, mentionem facit huiusce medicamenti, quo Medea vsa est ad pellicem vlciscendam, atque id ex sulphure & asphaltro fuisse compositum. Asphaltro autem Græci bitumen appellant, & pissasphaltro, ex argumento picis & bituminis. Hinc asphaltites lacus Iudææ dictus, qui nihil præter bitumen gignit. *Inducijs.*] Lycaon primus inducias inuenit, auctore Plin. Sunt autem induciæ, pax in paucos dies: ex eo dictæ, vel quòd in diem dentur, vel quòd in dies otium præbeant, vt docet Donatus. A libi locum mendosum apud Gellium ex libr. i. repurgauimus. Græci *ἐπιχειρίας* vocant, ex eo quòd tempore induciarum manus cohibeantur. M. Varro festiuiter: Induciæ, inquit, sunt pax castrensium paucorum dierum. Item alio in loco: Induciæ, inquit, sunt belli feræ. *Deuotionibus sepulchralibus.*] Seruius deuotiones interpretatur imprecationes: vnde deuotor & deuotrix dicti, qui imprecantur diis incantationibus magicisque carminibus. Deuotiones enim execrationes sunt, & diræ: & deuouete significat interdum derefari, execrarique. Ouid. Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibin. Hinc deuotum, dirum & execrandum. Idem ait: Viuite deuoto fœmina virque thoro. Hinc carmina deuotoria, apud Liuium, & Macrobius, quibus homines vrbefque deuouentur: quibus Decij, pater, filius, & nepos, se deuota uerunt.

tunt. Sepulchrales appellat, quibus vti solebant *sagæ* *fœminæ* euocatione Manium ad sepulchra defunctorum. Tibullus: Manesque sepulchris Elicit. Consimiliter Erichtho illa apud Lucanum in 6. Pharsaliæ adhibet & deuotiones sepulchrales. *In scrobem procuratis.*] Tangit ritum magicum, cuius meminit Homerus in 11. *Odyssææ*, referens Vlysem scrobem cubitalem gladio fecisse ad euocandos Manes: inibi que melicraton, id est, mulsam cum aqua & polenta commiscuisse, dein cruorem victimarum eodem infudisse. Quod æmulatus Silius est in 13. Punicorum, dum itidem memorat à Scipione factam esse scrobem, & illic procurato magico sacro euocatos esse Manes. Ob id dixit Apuleius in Apologia: Nec Vlyses scrobem pisculento medicauit. Apud Senecam, Valerium Flaccum, Horatium, poetas ferè omnes, inuenitur id genus sacrificij magici, quod in scrobem fit. *Consonè.*] concorditer, cominunique sententia. *Deierantes.*] valde iurantes. Non solum Grammatici, sed & Iurisconsulti docent, tit. depositi, præpositionem hanc, De, augere in compositione. *Admolituros.*] nullam violentiam illaturos sese *sagæ* illi deierabant. *Propitiata.*] placata, & exorata. *Absoluit.*] cum omnes intra domos inclusos violentia magica coërcuisset.

At verò cœtus illius auctorem nocte intempesta, cum tota domo, id est, parietibus & ipso solo, & omni fundamento, ut erat clausa, ad centesimum lapidem in aliam ciuitatem, summo vertice montis exasperati sitam, & ob id ad aquas sterilem transtulit. Et quoniam densa inhabitantium adificia locum nouo hospiti non dabant, ante portam proiecta domo discedit. Mira, inquam, nec minus seua, mi Socrates, memoras. Denique mihi quoque non paruam incussisti solitudinem, imò verò formidinem, iniecto non scrupulo, sed lancea, ne iniquo numi-

*Cœtus illius auctorem.*] Sensus ordinatur sic: *saga* illa transtulit, hoc est, transportauit in ciuitatem longinquam, illum qui fecerat cœtum, primusque suaserat, ut saxorum iaculationibus fœmina vindicaretur. Cœtus conuentus est, vel congregatio à coëundo dictus. Quod & in decretis canonicis leges, d. 15. Qui cœtū fecerit, ut inquit Seneca in declamationibus capitalis

fit. Cœtus autem, ut ipse docet, multitudinis magnæ nomen est, coëuntis ex consensu quodam. Nocte intempesta.] Media nocte. Dicta ex eo, quòd non habeat idoneum tempus rebus gerendis. Quod alij cõcubitum appellarunt, quod ferè omnes tunc cubarent. Alij, ab eo quòd sileretur, silentium noctis, quod tempus à

Plauto dicitur cõticinium. Sed de hoc in superioribus multa. *Et ipso solo.*] Terram ipsam, quæ alioqui immobilis est, vnà cum parietibus translata significat. Membra autem domus sunt, fundamentum, parietes, & tecta: quæ simul coniuncta, ut ait Boëtius in commentariis Topicorum, totum efficiunt, & domus dicuntur: cum fundamenta sola domus vocabulo minimè nuncupentur, neque parietes, neque tecta. *Ad centesimum lapidem.*] Ad centesimum miliarium. Antiqui enim miliaria lapidibus fixis designabant. Auctor est Plutarchus, C. Gracchum singulis miliaris columnas lapideas spatiis signa præferentes constituisse. Mart. Ad lapidem Torquatus habet præconia quartum. Iuven. Ad primum lapidem vectari cum placet, hora Sumitur ex libro. *Vertice montis.*] Vertex est, ut docet Quint. in 8. contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur. Inde propter flexum capillorũ, pars summa capitis vertex dicitur. Ex hoc in montibus eminentissimum rectè dicimus verticem. Virg. accipiens sonitum saxi de vertice pastor. Antiqui vortices dicebant per literam o, sicut & vorfus, cæteraque consimilia, quæ primus Scipio Africanus in e literam vertisse dicitur. Montibus dantur à scriptoribus latera, iuga, vertices, radices. *Ad aquas sterilem.*] Montana oppida, & in verticibus editis sita, ferè semper laborant aquarum sterilitate: cuius in ædificando ratio cum primis habenda est. Quoniam,

*uis ministerio similiter vsa, sermones istos nostros anus illa cognoscat. Itaque maturius quietinos reponamus, & somno leuata lassitudine noctis, ante lucẽ aufugiamus istinc quàm putas logisimè. Hæc adhuc me suadente, insolita vinolentia ac diurna fatigatione pertentatus bonus Socrates, iam sopitus stertebat altius. Ego verò adducta fore, pessulisque firmatis, grabatulo etiam ponè cardines supposito, & probè adgesto, super eum me recipio: ac primum præ metu aliquantisper vigilo, dein circa tertiam fermè vigiliam paululum conniueo.*



niam, vt auctor est Victruius, si animalia fuerint sine humoris potestate exanguinata & exucta, à principiorum liquore interarescent. Aristoteles quoque in 7. Politicorum præcipit, cisternas in ciuitatibus faciendas, vt aqua deesse non possit, & aquas salubres inducendas. *Ante portam.* Saga ante portam ciuitatis illius montanæ proiecit domum, cum intra urbem, ob frequentiam ædificiorum, locus non esset recipiendo nouo domicilio, nouoque hospiti. *Iniecto non scrupulo.* Scrupi, & per diminutionem scrupuli, lapilli sunt, qui pressi sollicitudinem faciunt. Vnde prouerbiale est illud Terentianum: Inieci scrupulum, pro sollicitudine. Et Plin. in epistolis ait: Exime mihi hunc scrupulum. Et scrupulosa quæstio, quæ difficilis est explicatu. *Numinis ministerio.* Deum artis magicæ ministerialem significat. Tertullianus auctor est, dæmonas præesse magicis præstigiis. Et Plato, Platoniusque Apuleius & Proclus autumant, magorum varia miracula regi à dæmonibus, qui inter mortales, cœlicolâsque vtròq; portant hinc petitiones, inde suppetias, veluti quæpiam mediæ potestates inter homines ac Deos. *Sermones istos cognoscat.* Omnis dæmon ales est: igitur (vt ait Tertullianus in Apologetico) momento vbique sunt; quid vbique geratur, tam facile sciunt, quàm enuntiant. Meritò ergo timet hic, ne anus illa maga cognoscat sermones suos, nuntiante videlicet dæmone, qui vbique præstò est, cuius ministerium magos infatuat. *Somno leuata lassitudine.* Somnus donum est Deorum, mortalibus egris concessum ad refectionem. Vnde ait Seneca: Placidus fessum lenisque foues, Pavidum lethi genus humanum Cogis longam discere mortem. *Adducta fore.* clauso cubiculi ostio. Antiqui singulari numero forem vsurpabant, cum nos fores pluraliter enuntiemus. Plautus in Amphitryone: Orationem comprimam, crepuit foris. Horatius: Exclusus fore, cū Longarenus fores intus. Fores ex eo dici Grammatici tradunt, quòd foris aperiantur: sicut apud veteres vsitatū. Fores domus publicolarum extrâ aperiebantur, & ianua in publicum reiciebatur. Hoc erat, vt verbis Plinij utar, clarissimum insigne inter triumphales quoque domos. Forculum Deum prisca coluerunt, qui foribus præesset: auctor diuus Augustinus in 4. *Pessulis.* Pessuli sunt instrumenta, quibus ostia seu fores clauduntur. Terentius in Eunuchò: Pessulum ostio obdo. Plautus in Gurgulione: Pessuli vos saluto lubens. Et mox paulò: Tandem ædepol mihi morigeri pessuli sūt. Inde pessulatas fores dicimus, pessulis clausas, munitasque. *Grabatulo.* lectulo, quod Lucianus Græcè clinidion vocat, id Apu-

leius ferè grabatulum interpretatur. Martialis: In grabatulis tegetibusque concepti. Vox quoque Græca est. Illi enim *καρββατον*, & *καρβατινός καρββατιον* vocant: nos grabatum & grabatulum. Hinc illud ex Euangelio captatissimum: Tolle grabatum tuum, & ambula. Quod Græcè dicitur, *ἔλαβον, & ἔειπεν σου τὸν καρββατιον, & ἔειπεν τῷ*. Vbi annotandum, quòd apud Græcos hæc dictio scribitur duplici ββ, prima syllaba producta: cum apud nostros per simplex, b, scribatur, prima correpta: quod satis liquet vel ex illo Maroniano: Membra leuat sensim vili demissa grabato. *Pone cardines.*] post ostij cardines. Alio quodam diuerticulo significationis cardo in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit à meridie ad septentrionem: sicut dedumanus vocatur limes ille, qui secat agrum ab exortu ad occasum: auctores Plin. & Columella. Fuit apud antiquos Dea Cardea, quæ cardinibus præerat. *Circa tertiam vigiliam.*] post mediam noctem. Nox enim in quatuor vigiliis diuiditur, quæ singulæ trium horarum spatio supputantur, vt tradit Hieronymus in expositione Psalmorum. Quod ex disciplina castrensi factitatum est. Nam quia impossibile videbatur, per totam noctem vigilantes singulos in speculis permanere, ideò in quatuor partes ad clepsydram sunt diuisæ vigiliæ, vt non amplius quàm tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. A tubicine, vt auctor est Vegetius in tertio, omnes vigiliæ committuntur, & finitis horis à cornicine reuocantur. Tribuni idoneos eligebant, qui vigilias circuitent, quos circuitores appellabant: dein circuitores dicti sunt. Frequentissima apud historicos mentio est primæ vigiliæ, secundæ, tertiæ, & quartæ: tot enim sunt. Ob hoc dixit Lucanus in 5. Pharsalia: Tertia iam vigiles commouerat hora secundos. Cum significare vellet, finira prima vigilia, cuius horæ tres sunt, excitatos esse vigiles secundæ vigiliæ. *Paululum conniueo.*] oculos claudo, non tam somno yacans, quàm succumbens. Conniuere enim est, oculos genis claudere. Grauiores alites, auctore Plin. inferiore gena conniuent: columbæ verò, & similia, vtraque conniuent.

*Commodum quieveram.*] Sunt in Latina lingua res paruæ quidem, & minute, & hominibus malè eruditis aspernabiles; sed ad yete-

*Commodum quieveram, & repente impulsu maiore, quàm vt latrones crederes, ianue reserantur, immò verò fractis & euulsis funditus cardinibus prosteruntur. Grabatus alioqui breui-*

rum

culus, & uno pede mutilus ac putris, impetus tanti violentia prosternitur: me quoque evolutum, & excussum humi recidens in inuersum cooperit ac tegit. Tunc ego sensi naturaliter quosdam affectus in contrarium provenire. Nam ut lacrymæ sæpicule de gaudio prodeunt, ita & in illo nimio pauore visum nequini continere, de Aristomene testudo factus. Ac dum infimum deiectus, obliquo aspectu quid rei sit graptuli solertia munitus opperior, video mulieres duas altioris ætatis: lucernam lucidam gerebat una, spongiam & nudum gladium altera. Hoc habitu Socratem bene quietum circumstetere.

rum scripta penitus noscenda cum primis necessariæ: veluti est hæc dictio commodum. Aduerbiū est temporis, significat tunc, & ut ait Donatus, tantum. A. Gellius in 2. Noctium Atticarum: Taurus sectatoribus commodum dimissis, sedebat pro cubiculi sui foribus. M. Tullius in epist. ad Atticum: Commodum discesseras heri, cum Trebatius venit. Quod

significat vix, & tunc. idem Donatus exponens illud Terentianum, Commodum huc aduerterat: ait, ipso eodemque tempore. *Referantur.* ]aperiuntur. *Ianua.* ]Ianna est primus domus ingressus: dicta, ut ait Seruius, quia Iano consecratum est omne principium. *Imo verò.* ]Correctio est, quæ exornatio tollit id quod dictum est, & pro eo quod magis idoneum est reponit, hoc pacto: Si iste suos hospites rogasset, imò inuenisset. Hæc exornatio, ut ait M. Tullius in 4. Rhetoricorum, item facit insigniorem. *Uno pede mutilus.* ]imminutus. Mutilare enim, ut ait Donatus in Hecyræ commentario, est imminuere. Unde mutili dicti sunt boves & capri sine cornibus. Hinc illud veluti prouerbiale apud Ouid. Turpe pecus mutilum. Ait Plin. quod mutilis capris est lactis maior vbertas. In codicibus Plinianis inoleuit mendum: nã pro mutilis, passim legitur multis. Columella libr. 1. Agricolationis, aliter curari ait caprinum pecus mutilum & raripulum, aliter cornutum & fetosum. Idem in 8. Meliorem esse ait arietē mutillū, quàm cornutū: quia mutilus, inquit, cum se tanquam exarmatū intelligat, nec ad rixā promptus, & est in venere mitior. Scurra Horatianus per festiuā translationem mutilus dicitur, qui altero oculo tanquam cornu exceto erat deformatus. Verba Horatii

hæc sunt: O tua cornu Ni foret execto frons, inquit, quid faceres, cum Sic mutilus miniteris? at illi foeda cicatrix Setosam laui frontem turpauerat oris. Mutulus verò in ædificiis est proiectura prominens: & vt docet Victru. in 4. in operibus lapideis & marmoreis mutuli inclinatis sculpturis deformantur. Mutulos capita trabium eminentia esse autumant Grammatici, qui & proceres dicuntur: vnde & nos principes ciuitatis proceres nominamus, quasi eminentes in vrbe, vt mutuli, quos proceres vocant, eminent in ædificiis. *Pedem*.] Ingens copia rerum est sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed alienis commodatisque, vt refert Seneca lib. 2. de Beneficiis. Sic & pedem nostrum dicimus, & lecti, & carminis. Sic canem & venaticum, & marinum, & fidus: quia non sufficimus, vt singulis singula signemus, quoties opus est mutuamur. Plin. tradit 24. herbam quampiam nominari clinopodion, quia in speciem lecti pedem præbeat. *Recidens in inuersum*.] Significat, cum iuueretur grabatus, & quod erat in imo fieret summum, ex concussu se fuisse coopertum, cõuelatũque. *Quosilã affectus*.] Philosophi Latini affectus vel affectiones vocant animorum motus, quibus afficimur, veluti cupiditatem, iram, metum, amorem, odium: & (vt latissimè scribit Aristot. in 2. Ethicorum) affectus non sunt neque virtutes, neque vitia; ideòque secundum affectus neque laudamur, neque vituperamur. Græci *πάθη* appellant. Apud Quint. lib. 6. caput est de affectib. vbi docet duas esse species affectuum: alteros concitatos, alteros mites dici. Concitatos tragœdiæ, mites comœdiæ similes esse. *Sæpicule*.] Aduerbiũ est diminutiũ a sæpe, sicut a sæpius comparatiuo fit sæpiuscule, vt docet Prisc. in 4. Plaut. in Casina: Sæpiuscule peccas. *Lacrymæ præ gaudio prodeunt*.] Vulgatum est illud Terentianum in hanc sententiam: Ohe, lacrymo præ gaudio. Et apud Liuium in 5. Certatim patribus plebique manare gaudio lacrymæ. Quintil. in 11. Lacrymas natura mentis indices dedit, quæ erumpunt dolore, aut læticia manant. *De Aristomene testudo factus*.] Quia lectio inuerso, veluti tegumento quodam coopertus latebat, ideò dicit se factum testudinem, quæ sub suo tegumento tota contegitur, & quasi delitescit. Pacuius testudinem appellat domoportam, ex eo quòd domum porter: tardigradam, à gradu tardo & lento; vnde & Plauto testudineus gradus dictus. Apud mythicum fabulatoreũque illum Æsopum apologus est, quemadmodum olim Iupiter ad nuptias animalia cuncta inuitauerat: quæ cum in tempore affuissent, præter vnã testudinem, quæ nouissima omnium venit, sciscitatur Iupiter causam tarditatis, Illa ait *οἰζοε*

φίλος, οἶκος ἀεισος: Domus dulcis, domus optima: scilicet, fuit lenti-  
tudinis causa. Ex quo indignatus Iupiter, affecit eā hac pœna, vt  
domū semper circūferret. Græci χελώνω vocant: vnde Chelono-  
phagi dicti populi, testudinū carne vescētes: quarū tanta magni-  
tudo est, vt singularū superficie habitabiles casas integant, & his  
nauigent cymbis. Prouerbiū Græcum est, ἢ δ' εἰ χελώνης πρὸς φα-  
γείν, ἢ μὴ φαγείν. Quod significat: Ex carne testudinis vel multūm  
edendum, vel nihil edendum, quoniam modica in cibis dolores  
intestinatorum facit, copiosa purgat & sanat. A testudinis simili-  
tudine dicitur testudo in ædificiis. Virg. Media testudine templi.  
Testudinatum ædificium, fornicibus structum: qualia sub septen-  
trione facienda esse præcipit Victruuius in 6. In machinis belli-  
cis testudo est arietaria cognominata, in qua (vt ait Victruuius in  
10.) suspensus erat aries: quæ, auctore Vegetio, vocabulum sum-  
psit à similitudine veræ testudinis; quia sicut illa modò redu-  
cit, modò educit caput, ita machinamentum bellicum interdū  
reducit trabem, interdum exerit, vt forrius feriat. Testudo quo-  
que apud poëtas pro cithara vsurpatur. *Infimūm deiectus.* ] in infi-  
mam partem. Aduerbiū est. Infimatis dicitur, qui in imo est,  
sicut summatis, qui in summo. Plaut. Infimatis infimus.

*Infir illa cū gladio: Hic est, soror  
Panthia, charus Endymion: hic catami-  
tus meus, qui diebus ac noctibus illisit  
etatulam meam: hic qui meis amori-  
bus subterhabitis, nō solum me diffamat  
probris, verūm fugam instruit. At ego  
scilicet Vlyssi astu deserta sum, & Ca-  
lypsonis æternam solitudinem flebo.  
Et porrecta dextera meque Panthia  
sua demonstrato: At hic, inquit, bonus  
consiliator Aristomenes, qui fuge hu-  
ius autor fui, & nunc morti proximus,  
iam humi prostratus, grabatulo succu-  
bans iacet, & hic omnia conspexit, im-  
punè se relaturum meas contumelias  
putat. Faxo eum serò, immò statim, im-  
mò verò iam nunc, vt & precedentis*

*Infir.* ] ait. *Oppre-  
rior.* ] expecto, at-  
tendōque. *Alioris  
atatis.* ] magnas  
nata, longæuas,  
quarūque ætas  
vergebat in seniū.  
*Panthia.* ] Modò  
nomen est magæ:  
aliàs Panthia, fœ-  
mina fuit specio-  
sissima, & vxor A-  
bradata, cuius a-  
more captus Araf-  
pas vrebatur inti-  
mus: quæ historia  
facundissimè la-  
tissimèque percri-  
bitur à Xenophō-  
te in Pædia. Ob  
hoc nos, in libello  
Erotico atque ve-

nerio, sub nomine  
Panthiæ amicam,  
immò dominam  
celebrauimus.

Charus Endo-  
myon. ] Ironicòs  
pronuntiandū vi-  
detur, & legen-  
dum Hedyosmiō,

quod Græcè significat dulciculum: noménque est amatori con-  
ueniens, sicut à Plauto blandimenti causa dicitur dulciculum ca-  
feus. Præterea *ἡ δίομη* vocant mentam, herbam hortensem, odo-  
ratam iucundamque, vt inde nomen amatoris deriuari posse vi-  
deatur: tanquam odoratus suauisque amicæ sit, vt menta est, cu-  
ius odor, vt ait Plin. in 20. animum excitat, & sapor auiditatem  
in cibis. Vfus est Plin. hac dictione aliquot in locis. Subiiciam  
quod suppetit ad præsens, illud ex 35. Vtuntur & ad quartanas bi-  
tuminis drachma hedyosmi pari pondere, cum myrrhæ obolo  
subacti. Quid si legas, Charus Endymion: vt ita appelletur ama-  
tor, propter Endymionem illum famigeratum, quem Luna dile-  
xit. De quo Propertius: Nudus & Endymion Phœbi cepisse so-  
zorem Dicitur, & nudæ concubuisse Deæ. Sunt auctores, Endy-  
mionem primum hominem deprendisse naturam Lunæ multi-  
formem, & ob id amore eius captum fama proditum. Lego a-  
pud eundem Plinium in 13. Hedysmata dici vnguenta pretiosa:  
ad quem intellectum non absurdè referri posset hic sensus, vt  
Hedysmion vocetur nomine vnguenti, perinde ac suauissimus  
amafius, pretiosissimûsque. *Catamitus meus.*] Ganymedes meus,  
delicium meum. Nam dixerunt Catamitum veteres pro Gany-  
mede, qui fuit Iouis concubinus, & deliciolum: auctor Festus.  
Hinc Lactantius lib. 1. Rapuisse dicitur in aquila Catamitum.  
Plau. in Menæchmis: Vbi aquila Catamitum raperet, aut vbi  
Venus Adonium. Seruius quoque Grammaticus pueros merito-  
rios, qui corpore prostituto quæstum faciunt, Catamitos inter-  
pretatur. Hinc illa atrox M. Tullij in M. Antonium peroratio: O  
hominem nequam (quid enim aliud dicam magis propriè, ni-  
hil possum dicere.) Ergo te vt catamitum, neq; opinatò cum o-  
stendisses, præter spem mulier aspiceret, idcirco urbem terrore  
nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti? *Illuste  
atatulam.*] Illudo tibi, dicimus propriè per datiuum: Illudo te fi-  
guratum est, si credimus Seruio, ita scribenti in enarratione  
illius Virgiliani: Verbis virtutem illud superbis. *A Etatulam.*]

Lepide



Lepidè dixit ætatulam, quæ est puellarum: cùm ipsa esset vetula, atque annis obsita, sed quæ tamen appeteret lusum amorisque puellares. M. Varro: Properate vivere puera, quas finit ætatula ludere, esse, amare, & veneris tenere bigas. A Varrone puera dicuntur, pro puella, ex prisca locutione. *Subterhabitis.*] vel furtim vsurpatis, vel posthabitis, & per contempionem concalcatis. *Diffamat probis.*] infamat conuitis probrosis. *Fugam instruit.*] parat. Veteres dicebant, Pedem struit, pro fugam parat. *Vlyssi astu.*] Comparat Socratem, amoris sui desertorem, Vlyssi, qui Calypsonem deseruit, domumitionem ad Penelopem desideranter capessens. Vlyssi autem casu patrio, hoc est genituo, dixit, sicuti veteres vsurparunt, apud quos Vlysseus Vlyssci proferebatur, vt docet Priscian. in ii. Horatius: Remigium vitiosum Ithacensis Vlyssci. Ouid. Neritius Mactareus, comes experientis Vlyssci. Ex quo videtur scribendum esse Vlyssci, & per synæresin proferendum: nisi dicere velis Vlyssi pro Vlyssis, sicut Virgil. dixit Achilli pro Achilles, euphonia causa detracta, s. litera quæ plerunque (vt ait Seruius) pro sibilo habetur, & apud veteres detrahebatur. Quintilian. in i. sic genituos Vlyssi & Achilli fecit, sic alia plurima. *Astu.*] *astu* Græci vocant ciuitatem, vt Homerus persæpe. Sic Athenienses vocabant urbem suam, vt ait Donatus, & indicat Terentius in Eunucho, cùm ait: An in astu venit. Probus quoque Æmilius in Alcibiade: Postquam astu venit, concione aduocata verba sic fecit. Hinc astutiæ, astus, astuti dicti: quoniam qui in vrbibus degunt, callidiores sunt in agro degentibus. Interdum astu pro astute ponitur, & est aduerbium: nunc verò nomen. Astutissimum autem fuisse Vlysssem, callidissimumque mortalium, quis ignorat? qui à Virgilio scelerum inuentor dictus, ab Homero polytropos, à varietate scilicet morum, ingenioque versatili: cuius vita nihil aliud fuit, quam versutiarum conciliabulum, & dolorum officina: qui technarum architectus totus erat ex fraudibus astutisque conglutinatus. *Calypsone.*] Vfus antiquorum Latinorum comprobatur, dici Didonem, Ionem, Calypsone: contra rationem græcam declinandi, quæ Calypsus dicit pro Calypsone, Calypso pro Calypsone: Priscianus auctor in sexto, qui vitur auctoritate Lini Andronici: à quo in Odyssea scriptum est, apud nympham Athlantis filiam Calypsone: quamuis Phocas Grammaticus reclamet huic declinationi. Cæsar quoque Calypsone ita dicebat, vt Ionem, media scilicet producta: sed (vt auctor est Quin.) auctoritate consuetudo superauit. Fuit autem Calypso, vt ait Homerus, filia Athlantis: quæ *dia dicitur*,

hoc est, generosa Dearum, in insula Ogygia *ασιον εν γλαφυρισσι*, id est in antris voluptariis concavisque Vlysem retinebat amorabunda: quem iussu Mercurii abire, & in patriam redire permittit, quamvis inuita & gemebunda: & ita in solitudine relicta, dolenter tulit abitum Vlyssis. Ovidius: Ah quoties illum doluit properare Calypso. *Grabatulo succubans.*] subiacens. *Faxo.*] faciam: verbum vetus. *Immo statim.*] Correctio est. *Præcedentis dicitatis.*] qua usus erat Aristomenes, appellando scilicet scortum ipsam Meroën. *Accepi.*] audiui. *Sudore frigido.* Inter signa ægrotantium est frigidus sudor, ut inquit Cornel. Celsus in secundo: peior, si in capite & ceruice tantum eruperit, ut refert Hippocrates in Prognosticis. Virg. in Georgic. Sudor & ille quidem morturis frigidus hæret. Item: Frigidus è toto manabat corpore sudor. Haud ab simile est illud Plautinum: Non temerè est, quando qui sudat tremit. *Tremore viscera quatior.*] Metuentibus cor, cui est viscerum principatus, cum primis palpitare consuevit. Vnde Plaut. Continuo meum cor coepit artem facere ludicram, atque in pectus emicare. Idem in Casina festiuissimè inquit: Cor lienum opinor habeo, ita iam dudum salit de labore, &c. Scribit Aristot. in Problematis encycliis, metuentes tremere, quoniam deficit calor atque contrahitur: ex quo fit, ut alius plerisque ob timorem soluatur. Hinc illud Satyrographi: Soluunt tibi cornua ventrem Cum lituis audita. Ventrem quoque eorum qui metuunt crepere solitum, idem refert. *Succussus sum.*] sursum excussus, agitatúsque præ formidine. Succutere enim & succussare est, frequenter excutere succum: vnde succussores & succussatores equi dicti, qui sefforem concutiunt & vexant ex gradu mollesto & incondito: dissimiles gradariis, quorum mollis est gradus, & sine succussatura. Lucilius: Succussatoris tardi rarique caballi. Idem: Campanus sonipes, succussor nullus sequitur. Hinc & succussatura dicta, ipsa agitatio vexatióque, quæ fit ab equo succussore: gressum quoque ipsum talis equi significat.

*At bona.*] Ironicòs. Terent. Ille autem bonus vir nusquam apparet. *Bacchatim discernimus.*] dilaniamus, more ritúq; bacchantiù, quæ furore bacchico extimulatæ, olim

*At bona Panthia: Quin igitur, inquit, soror hunc primum bacchatim discernimus? vel membris eius destitatis virilia defecamus? Ad hæc Meroë (sic enim reapse nomen eius, quam fabulis Socratis conuenire sentiebam:)* Immo, ait, super sit hic saltem, qui mi-

*selli huius corpus parua contumulet humo. Et caput Socratis in alterum dimotum latus, per iugulum sinistrum capitulo tenus gladium totum ei demergit, & sanguinis eruptionem uterculo: admoto excipit diligenter, ut nulla stilla compareret usquam. Hæc ego meis oculis aspexi: nam etiam, ne quid demutaret, credo, à victima religione, immissa dextera per vulnus illud ad viscera penitus, cor miseri contubernalis mei Meroë bona scrutata protulit: cum ille impetu teli præsecata gula, vocem, immò stridorem incertum per vulnus effunderet, & spiritum rebulliret. Quod vulnus, quàm maximè patebat, spongia effulciens Panthia, Heus tu (inquit) spongia caue in mari nata, per flumen ne transeas. His editis ab una, remoto grabatulo, varicus super faciem meam residentes, vesicam exonerant, quoad me vrine spurcissime madore perluerent.*

Orphea discerperunt, & Penthæa obtruncarunt. Orgia enim Bacchi fiunt à bacchantibus, hoc est, furentibus fœminis: vnde *ὄργια*, id est à furore, orgia dicta sunt: vnde & à bacchantibus Bacchum dictum esse autumat Diodor. Inde bacchari significat furere. Vir. 4. Æn. Sæviti inops animi, totamque incensa per urbem Bacchatur, id est, ut exponit Seru. furit more bacchantum. Loca quoque, in quibus sit debacchatum, bacchata dixerunt. Virg. in 2. Georg. Et virginibus bac-

chata Lacænis Taygeta. Plaut. in Aulularia, Bacchanal vocat locum furoris & vesaniæ, sic scribens: Ad bacchas inveni bacchanal conquinatum. Et mox paulò: Aperit bacchanal, adest. *Membris destinatis.*] deligatis. Propè peculiariter significat hoc apud Apuleium id verbum destinare, sicut infra frequenter. Interdum destinare significat emere, & idem quod præstinare, Lucilio & Plaut. *Re ab se.*] Corrigo, reapse: hoc est, re ipsa, ut veteres dicebant. Pacuvius: Si non est ingratum, quod reapse feci. Sensus est: Ex re ipsa, inquit, magis quam ex fabula Socratis, sermocinatione, cognoui Meroën meritò nominari à mero, scilicet cuius esset avidissima. *Hic*] Aristomenes. *Saltem.*] Particulam hanc, Saltem, quidam autumat, si aliter: idque ipsum dici pro defensione, tanquam plena sententia sit: si aliter non potest. Fuerunt

& qui dicerent, saltem dici, V, media litera extrita, salutem antè dictum, quod nos saltem diceremus: nam cùm alia quædam petita & non impetrata sunt, tum solemus (inquiunt) quasi extremum aliquid petaturi, quod negari minimè debeat, dicere, Hoc saltem fieri aut dari oportere: tanquam salutem postremo petentes, quam & impetrari certè & obtineri sit æquissimum. Sed hæc A. Gellio videntur esse commentitia, ideòque libr. II. censet amplius quærendum. *Miselli huius.*] Socratis. *Contumuler.*] sepe-  
liat. *Humo.*] Antiquissimum sepulturæ genus id fuit, vt humo iniecta corpora contegerentur. Redditur enim terræ corpus, & quasi operimento matris regitur: vnde humati dicuntur, humo contacti: sepulci verò, & siti, quoquo modò conditi. Locus autem ipse nihil habet religionis, priusquam iniecta gleba est tumulis: & tunc humatus vocatur, & religiosa iura complectitur: auctores Plin. & M. Tullius. lib. 2. de Legibus. Hoc genus sepulturæ tetigit Virg. illo versu: Eripe me his iniecte malis, aut tu mihi terram Inice, namque potes. In eandem sententiam est illud Horatianum: licebit Iniecto ter puluere curras. *Per iugulum sinistrum.*] Plin. in II. Terrestrium, inquit, solus homo bipes, vni iuguli, vni humeri, cæteris armi. Duplex autem est iugulum: dextrum & sinistrum. Cor. Celsus in 8. A dextro iugulo, si id fractum est, ad alam sinistram: à sinistro ad dextram, rursusque sub ala sua fasciari debet. Ouid. Perque latus summum iugulo est exacta sinistro. Et quia iuguli locus maximè mortifer est, inde fit iugulare: quod non solum de ferro dicitur, sed etiam de morbo. Idem Celsus: Quarta neminem iugulat. Quid sit petere iugulum in causis forensibus, in commentariis Suet. leges explanatum. *Capulo tenuis.*] Sic Virg. Et lateri capulo tenuis abdidit enssem. Est enim capulus, manubrium gladij, ex eo dictus, quòd manu capiatur. Tradit Plin. Indos ex sardonyce gemma capulos factitate Capulum quoque veteres dici voluerunt sarcophagum, id est, sepulchrum, quòd corpora capiat. Plaut. in Asi. Vt osculatur carnifex capuli decus: & dicet mox Apul. in 4. Ibi capulos carie & vetustate contactos, quos inhabitant puluere mortui. Inde capularis senex, capulo proximus. Lucilius: Incedit capulare cadaver. Idem Plaut. capulare statmen appellat filium Parcarum pertinens ad senem & Acheronticum hominem: sic enim ab eodem vocatur, qui iam Acheronta & Manes est ex senio petiturus. Quidam capulum accipiunt pro pheretro, quo cadauera efferuntur. *Vterculo.*] pusillum utrem significat, siue vesicam. Similiter Plin. uterculos vocat in apibus, ventriculos, in quos congeritur mellis liquor acris. *Silla.*] gutta. Interrogatus Rhemnius

Rhemnius Palæmon, quæ differentia foret inter guttam & stillam: Gutta, inquit, stat, stilla cadit. Stillaticiam resinam vocant, quæ ruffo colore lentescit, ex eo opinor, quòd guttatum distillaret. *A victimæ religione.*] In immolatione victimarum solet victimarius viscera interiora educere, vt aruspex ex eorum contemplatu ac inspectione prænoscat prædicatque futura. Quod disciplinæ genus aruspicinam vocant, & extispicium. Itidem nunc, tanquam aruspicina fiat, expromitur ex interioribus visceribus cor Socratis, sicut ex victima reuelabat aruspex. *Contubernalis mei.*] Socratem signat, cum quo sibi contubernalitas erat: sic enim Cyprian. appellat ius contubernij. *Protulit.*] extulit in apertum, & ex penitioribus præcordiis exprompsit. *Teli.*] modò gladium significat, vt apud Virg. Silium, & cæteros poëtas frequenter vsurpatur: aliàs telum, quicquid longè iaci potest, *τὸ ἄριον* & vt scriptum reliquit Caius Iurisconsultus, ex interpretatione legū 12. Tabularū, teli nomine significatur omne quod manu mittitur: vnde lignum & lapis & ferrum hoc nomine cōtinetur. *Spirium rebulleret.*] quasi per bullas estuantes refunderet. Ebullire est feruescere, & rebullire referuescere. *Spongia effulcens.*] Septimus casus est: & significat Panthiam spongia obturasse occlusissèque ipsum vulnus. Offulcire enim est, fulciendo sarcire, implere, obturare. *Spongia in mari nata.*] Spongiarum tria genera celebrant scriptores: nascuntur in petris: fracturæ & vulnera spongiis vtilissimè fouentur: vulnere inflammationibus imponuntur, sanguinis profluuium sistunt ex aceto aut frigida. Medici Africanas laudant, quarum firmitus sit robur: & Rhodiacas, quæ ad fouendum molliores sunt. Poly. auctor est, super ægrum suspensam spongiam quietiores facere noctes. De his satis multa Plin. in 9. & 31. qui spongiã animal esse autumat, & inter aquatilia marina per censet. Sensus Apuleianus est. Ait Panthia: ð spongia, quæ marina es, noli transire per fluuium: hoc est, cum ad amnem bibendi causa accesserit Socrates, egredere & exili, ne aqua amnica siue fluuiali contingaris: quod infra factū esse monstrabitur, A spongia verbum fit spongiare, quod significat spongia extergere: quo frequenter vitur Apicius. *Variens residentes.*] A duerbiū est, significatq; cruribus diuaticatis, diuisisq;: quod fieri solet à fœmina micturiente. Vaticare. n. est, crura aperire, disfungere, extēdere, & diuersum separare. Quint. in 11. Variare supra modū & stando deforme est, & accedēte motu propè obscenū: inde varica fœmina dicta ab Ouid. quæ non tā incedit, quā ambulat, gradibus prægradibus gradiēs: quod fœminā parū decet. Versus Ouid. Ex poëmate Erotico hic est: Ambulat, ingētes

varica fertque gradus. Diuaticare quoque significat distendere, & in diuersum separare: quod à prostitutis meretricibus fit. Hinc ait Hieron. in epistola ad Eustoch. Diuaticabit pedes suos omni transeunti. Quod transtulit ex Ezechiele Propheta, qui in Instru- mento veteri sic inquit: diuifisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas. Marcell. Cruribus innexis diuaticatum sine spiramento vllò adusque pratorium traxere præfecti. Vari quoque dicuntur homines obtortis plantis: vnde & varices venæ dictæ in furis, inuersæ vel obtortæ, vt Nonius M. refert. M. Varro libr. 2. de Re rust. scribit, canes esse debere cruribus rectis, ac potius variis, quàm vaciis. Idem M. Varro lib. 5. Latinæ linguæ: Si quis puerorum, inquit, per delicias pedes malè ponere atque imitari vacias cœpit, hoc corrigi oportere, si concidat: contra si quis consuetudine ambulandi iam factus sit vacia, aut compernis. Vacix autem (vt id quoque Varronianum verbum obiter explicemus) contrarij sunt variis, & in exteriorè partem inflectuntur. Hinc vacix apud Ro. cognati, vt refert Plin. quorum scilicet crura erant obtorta. Et Seneca in epistolis morali- bus meminit cuiusdam Seruilij Vacix, qui nulla alia re quàm otio notus, in villa consenuit: & hoc vnum felix habebatur, de quo dicere solebant homines synchroni, hoc est contemporanei: O Vacia, tu solus scis viuere. Valuum etiam intortum à veteribus dictum, & vatrax & vaticosus, qui erant pedibus vitio- sis. *Vesicam exonerant.*] Onus vesicæ est lotium siue vrina, quæ exoneratur micturiendo. Omnia animalia quæ vesicam habent, aluum etiam habent: at verò quæ aluum habent, non & omnia vesicam possident. Humidi excrementi conceptaculum vesica est, sicci aluus: auctor Aristot. in 2. de Animalibus. Vesicæ foeminarum, vt ait Plinius, iunctus vterus est, quam vulgo matricem vocant. Vesicæ morbum stranguriam appellant: quo vesica exonerari non potest, & ægrè lotium it, fitque substillum: ita enim appellat Caro vrinæ difficultatem. *Madore.*] Nomen est à madendo inclinatum, vt fluor à fluendo. Se autem profluuiò vrinæ, veluti per siphones emanantis, madefactum significat.

*Commodum.*] vix tunc, tunc, eoque ipso temporis momento: id enim significat hoc aduerbium, vt supra demonstraui- mus. *Postes ad repagula*

*Commodum limen euaserant, & fores ad pristinum statum integra resurgunt, cardines ad foramina resident, postes ad repagula redeunt, ad claustra pessuli recurrunt. At ego, vt eram etiã redeunt.*]



num humi proiectus, inanis, nudus, & frigidus, & lotio perlitus, quasi recens utero matris editus, imò verò semimortuus, verum etiam ipse mihi superiuens & posthumus, vel certè destinata iam cruce candidatus: Quid, inquam, de me fiet, ubi iste ingulatus manè paruerit? Cui videbor verisimilia dicere, proferens vera? Proclamares saltem suppetiatum, si resistere vir tantus mulieri nequibas. Sub oculis tuis homo ingulatur, & siles? Cur autem te simile latrocinium non peremit? Cur seu crudelitas, vel propter indicium, sceleris arbitro pepercit? Ergo quoniam euasisti mortem, nunc illò redi. Hæc identidem mecum replicabam, & nox ibat in diem.

redeunt.] In hostio duo sunt postes, qui cardinibus cōtinentur, & repagulis clauduntur. Sunt enim repagula, quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut contrario pangantur. Hæc & repages dicuntur M. Tull. in primo de Dinatione: Herculibus valvæ clausæ, repagulis subito se ipsæ aperuerunt. Inde repagula pro omnibus claustris obicibusque vsurpantur. Lucanus de equo cursore loquens: Pedibus-

que repagula laxat. *Etiã nunc.*] Nitidior lectio est, & tersior, Etiamnum: quod veteres vsurpant pro etiam, qua dictione scater Plinius. *Inanimis.*] quasi sine anima, nulla respiratione, nullo anhelitu, qui indicat animal vivere. Argumentum enim apud Dialecticos est, & oratores, quod recurrit, & retrorsum idem valet: ut, Vivere hominem qui spirat, & spirare qui vivit. In anima veteres dici voluerunt, quæ sine anima sunt, nec spirant: vulgò inanimatum vocant, Græci ἀψυχον. M. Tullius: Quæ ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum & argentum: sic & homo inanimis, qui sine anima & spiritu est vegeto & vitali. Tales sunt intermortui, & ingenti pauore percussitalem fuisse se significat Aristomenes. *Et lotio perlitus.*] vrina perfusus: lotium enim vrinam veteres dixerunt. Columella: Stercore suillo & humano lotio veteri radices rigato. Suetonius in Vespasiano: Hæc è lotio est. Perlitus autem ea figura dicitur, quia illicitus & delitus: sicut enim à delino delitum nascitur, quod Grammatici Probus & Caper cōprobant, sic ab interlino interlitū inclinatur. M. Tul. Tulit molestè, quòd literæ delitæ sunt mihi à te reddite. Idem in quarto Verrinarum: Tabule sunt in medio,

quæ se corruptas atque interlitas esse clamant. Vlpianus tit. ad legem Aquiliam de falsis, legis Cornelie pœna damnari scribit eum, qui testamentum delenerit, interleuerit, resignauerit dolo malo. *Quasi recens.*] Modò aduerbium est, pro recenter: aliàs nomen. Virg. Georgicis. Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris. Expofuit Seruius, recens, statim. Diuus Augustin. lib. de Grãmatica, citat hoc Maronianum, & exponit recens, id est, recenti tempore. Verbum est vetus recentare, quod significat renouare, & iterùm fieri recens: vt Nonius Gelliùsque notificant. Hinc illud Cn. Marij in Mimiiambi: Iam iam albicaſcit polus, & recentatur. *Vtero matris editus.*] Significat se ita madentem fuiſſe, ſicut infantes ſunt, cùm primùm ex vtero materno egrediuntur, inuoluti ſecundis, rubentes, ſcilicet erumpente menſtruo, & perlitu profluuiò ſanguinis pariter egredientis. Hinc illud Satyrici poëtæ: Modò primos incipientem Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem. Albius Imperator, auctore Iulio Capitolino, exceptus eſt vtero candidiſſimus, contra conſuetudinem puercorum qui naſcuntur, & ſolent rubere. vnde Albius eſt dictus. *Superuiuens.*] Superuiuere is dicitur, qui cùm iam mortuus videretur, refocillatus reſpirauit, ac veluti reuixit. *Et poſthumus.*] Eleganter ſe poſthumum ſibi met ait fuiſſe Ariſtomenes, tanquã poſt mortem renatus ſit: ſicut poſthumos illos vocant, qui poſt mortem patris naſcuntur, quaſi poſt hãmationem parëtis nati ſint, vt interpretatur Seruius, enarrans illud Virgilianum ex ſexto Æneidos: Syluius Albanum nomen, tua poſthuma proles. Ceſelius tamen in commentario lectionum anuquarum: Poſthuma, inquit, proles non eum ſignificat, qui patre mortuo, ſed qui poſtremo loco natus eſt. Ceſelium reſellit A. Gel. libro ſecundo Noctium Atticarum. Hinc ſit verbum poſthumare, quod ſignificat poſtremo loco eſſe, quaſi poſt hãmationem antecellorum. Tertullianus in Apologetico ait: Cæteri quoque Moyſi poſthumã, id eſt, Moyſe poſteriores ſunt. Sidonius Apollinaris decenter poſthumam dixit ætatem, pro poſtera & ſequentem. *Candidatus.*] Sic candidati dicuntur petitores magiſtratuum, à toga candida, quã petitores induebant, ita candidatus crucis eleganti translatione dicitur is, qui petit crucem, hoc eſt, qui futurus eſt iam iam crucifixus & (vt veteres dicebant) directus. A Quint. dicitur candidatus eloquentiæ, qui eloquentiam auſpicatur: ab altero ſeniore Quin. candidata ſacerdotij, quæ petit ſacerdotium: à Hieronymo candidatus fidei, qui ad fidem inſtruitur: à Plin panegyriſta, candidatus gloriæ & immortalitatis. De candidatis, & toga candida affatim ſcripſimus in primo Tranquilli commentario. Vnde mu-

de mu-

de munus candidatorium M. Tullio dictum, pro omni officio & labore petitorio : & Plautino sale crucifalus dictus candidatus crucis, quasi in crucem saliens. *Paruerit.* ] visus fuerit, comparuerit: nam parère idem est quod apparere, aliàs obsequi. *Verisimilia dicere.* ] Ex disciplina rhetorica etenim narratio fit verisimilis, credibilisque : sunt enim plurima, vt ait Quintilianus in quarto, vera quidem, sed parùm credibilia, sicut falsa quoque frequenter verisimilia. *Proclamares saltem suppetiatum.* ] Profopopœia est, quæ Latinè conformatio appellatur. Fit autem hæc figura cùm aliqua quæ non adest persona confingitur quasi adsit, & ei oratio attribuitur: vt hoc in loco verba memorantur, quæ dici possent ab aduersariis ita argumentantibus, socium ab Aristomene fuisse interfectum, tanquam sic culpantes dicant: Deuisses saltem, si vera autumas, inclamare auxilium, & suppetias. Nam suppetiatum dixit, pro auxiliatum : & suppetiæ dicuntur auxilia, & suppetiari est auxiliari: super quo verbo satis multa in decimo Tranquilli commentario, vbi ait : Consularem suppetias ferentem rapta aquila fugauerunt. Vbi exposuimus, suppetiatum posse inclinari tanquam nomen quarti ordinis: vt arbitratus, vt allegatus, vt sacrificatus, vt multa consimilia inclinantur. *Vir mulieri nequibas.* ] Antitheton est: quasi dicas, fortis imbelli, robustus infirmæ. Parùm enim probabile argumentum est, virum à fœmina vinci, cùm mulier naturaliter imbecillis sit & meticulosa, vir verò robustior & audentior: vnde vir nominatus est, quòd in eo maior vis est quàm in fœmina: & hinc virtus nomen accepit, vt docet Lactantius in libro de Opificio Dei. Item mulier à Varrone interpretatur, à mollicie dicta. Ob hoc ait Aristoteles in Problematis: Mulierem interfecisse iniquius esse quàm virum, quamuis mas fœmina præstator sit: quia scilicet fœmina imbecillior est, id est, minùs facere iniuriam potest. Item, Eniti aduersus id quod longè infirmius est, nihil virile, immò stolidum atque iniquissimum est. Hoc signate voluit Æneas Virgilianus, cùm ait: Etsi nullum memorabile nomen Fœminea in pœna est, nec habet victoria laudem. *Vel propter indicium.* ] Sensus est: si contubernalis tuus, vt asseris, interfectus est crudelitate fœminea, cur eadem crudelitas te quoque non peremit, vel ob hoc, ne tu arbiter & contemplator sceleris parati, posses indicare auctores homicidij. *Arbitro.* ] speculatori, inspectorique homicidij. Arbitrari est, inspicere & speculari. Plaut. in Caprinis : Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. Arbiter dicitur iudex, qui rei arbitrium habet & facultatem. Arbitrium dicitur sententia, quæ ab arbitro statuitur: & arbitrari est iudicare, vt apud Iuriscòsultos tit. de receptis.

arbitrarium verò, cum adhuc res apud arbitrum geritur. De arbitri iudicisque differentia, non indiligenter scripsimus in commentarijs Tranquil. & docet M. Tul. in oratione pro Roscio Comædo. *Nunc illò redi.* ] scilicet ad mortem regredere, quam cœvisti. *Idem idem.* ] frequenter, subinde.

*Anteluculo.* ] hora antelucana, hoc est, matutina, & ante solis exortu. Aduerbiū est. Iustinus in primo ait: Antelucano tēpore ruri iter ingressus Cyrus, obvium habuit seruum de ergastulo. Refert Plin. mel venire ex aëre sublucanis temporibus: intelligi volens, hora matutina, quæ sub lucē & auroram est. Terent. in Adelphis: Cras rus cū filio cum primo lucu ibo hinc. Vbi exponit scienter Donatus, quòd veteres dicebant lucum pro luce, masculino genere, ponente pro sole. Sicut ergo apud cum pri-  
signifi-  
imūm  
it illu-  
a antelu-  
aduer-  
signifi-  
cat, antequam lux

*Optimū itaque factu visum est, anteluculo furtim evadere, & viā licet trepido vestigio capessere. Sumo sarcinulam meam, subdita clavi pessulos reduco. At illa proba & fideles ianua, qua sua sponte deserata nocte fuerant, vix tandem & egerrimè tunc clavis sua crebra immisione patefiunt. Et, Heus tu, inquam, ubi es? valvas stabuli absolue, antelucio volo ire. Ianitor pone stabuli hostiū humi cubitans, & iam nūc semisomnus: Quid tu, inquit, ignoras latronibus infestari vias? quid hoc noctis iter incipis? Hem, & si tu alicuius facinoris tibi conscius, scilicet mori cupis, nos cucurbite caput nō habemus, ut pro te moriamur. Non longè, inquam, lux abest: sed & præterea quid viatori de summa pauperie latrones auferre possunt? An ignoras inepte, nudum nec à decem palastritis te spoliari posse? Ad hæc ille marcidus & semisopitus, in alterum latus evolutus: Vnde autem, inquit, scio, an conuettore illo tuo, cum quo serò deverteras, ingulato, fugamandes præsidium? Illud horæ memini me, terra dehiscente, ima tartara, inque his canem Cerberum, prorsus esuriētem mei, prospexisse.*

oriatur,

oriatur, & sol tenebras illuminet: sicuti diluculo, cum iam dilucefcit. Diluculum enim est, vt Macrobius docet, cum iam incipit dignosci dies. *Licet trepido.*] quamuis titubanti, vel potius prope- ro: cum formido homines volaticos faciat, & pennatos. *Sumo sarcinulam meam.*] Quod Lucianus dicit Græcè τὸ σάββον, id Apuleius sarcinulam appellat. *Pessulos reduco.*] hostium cubiculi re- pandendo: quod reductis retractisque pessulis fit. In Cantico legimus: Pessulum hostij mei aperui dilecto meo: id ridiculè expo- nit, & cum delirio, Nicolaus de Lira, pessulum esse hostiolum in magno hostio. *Deserata.*] reserata, patefacta que. *Valuas stabuli absolue.*] Verba sunt Aristomenis, stabularium in clamantis, vt ia- nuam stabuli adaperiat, quæ ex valuis constat, Sunt autem value ex eo dictæ, vt Varro & Seruius interpretantur, quod reuoluntur & se velant. Absoluere valuas, est liberare à claustris, repagu- lisque, quibus alligatæ continentur: translatio à debitore. *Antelucio.*] Aduerbiū est, idem significans quod anteluculo, de quo iā dictum est. sed hoc, quasi ante lucrum, sicut veteres vsurpabant: illud quasi ante lucem, videri potest inclinatum. *Pone.*] post, quod graui sono antiqui enuntiabant, differentiæ causa. *Semisomnus.*] semisopitus. Sicut exanimus dicitur & exanimis, inermis & inermis, ita semisomnus & semisomnis, secunda & ter- tia declinatione. *Hoc noctis.*] hac hora nocturna, hoc tempore. vetus locutio est. Plaut. in Amphitryone: Qui hoc noctis solus ambulem. *Facitoris conscius.*] Sciens & conscius hoc differunt, quod sciens secum, conscius cum alio sciens est: vt docet Nonius, cui subscribit Iuuen. cum ait: *Quis nunc diligitur nisi conscius?* & Mar. Vis fieri diues Bithynice, conscius esto. Sed consciū indifferenter positum legimus, vt hoc loco: namque hic conscius accipitur pro eo, qui secum sciens est flagitij. *Nos cucurbitæ caput non habemus.*] Veluti prouerbialiter significat, capita hominum non esse vilia, obiciendæque trucidationi: sicuti cucurbitæ caput, quæ inter hortensia vulgaris est & plebeia. Plin. libr. 22. tradit esse genera cucurbitarum: camerarium, quod leui umbra cameras ac pergulas operit: alterum plebæium, quod humi creditur. Videtur Apuleius veluti alludens festiuiter id dixisse, quia seminosa sunt cucurbitæ, & ita appellantur ab Ouid. in Priapeis: ex quo fit, vt singula semina singulæ quasi animæ cucurbitarum videri possint: ex quo fit, vt cucurbita vicariam & quasi succedaneam pro aliena anima animam impendere possit, cum infinitas hoc pacto animas possideat, quod secus est in nobis. Cucurbitæ quod longiores tenuioræ que sunt, eò gratiores: semina, quæ proxima collo fuerint, proceras pariunt: quæ in medio,

rotundas: quæ in lateribus, crassas: auctores Colum. & Plin. A cucurbita fit cucurbitarium, accipiturque pro loco in quo cucurbitæ feruntur: sicuti cucumerarium, vbi cucumeres. Esaias: Sicut inquit, tugurium in cucumerario. Cyprianus vsurpans hoc Esaiæ testimonium, non dixit tugurium, sed (quod elegantius est) custodiarium. Hieronymus cucurbitarios vocat, veluti cucurbitæ amatores, dum diluit ac refellit in epistola ad Augustinum obiectam cucurbitæ calumniam. Cucurbitula verò non tam paruam cucurbitam significat, quàm vasculum illud, quo medici vtuntur ad sanguinis detractionem. Cor. Cel. in 2. Vfus, inquit, cucurbitulæ præcipuus est, vbi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est. Idque auxilium vt minùs vehemens, ita magis tutum, nec vnquam periculosum esse autumat. In hanc sententiam est illud Satyrographi poetæ: Vacuùmque cerebro Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærit. Græci colocynthida vocant cucurbitam: à Plin. coloquintis dicitur cucurbita syluestris, quam minorem esse ait quàm satiuam. *De summa pauperie.* ] Pauperies immunda est, & mendacitas egestasque significatur: vnde ait Horat. Pauperies immunda procul domus absit: paupertas verò, vt inquit Porphyrio, honestæ parsimonix nomen est, & vsurpatur pro fortuna mediocri. Laudes paupertatis graphicè Apuleius noster, vt omnia, speciosèque perscribit in Apologia, vbi ait, paupertatem fuisse in Aristide iustam, in Phocione benignam, in Epaminonda strenuam, in Socrate sapientem, in Homero disertam. Aliàs pauperies damnnum significat: quod satis liquet ex titulo illo apud iurisperitos notissimo, Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Consimiliter apud Græcos *πενία* & *πωχεία* disparantur: cùm appellatione *πενίας* paupertas significetur, *πωχείας* verò ipsa egestas, mendicitasque, sicut apud Aristophanem claret, qui in Pluto ait *πωχεία* esse *ἀδελφεία*, id est, fororem *τῆς πενίας*: & *πωχόν*, id est, egenum, esse eum qui nihil habet, *πενίτα* verò, id est pauperem dici, cui suppetunt necessaria. *Nec à decem palæstritis.* ] In hanc sententiam ait Hieronymus: Nudus viator non timet latronis insidias: quod transtulit ex illo vulgatissimo, Cantabit vacuus coram latrone viator. Consimiliter Plautus in Asinaria: Nudo detrahere vestimenta me iubet. Appellatione autem palæstritarum, robustiores exercitatioresque intelligi vult: sunt enim palæstritæ magistri luctationis, & gnari omnis palæstricæ exercitationis. Græci *πάλιν* vocant palæstram & luctam, vnde palæstritæ. Autumat Seruius, palæstram dici posse *ἀπὸ τοῦ πάλλειν*, id est à motu vrng: quoniã ducti sorte luctabatur: Luctatores in certamine palæstrico nudabāt corpora, & oleo ungebant.



gebantur: quod primi Lacedæmonij factitarunt, auctore Thucydide. Apalæstros Græci vocāt, ignaros palæstræ: de quibus M. T. in Oratore: Itaque qualis eorum motus, quos apalæstros Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias. Domitianus clinopalem vocabat assiduitatem concubitus, veluti lecti palæstram. Papinius & Sidonius Apollinaris palem pro palæstra vsurpant, Græca dictione: quod vberius à nobis scriptum reperies in Tranquilli commentariis. Putat Quintilianus, ne illos quidem oratores reprehendendos esse, qui paulum etiam palæstritis vacauerunt. vbi indicat palæstritas non solum dici qui vitam partim in oleo, partim in vino consumunt, qui corporum cura mentem obruunt: sed & eos quoque à quibus motus gestusque formatur. De palæstritis magna est mentio apud Ciceronem in Verrinis. *Conuectore.*] Socrates significatur. *Conuectores* dicimus eos, qui simul iter faciunt, simulque vehuntur: quæ dictio propriè nauticorum est, qua Iurisconsultus crebrò vitur. *Deuenteras.*] in stabulum hospitiumque deuenteras. *Illud hora.*] illa hora, id temporis, eo tempore: Archaismos est. *Dehiscente.*] patente. *Canem Cerberum.*] Mythici fabulantur, canem Cerberum custodem esse aulæ Plutonicæ, de quo Silius: Lacrymosæ ianitor aulæ: quem latratu trifauci regna inferna personantem, Hercules ad superos traxerit reluctantem. Historici verò prodiderunt, & memorat Eusebius Chronographus, Orcum regem Molossorum habuisse canem ingentis magnitudinis, nomine Cerberum, qui Pirithoum ad raptum Proserpinæ eius vxoris venientem deuorauit. Grammatici terram interpretantur. De Tricerbero causæ nescio quid indictum dicit Fulgentius in Mythologiis.

*Ac recordabar profecto, bonam Meroën non misericordia in gulo meo pepercisse, sed sanctia cruci me seruasse. In cubiculum itaque reuersus de genere tumultuario mortis mecum deliberabam. Sed cum nullum aliud velum mortiferū fortuna, quam solum mihi grabatulum subministraret: iam iam grabatule inquam, animo meo charissime, qui mecum tot erumnas exanclasti, conscius es arbiter quæ nocte gesta sunt,*

*Cruci me seruasse.]* vt perinde atque homicida, & Socratis contubernalis mei interfecto, crucis supplicio afficerer. *De genere tumultuario mortis.]* Tumultuarium dici voluerunt, quod tumultu quodam fit, & sine consultatione, festinanter & inconditè.

A. Gellius tumultuarium studium nominat, quod rapim & per successiva tempora fit. Oratio quoque tumultuaria dicta, quasi extemporalis & tumultuose condita. Tumultuarius dux à Liuiio dicitur L. Marcius, tumultu militari creatus, non formula legitima. Ita tumultuarium genus mortis nunc appellat Apuleius, quod perturbatè & tumultuariè paratur. Est enim tumultus (vt docet

*quem solum in meo reatu testem innocentie citare possum, tu mihi ad inferos festinanti subministra telum salutare. Et cum dicto restim, qua erat intextus, aggredior expedire, ac tigillo, quod fenestrae subditum altrinsecus prominebat, iniecta atq; obdita parte funiculi, & altera firmiter in nodum coacta ascenso grabatulo, ad exitum sublimatus, & misso capite laqueum induo. Sed dum pede altero fulcimentum quo sustinebar repello, vt ponderis deductu restis ad ingluuiem adstricta spiritus officia discluderet, repente putris alioquin & vetus funis disrumpitur. Atque ego de alio recidens, Socratem (nam iuxta me iacebat) superruo, cumque eo in terram deuoluor.*

M. Tullius in 8. Antonianarum) perturbatio tanta, vt maior timor oriatur: vnde etiam nomen dictum est tumultus. Ita maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticum: tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus: praeterea nullum tumultum nominabant. Grauius autem fuisse tumultum quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello vocationes valent, tumultu non valent. *Aerumnas exanclasti.* [tot labores exhausti & perpeffus es: id enim est aerumnas exanclare. M. Tullius in prima Tusculana: Quod cum exanclauisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum. Anclare, quod & antlare, verbo Graeco significat haurire: exanclare, exhaurire. Hinc anclabra, vasa quibus sacerdotes utebantur: & anclabris, mensa ministeriis apta diuinis. Graeci *αντλας* dicunt pro haurio, vnde & Latini antlare vsurparunt: & ita potius legendum videtur exantlare, per litteram t, quam per c. Liuius: Florem antlabant Liberi ex carcheffis: cum signare vellet, vinum ex poculis hauriri. Hinc antlia accipitur pro vase accommodo adhauriendi ministerium: de quo Epigrammatarius: Antlia tollit aquas. Quo in loco labitur, opinor, interpres. Hinc Phreantles cognominatus est Cleanthes, eo quod

quòd puteos hauriret. *Arbiter quæ noſte.*] ſubintellige eorum: vt ſenſus integer ſit, ſpectator earum rerum omnium, quæ geſtæ ſunt noctu: quaſi dicere velit, lectulum ſolum eſſe conſcium ſuæ innocentia. *In meo reatu.*] accuſatione & cauſæ dictione. Meſſala primus (auctore Quintiliano) reatum dixit. Reus autem, vnde reatus nomen ductum eſt, is dicitur, qui cauſam dicit, qui arguitur: & item qui quid promiſit, ſponditve, ac debet. Gallus *Ælius* libr. ſecundo ſignificationum verborum quæ ad ius pertinent: Reus eſt, inquit, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſiue is egit, ſiue cum eo actum eſt. In eadem ſententia eſt Capiſto Atteius. Reos olim, vt refert M. Tullius in ſecundo de Oratore, appellabant, non eos modò qui arguuntur, ſed omnis quorū de re diſceptatur. Reum fieri quid eſt, inquit Pedianus Afconius, niſi apud prætorem legibus interrogari? Agi dicitur reus, cum accuſatur: peragi, cum damnatur: vt apud Tranquillum & Propertium explicatum eſt. *Et cum dicto.*] ſtatim, vix talibus dictis, cum talia dixiſſem. Frequens locutio apud Apuleium, & propè peculiaris in hoc ſignificatu. Prouerbiū Græcum eſt, ἀμὶ ἴππε ἀμὶ ἴππε: quod dicitur de his, qui ocyſſimè & cum dicto rem expediunt: ſic enim interpretamur, ſimul verbum, ſimul opus. *Reſtim.*] ſonem: & prouerbiale eſt apud priſcos, ad reſtim res redit: quod ſignificat, res deperditas eſſe, & de ſuſpendio cogitandum. In ſaltatione reſtim ducere dicuntur chori puerorum, puellarumque manu conſerti: ex quo ſenſu dictum eſt illud Terentianum, Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis: item Liu. in 27. Per manus reſte data virgines, ſonum vocis pulſu pedum modulantes inceſſerunt. A reſte fit ῥηστικὸς reſticula: à qua ſimilitudine, alliorum connexa capita reſtes dicuntur. Plin. in 20. Allium ad ſerpentium ictus potum cum reſtibus ſuis. Reſticula ficorum Varroni decenter dicta eſt, ſicut & vulgò nuncupatur. Quod autem lecti reſtibus & faſciis contineantur, indicat Porphyrio, explicans illud Horatianum: Tenta cubilia, teſtaque rumpit: lectum dici ait reſtibus ſiue faſciolis ſubtentum. A reſte fit reſtio: accipiturque apud Plautum oppidò quàm decenter, pro eo qui ſe penſilem facit, laqueo reſtis ſtrangulatus. ſic enim in Moſtelleria loquitur lanifſta: Illi erant buccæ dæ potiùs quàm ego ſim reſtio: quod ſignificat, illi potiùs cædentur bubulis loris, quàm ego me ſuſpendam. *Tigillo.*] trabi. A tigno fit tigillum. Tigni autem appellatione in legibus 12. Tabularum, omne genus matæriæ, ex qua ædificia conſtant, ſignificatur. Idem docet Iuriſconſultus tit. de tigno iniuncto. Prætercà, tignum inuenies, antiquitus dicebatur: quod & Feſtus docet. Tigillum ſororium Romæ

fuit, ex eo dictum, quia transmissio per viam tigillo, Horatius sororicida adoperto capite velut sub iugo missus est: Liu. auctor. *Altrinfecus.* ] Aduerbiū est, quod hic significare videtur, in altiore parte: cū aliās ex vtrāque parte, ex vtroque latere dicatur. *Obdita.* ] alligata, & firmiter apposita. *Funiculi.* ] Quam modō restim dixit, nunc funiculum nominat. diminutiūm à fune. *Quintilianus* in 1. Diminutio genus, vt funem masculinum esse foniculus ostendit. *Napuras* prisca funiculos vocauerunt, vt in cōmentario sacrorum vsurpatur, *Pontifex* *napuras* necito: id est, funiculos facito. Illud adde, funeta dici in vineis; cū palmites inter se fanium modo iunguntur, & arcus fiunt, quorum meminit *Plin.* in 17. Reperio apud auctores, *Gratianum* *Valentiniani* Imperatoris patrem, appellatum esse *Funarium*, eo quōd *venalitiūm* funem portanti quinque milites nequiuerint extorquere. *Ad exitiūm sublimatus.* ] ad subeundam vltioneam mortem subleuatus, ita vt pensilis fieri posset. *Fulcimentum.* ] grabatulum significat, quo sustentabatur: fulcire enim sustinere est, & stabilire: fulcimentum & futura, pro stabilimento. *Ad ingluuiem.* ] ad gulam, & propriē intelligit gurgulionem, siue asperam arteriam, qua spiritus ab ore in pulmonem, atque inde rursū in os & in nares vltro citroque semper comitat: quo tramite intersepto, homo statim extinguitur, cū spirare non possit. Ideoque ait *Hippocrates* in libro de Flatibus, triplici alimento corpora nutriri, cibo, potu, & spiritu: qui ad eō corpori necessarius est, vt possit homo sine esca & potione multos dies viuere, sine spiritu verō intra breue tempusculum moriatur. Inde eleganter dixit, spiritum patrem esse & auum morborum omnium. Ob hoc dixit *Cor. Cellus* visum esse *Hippocrati*, omne vitium in spiritu esse. *Plin.* pœnam laquei scitē praposteram vocat: quia scilicet includitur spiritus, cui quæri debet exitus. Aliās *ingluuiēs* significat ventris capacitatem, si credimus *Seruiō*, sic exponenti illud *Maronianum*: *Improbis* *ingluuiem* rarisque loquacibus explet. Ego existimo *ingluuiem* non tam ad ventris quā ad gulæ capacitatem esse referendum: ex quo interdum accipitur pro gurgulionum belluatione, & voratrina. *A. Gellius*: Nomina, generaque edulium & domicilia ciborum profunda *ingluuiēs* inuestigauit. *Macrob.* in tertio: Nec contenta illa *ingluuiēs* fuit maris sui copiis. *Discluderet.* ] excluderet, dissepararet, interciperet, *Virgil.* Tum durare solum & discludere *Nerea* ponto. *Lucretius*: Cum paribus iungi res, & discludere mundum. *M. Tul.* *Semoras* à mente & disclusas putat.

Et ec-

Et ecce in ipso momento, ianitor introrupit, exertè clamitans: Ubi es tu, qui altri nocte immodicè festinabas, & nunc stratis innolutus? Ad hac nescio an casu nostro, an illius absongo clamore, experreētus Socrates, exurgit prior: & Ne, inquit, merito stabularios hos omnes hospites detestantur. Nam iste curiosus dum importunè irrupit, credo studio rapiendi aliquid, clamore vasto, marcidus aliqui, me altissimo somno excussit. Emergo letus atque alacer, insperato gaudio perfusus: & Ecce, inquam, ianitor fidelissime, comes & pater meus, & frater meus, quem nocte ebrius occisum à me calumniabaris: & cum dicto, Socratem deosculari amplexus. At ille, olore alioqui spurcissimi humoris percussus, quo me lamie ille infecerant, vehementer aspernatur: Apagete, inquit, foetorem extrema latrina: & causas cœpit huius oloris comiter inquirere. At ego mirè adfictò ex tempore absurdo ioco, in alium sermonem intentionem eius denuò diriuo: & iniecta dextera, Quin imus, inquam, & itineris matutini gratiam capimus? Sumo sarcinulam: & pretio mansionis stabulario persoluto, capeessimus viam.

Exertè clamitans. ] voce sublatissima, Aduerbum est, quod significat aperte & denudatè, qualis est vox sublatior. Exerere & exertare significat nudare. Quadrigarius in Annalibus: Gallus irridere cœpit, atq; linguam exertare. Stratis innolutus. ] Extrinsecus subintelligendum, Es: vt integrum sit, stratis innolutus es, & nunc quiescis in lecto. Absongo. ] barbaro, incondito, agresti vociferatu: Hoc enim est absongum. Qui ait absongum dici, parui & ferè nullius soni, fallitur. Quod hîc ait clamore absongo, post etiam paulò dicit, vasto: vt absongus & vastus clamor idem significetur. Ne immeritò. ] num immeritò. Hospites. ] aduētores, qui à stabula-

Stertis  
ma.

riis stabulo hospitioque recipiuntur. *Marcidus.*] vinolentus & ebrius. Vina quoque marcida dici, quod marcidos faciant homines, testis est Papinius, qui ait in Syluis: Illi marcida vina largiuntur. A Martiali quoque marcentes vix dictæ sunt. Epitheton est Bacchi, quem marcidum poëta cognominant. *Comes & pater meus.*] Nomina sunt affectus nostros testantia, quibus Aristomenes Socratem contubernalem suum appellat. *Cum dicto.*] ab his verbis. *Olore.*] odore & foetore: ab oleo dictum. Aliàs olor significat cygnum. *Spurcissimi humoris.*] urinae, siue lotij. *Infecerant.*] foedauerant, maculauerant. Inficere enim significat tingere: inde infectum, tinctum: infectores, tinctores: infectus, ipsa tinctura: ex quo infectum dicimus pollutum, & maculosum maculis ineluibilibus. Seneca: Vitijis, inquit, infecti sumus. Aliàs infectum dicitur non factum, vt illud: Sunt auri pondera facti, Infectique mihi: & illud Plautinum prouerbiale; Quod vis fieri, factum est, fieri infectum non potest. *Lamiæ.*] Lamias prisci magas & voratrices puerorum vocant. Horat. in arte poëtica: Ne u pransæ lamiaë puerum viuum extrahat aluo. *λαμίδε* Græcè dicitur ingluuius: vnde de lamiaë dictæ, vt autumat Porphyrio. vnde & lamiaë voragines: de quibus idem Horatius in epistolis: Viribus vteris per cliuos, flumina, lamas. Græci scribunt, lamias terriculamenta esse puerilia, quibus oculi sint exemptiles. Philostratus in Apollonio ait, lamias à quibusdam laruas & lemures appellari: esseque ad amorem & venerem propensas, & carnes humanas, maximèque formosorum esurienter appetere: qui libidinis cupiditate allitiant eos, quos postea cupiant deuorare. Talem lamiam Apollonius Tyanæus olim Corinthi deprehendit. In instrumento veteri ait Hieremias: Lamiaë nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos. quo in loco, non pro foeminis, sed pro feris lamiaë accipi videntur. *Apagete foetorem.*] remoueto & abducito. *Apage & apagete* dictio comica est, ducta à verbo Græco ἀπάγω, quod significat abduco & abigo. Et Plautus in Gurgulione: Apage hanc caniculam. *Latrina.*] Latrina conceptaculum est immundiciarum & excrementorum, quæ in cloacas corruantur. Columella: Immundis quæcunque vomit latrina cloacis. Quicumque habuerit horoscopum in 28. parte Arietis, latrinas semper cloacasque mundabit. Item, cuius horoscopus fuerit in secundo gradu Tauri, baiulabit stercora, latrinas purgabit: auctor Maternus in 7. Matheos. *C miter.*] benignè, suauius: vel (vt interpretatur M. Varro) hilarè ac libenter, aduerbium est. Ennius: Mensam sermonesque suos rerumque suarum Comiter impartit. M. Tullius in oratione pro Cor. Balbo: Comites, inquit, benigni, faciles, suaues homines esse



esse dicuntur : qui erranti comiter monstrat viam, benignè, non grauatè. *Loco.*] lege ioco. *Mansionis.*] A manendo mansio dicta, sicut à remanendo remansio. M. Tul. in epistola ad Q. fratrem: Primum tuam remansionem etiam atque etiam probo. Plin. in 6. scribit mansiones esse dispositas a quationum ratione, qua camelis itur in Arabia: ex quo hydreum & hydrema, ab aqua dicuntur. Idem in 12. tradit, regionem, qua thus conuehitur, diuidi in mansiones camelorum sexaginta duas. Vbi pro mansionibus non nummos dant, sed thus pendunt.

*Aliquantum processeramus, & iam iubaris exortu cuncta collustrantur: & ego curiosè sedulò arbitrabar iugulum comitis, qua parte gladium delapsum videram. Et mecum: Vesane, aio, quin poculis & vino sepultus, extrema somniaſti? ecce Socrates integer, sanus, incolumis. ubi vulnus? spongia ubi? postremò cicatrix tam alta, tam recens? Et ad illum: Ne meritò, inquam, medici fidi cibo & crapula distentos seuæ & grauiâ somniare autumant. Mihi denique, quòd poculis vesperi minùs temperavi, nox acerba diras & truces imagines obtulit, vt adhuc me credam cruore esse humano aspersum, atque impiatum. Ad hæc ille subridens: At tu, inquit, non sanguine, sed lotio perſusus es. Verumtamen & ipse per somnium iugulari visus sum mihi: nam & iugulum istum dolui, & cor ipsum mihi auelli putavi: & nunc etiam spiritu deficior, & genua quatuor, & gradu titubo, & aliquid cibus refouendo spiritui desidero. En, inquam, paratum tibi adest ientaculum. & cum dicto man-*

*Iubaris exortu.]* Iubar dicitur stella lucifer, quæ in summo habet lumen diffusum, vnde in capite iubar: auctor M. Varro. Hic ante matutinum exorrens, Luciferi nomen accipit, vt sol alter, diemque maturans: claritatis quidem tantæ, vt vnus huius stellæ radiis vmbra reddantur. Plin. auctor. Itaque meritò, ait, exoriente iubare cuncta illustrari & lucida fieri. Virg. It portis iubare exorto delecta iuuentus: vbi exponit Seruius, nato lucifero, qui iubar dicitur, quòd iubar lucis effundat: vnde quicquid iam splendet, iubar dicitur, vt iubar auri, argenti, gem-

marum. Quapropter exortum iubaris accipere malim pro sole, cuius exorientis splendor cuncta collustrat: sicut poetæ appellant iubar solis. & Seneca ait in Hercule Etæo: Dum lapsum Titan mergat oceano iubar. *Sedulò arbitrabar.*] diligenter inspiciēbam. Donatus sedulò interpretatur, sine dolo, impensè & diligenter. *Et mecum. Vefane aio.*] Sermocinans secum Aristomenes, opinatur se crapula

& vinolentia obrutum, somniasse illa quæ viderat: cùm Socrates integer & illæsus viseretur. *Extrema somniassti.*] portentosa, tumultuosaque: qualia temeto ingurgitatus, aut cibo distentus somnare solet, quod phantasma Græci vocant: quod Cic. visum appellat. In quo genere est, vt ait Macrobius. *ἰφιάτης*, quem Auicenna incubum nominat: quem publica persuasio opinatur quiescentes inuadere, & pondere suo pressos ac sentientes grauari. *Spongia vbi.*] Cùm spongia illa nusquam appareret, qua vulnus Socratis Panthia obfulcuerat, ita secum per interrogationem attonitus Aristomenes sermocinatur. *Et ad illum.*] ad Socratem conuersus dixi. *Distentus.*] plenos, & saturos, fartos. Vinum capitis dolorem & vertigines facit. Ab hoc, vt inquit Plinius in 23. dicta crapula est. Est autem crapula, vt docet Aristoteles in Problematis, feruor quidam & inflammatio, quæ plus conflictat, quàm temulentia. Crapulam, eodem auctore, sedat brassica. Ex hac Aristotelica sententia dixit Carus in libro De re rustica: Si voles in conuiuio multum bibere, cœnaréque libenter, ante cœnam esto brassicam crudam

*ticam meam humero exuo, caseum cum pane properè ei porrigo: & iuxta platanum istam residamus, aio: quo facto, & ipse aliquid indidem sumo. Eumque auidè esitantem aspiciens, alquanto interiore macie atque pallore buxæ deficientem video. Sic denique eum vitalis color turbauerat, vt mihi præ metu nocturnas etiam furias illas imaginanti, frustulum panis quod primum sumpseram, quamuis admodum modicum, medijs faucibus inhaereret, ac neque deorsum demerare, neque sursum remeare posset: nam & breuitas ipsa commeantium metum mihi cumulabat. Quis enim de duobus comitum, alterum sine alterius noxa peremptum crederet?*

crudam quantum voles, ex aceto: & item ubi cœnaueris, comesto aliqua folia, quæ reddent te quasi nihil ederis biberisque, bibes quantum voles. *Autumant.*] dicunt, opinantur, censent: id enim significat autumo, vt docet Gell. in 14. P. verò Nigidius id compositum esse ex ab præpositione & verbo extimo coniectat: dictumque intercisè autumo, quasi ab extimo, quod significat totum existimo, tanquam ab numero: sed Nigidianum hoc interpretamentum argutius esse videtur, quàm verius. *Sana & graua somniare.*] Socrates in Platonis politia dicit, quum dormientibus ea pars animi, quæ mentis & rationis est particeps, sopita langueat: illa autem, in qua feritas quædam sit atque agrestis immanitas, cum sit immoderato obstupefacta potu atque pastu, exultare eam insomnio, immoderateque iactari. Ita huic omnia visa obiiciuntur à mente ac ratione varia, vt aut cum matre corpus miscere videatur, aut trucidare aliquem, & impiè cruentari, multa que facere impura atque tetra cum temeritate atque impudentia. Iubet igitur Plato, sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo & Pythagoras interdixit, ne faba vescerentur: quòd is cibus habeat inflationem magnam, & insomnia graua faciat. *Vesper.*] hora vespertina & cœnatica. *Minus temperari.*] Sapiētis viri super mensam celebre dictum est: Prima, inquit, cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. *Diras ima.*] Vinolenti sæpe, cum dormire vix cœperint, aspicere videntur irruentes, vel passim vagantes formas, à natura seu magnitudine, seu specie discrepantes, variisque tempestates rerum velatas, vel turbulentas. Interdum (vt Macrobius ait) temeto ingurgitatus, aut distentus cibo, extimat se vel abundantia præfocari, vel grauantibus exonerari: interdum esuriens cibum, sitiens potum inuenisse videtur. *Impiatum.*] contaminatum, impuratum, maculatum. Impiare enim maculare est: piare verò, expiare. Vnde & piatrix dicebatur sacerdos, quæ expiare erat solita: quam sagam alij vocant: & Piacularis porta Romæ dicta, propter piacula quæ ibidem fiebant. *Iugulari visus sum.*] Quod reuerà passus erat Socrates, id se per somnium vidisse significat: tanquam totum hoc negotiū magicum phantasticumque sit, & per præstigias quasdam illudat hominibus. Et hoc est quod ait Augustinus in 18. de Ciuitate Dei, phantasticū hominis varias formas carpere posse. Memoratque exemplū cuiusdā, cui vi magica cōtigerat, vt iacēret in lecto suo quasi dormiens, nec vllō modo posset excitari: post aliquot

autem dies eum euigilasse, & quasi somnia narrasse quæ passus sit: caballum se scilicet factum, annonam inter alia iumenta baiulasse militibus. Quod ita ut narrauit, factum fuisse compertum est: quæ tamen illi sua somnia videbantur. Indicauit & alius, se domi suæ per noctem uidisse uenientem ad se quendam philosophum, sibi que exposuisse quædam Platonica, quæ antea interrogatus exponere noluisse: & cum ab eodem philosopho quaesitum fuisset, Cur tunc fecerit, quod prius petenti negauerat? non feci, inquit, sed me fecisse somniaui. ac per hoc alteri per imaginem phantasticam exhibitum est vigilanti, quod alter uidit in somnis. *Nihil nam.*] Lego nihil non, ut sit, non nihil: quod significat aliquid, & aliquantum. *Istum.*] Dicitur est. *Spiritu deficior.*] Annotauimus in commentariis Suetonij *λεποψυχος* dici, qui anima & spiritu deficiuntur: quos Plin. appellat defectos. Lipothymia & lipopsychia Græcè dicitur, Latine defectus animi, siue defectus animæ. Apud Plin. Syntectici esse uidentur in eodem significato, accipi que pro defectis: & syntexis, pro ipsa defectioe animi, siue defectu. *Genua quatiore.*] Consimile est illud, Genua labant. *Cibatus.*] cibi: Casus patrius est, quem genitiuum grammatici uocant. *Resouendo spiritu.*] cibo uino que refici corpora, & roborari uires, quis ignorat? Virg. Tum victu reuocant uires. Homer. in 6. Iliad. *ἄθος μῆλα οἶνος ἀνέξῃ*: id est, robur magnum auget uinum. Et Columella in 7. roborandum esse præcipit largo cibo equum admissarium, ut Veneri superfit. Linius frequenter ait, cibo corpora refecta esse. Lucretius: Capitur cibus, ut sufficiat artus. *Ientaculum.*] cibus matutinus, & gustulum. Antiqui prandicula dixerunt ientacula, & ientare pro ientaculum capere: si per quo uerbo satis multa in superioribus, & apud Suet. in nono commentario. Græci *ἀνεξιπνομα* uocant ientaculum. *Mantica.*] Quod supra sarcinulam dixit, nunc manticam appellat: est enim pera viatoria, quia uiatores circumferunt utensilia. Æsopus fabulator tradit, singulos homines duas manticas habere: unam ante, alteram retrò: in priorem aliena uitia mitti, in posteriorem nostra. Quo apologo significat, nos in alienis uitijs spectandis esse oculos, in nostris cæcutientes. Ex hac Æsopica fabula est illud Catullianum uelut prouerbiale: Nemo uidet manticæ quod in tergo est: & illud Persianum; Sed præcedenti spectatur mantica tergo. Seneca uocabulo Græco hippoperas appellat sarcinas, quæ à tergo equi gestantur: quasi dicas peras & manticas equestres: hippos enim Græcè equus, & *μηρα* pera. Verba Senecæ ex libro Epistolarum moralium hæc sunt: M. Cato Censorius canterio utebatur, hippoperis quidem impositis, ut secum utensilia portaret.

taret. Idem mox patlò : Quantum erat seculi decus, imperatorem triumphalem, censorium, & quod super omnia hæc est, Catonem vno caballo esse contentum? & ne toto quidem : partem enim sarcinæ ab viroque latere pendentes occupabant. Ira non omnibus obesis mannis, & asturconibus, & tollutaribus præferes illum vnicum equum ab ipso Catone destitutum? Libuit plura ex Seneca transcribere, vt cognosceres, viros illos graues & imperatorios, seculo illo prisco & sancto fuisse contentos vnico equo, in quo ipsimet sarcinulas suas circumferebant: cum hac tempestate luxus efferuescens suaserit Cardinalibus, vt nunquam minus ducentis equis antecedentibus egrediantur, idque pompabiliter: ipsi verò vehuntur mannis & asturconibus, qui sunt equi gradarij & molles. Habent & mulas tollutares, hoc est, quæ tollutum, id est, volubiliter & quadam pedum glomeratione gradiuntur: ita enim appellatur equi tollutares, vt alibi annotauimus. A mantica, vt ad propositum reuertamur, fit manticula. Manticularum vsus pauperibus in nummis recondendis fuit: vnde deductum est verbum vetus manticulati: quod significat dolosè quid agere. Pacuuius: Ad manticulandum astu aggreditur. item: Deinde aggrediar astu regem, manticulandum est hinc mihi. *Iuxta platantum.*] Arbor peregrina est, vmbra gratia tantum ex alieno petita orbe. Commendatio platani non alia maior est, quam solem æstate arcere, hyeme admittere. mero infuso nutriuntur: compertum id maximè prodesse radicibus. Docuimusque vt inquit decenter Plin. etiam arbores vina potare. Idem aliubi tradit, latissima folia esse fico, viti, platano. Ab Ouidio genialis nominatur, quasi voluptaria, & ad delicias reperta. Chamæplatani vocantur pusillæ & breues, quasi abortus platanorum: nam & in genere arborum pusilliones sunt: sicuti chamædaphne dicitur humilis laurus, chamæmyrsine pusilla myrtus, & breuitate spectabilis. Platanonas vocant loca consita platanis. Hortensius orator, auctore Macrobi. platanos suas vino irrigare consueuerat. *Indidem.*] ex caseo & pane: aduerbium est. *Esitantem.*] Ab edo, frequentatiuum sic esito. *Pallore buxæ.*] Inter ea, quæ pallore notabilia sunt, maximè notabilis est buxus: etenim pallidissima est, vnde in comparationem palloris vsurpatur. Ouid. in carmine obsceno: Buxo pallidior, nouaque cera. Hinc pallorem buxantem & buxum optimo epitheto dixerunt. Plin. in 16. buxum esse ait quadam duricia ac pallore commendabilem, cuius materies honorata est plurima nascitur in Pyreneis ac Citorio montibus: vnde à Catullo dictum est, Amastri Pontica & Citore buxifer. Virg. quoque in Georgicis: Et iuuat vndantem buxo spectare

Citorum. Ex buxo pecten fit laudatus: indèque Citoriacus dictus ab Ouidio, quasi buxeus, à Citorio monte: sic enim ait in 4. Metamorphoseon: Sæpe Citoriaco deducit pectine ciines. Impressi codices habent Cytheriaco, quod grammatici exponunt pro venereo: sed tu lege Citoriaco, & expone pro buxeo, vt docuimus. *Nocturnas furias.*] Mercoën & Panthiam magas intelligit. Sic & Horatius veneficas scœminas, & præstigiis magicis infames, appellat furias, illo versu: Horruerim voces, furiarum & facta duarum. *Frustrulum panis.*] buccella: diminutiuum est à frustro, quod significat particulam. Virg. Pars in frustra secant. Inde aduerbia sunt, frustratim, & frustillarim. Plautus in Curgulione: Ego te faciam vt hic formicæ frustillarim differant. *Neque deorsum demeare.*] Non potuit significantius exprimere, quod interdum vsuuenite solet in ægrotis & anxiis, vt scilicet cibus quodam veluti lentore inhærens faucibus, neque descendere possit in stomachum, neque superna repetere. Auctor est Plin. in 28. Siquid è pisce hæserit faucibus demissis in aquam frigidam pedibus cadere: si verò panis hæreat, ex eodem in vtraque aurem addito pane, quod inhæserit decidere. *Breuitas commeantium.*] paucitas simul euntium. Duo tantum erant. Abusio est, quæ Græcè catachresis appellatur, quæ verba finitima vsurpat: hoc modo, Vires hominis breues sunt, oratio magna: longum in homine consilium, paucus sermo. Ita breuitas commeantium, pro paucitas viatorum. *Sine alterius noxa.*] Modò culpa: aliàs periculum, damnūque significat, vt in notis Seruij fusius explicauimus.

*Lenis fluius.*] leniter, & citra impetum fluens. *In speciem placidæ paludis.*] Palustres aquas placidas esse & stagnantes videmus, quas merito damnant medici, vtiliores quæ profluunt existimantes. quod & Plinius noster memorat libro trigesimo primo. *Ignauus*] lentius, contatiusque fluebat.

*Verum ille vt satis detruncanerat cibum, sitire impatienter cœperat. Nā & optimi casei bonam partem auidè deuorauerat, & haud ita longè radices platani lenis in speciem placidæ paludis ignauius ibat, argento vel vitro amulus in colorem: En, inquam, exple re latice fontis lacteo. Adsurgit, & opertus paululum, planiorem ripæ marginem complicatus in genua appropinat se, auidus adsectans poculum: necdum satis extremis labijs summum aqua rorem attigerat, & ingulo eius*



vulnus dehiscit in profundum patorem, & illa spongia repente de eo deuoluitur, eamque paruus admodum comitatur cruor. Denique corpus exanimatum in flumen penè corruebat, nisi altero ego eius pede retento, vix & egrè ad ripam superiorem attraxi: ubi defletum pro tempore comitem misellum arenosa humo in amnis vicinia semperiterna contexi. Ipse trepidus & eximie metuens mihi, per diuersas & auias solitudines aufugi: & quasi conscius mihi cadis humane, relicta patria & lare, ultro eum exilium amplexus, nunc Atoliam, nouo contracto matrimonio, colo. Hac Aristomenes.

*Æmulus in colorem.* ] Laus aquae fluuialis, quæ ita limpida erat, vt vel argentea vel vitrea videri posset. Antiqui aquilum colorem dixerunt subnigrum, quasi inter album nigrumque intermedium: ab aqua, cuius incertus est color. Tria namque elementa sunt sine sapore, sine odore, sine succo: aqua, aer, ignis. Aquilex elegantivo cabulo dictus est,

aquæ vestigator & ductor. Plin. Subesse aquis credunt, & hoc habent signum aquileges. *Explere.* ] Pro exple te. Imperatiuus est passiuus, quæ veteres frequenter vsurpant pro actiuo. Quidius: Cingere littorea flauentia tempora myrtho. *Latices lacteo.* ] Aqua pura & nitida. Latex, vt ait Seruius grammaticus, proprie aqua est, ab eo quod intra terræ venas lateat. Et vinum, laticem dicimus, quod latet intra uam. Denique omnis liquor, latex dici potest, sicut Lucretius dixit laticem absinthij: & Ouid. latices Palladios, pro olei liquore: & Maro laticem Lyæum, pro vino. Solinus quoque in Polyhistoro licentius paulò sic scripsit: Non coibunt in corpus vnum latex vineus, & latex aquæ. *Marginem complicitus.* ] Significat, Socratem manibus apprehendisse tenacius marginem ripæ herbascetem, instar eorum qui aquam amnicam poturi apprehendunt herbam, complicantque marginem manibus, ne præcipites ruant in flumen. *In genua appronat se.* ] Eleganter dictum, pro eo quod est, inflectit genua: & vt veteres dicebant, ingeniculatur. In caelo signum est, quod Græco vocabulo Engonasis, Latine ingeniculus nominatur: de quo sic scribit Maternus Firmicus in 6. Ingeniculus, qui Engonasis, in extremis partibus piscium oritur: hoc sidere nati erunt mendaces, fugaces, callidi. Ouid. dixit in 8. Metamorphoseon: Qui medius, nixiq; genu est, anguemq; tenentis. vbi Nixus genu, eleganter significatur Ingeniculus, qui Hercules est, vt docet Hi

ginus: qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur. Æschylus ait, Herculem cum Liguribus manus contulisse, & complures eorum sagittis confixisse: sed cum iam deficeret, defessum se ingeniculasse, multis iam vulneribus acceptis. Iovem autem miserum filij, curasse ut circa eum magna lapidum copia esset: quibus se Herculem defendisse, & hostes fugasse. Ita Iovem in similitudinem pugnantis inter sidera constituisse. De hoc intelligi voluit Manilius in 5. Astronomicôn, illo versu: Nixa genu species, & Graio nomine dicta. Nam Nixa genu, Ingeniculum signat: Graio nomine dicta, Engonasin designat, qui Græco nomine nixus genu interpretatur: *ἰγγονάκου* enim est, flecto genua. *Dehiscit.*] vehementer aperitur, & patet. *Hiscere.* n. est hiare, id est, aperire quod veteres hietare & hiatare dixerunt. *Laberius,* Hietantur fores dixit, pro eo quod est hietant, id est, patent. Item *Cælius:* Sequere me tu, qui mihi oscitans hietansque restas. *Patorem.*] hiatum & apertionem: nomen est à patendo deductum: cui consimile est vagor pro vagitu, qua dictione usus est Ennius: & fluor pro fluxu. *Spongia deuoluitur.*] ne scilicet per flumen transiret, quod Panthia superius cauendum esse præceperat, cum inquit: Heus tu spongia, caue in mari nata per flumen hæc transeas. A spongia verbum est Apitianum Spongiare, quod significat spongia extergere. *Exanimatum.*] Modò mortuum, aliàs conturbatum. Inter exanimatum & exanimum, ut ait Donatus, hoc interest: exanimatus est conterritus, & conturbatus, ut illud Terentianum, Ibi tum exanimatus Pamphilus: exanimus, est occisus, ut Virgil. Corpus vbi exanimum. Nonnumquam exanimatus accipitur pro extincto & mortuo: ut hoc in loco, & apud Historicos persæpe. *Vix & ægrè.*] Aduerbia sunt, difficultatem conatumque laboriosum significantia. *Pro tempore.*] Sunt res quædam ex tempore & ex consilio, non ex sua natura considerandæ: quibus in omnibus quid tempora petant, aut quid personis dignum sit, considerandum est: & non quid fiat, sed quo tempore fiat, attendendum est: quod & M. Tul. docet in 11. Rhetoricorum. *In amnis vicinia.*] Significat se in præripiis fluminis, & iuxta fluuiale ripam humasse inter arenas defunctum Socratem. *Eximie.*] valdè, & excellenter, supraque morem hominum. *Auias solitudines.*] inaccessas, inuias, & via carentes. *Lucretius:* Auias Pieridum peragro loca. Sic & homo dicitur auius, extra viam rationis. Idè: Auius à vera longè ratione vagaris. Notum est illud apud Rhetoricos doctores, Auium dulcedo auium ducit. *Relicta patria & lare.*] Larem pro domo usurpant: sunt enim Lares Dei domestici, de quibus sic scribit Tertullianus in Apologeti-

logetico: Domesticos Deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis. De Laribus & larario, quod sacrarium domesticum est, plura in secundo Tranquilli commentario. Apuleius noster in libro de Deo Socratis: Lar, inquit, dicitur familiaris, qui ex lemuribus posteridorum suorum curam sortitus, pacato & quieto numine domum possidet. *Vltroneum.*] Spontaneum. Hieron. in epistola ad Marcellam: Tritum quippe est proverbum, Ultroneas putere merces. *Nunc Aetoliam colo.* Inhabito. Deos non ob aliud appellant Coelicolas, ut auctor est August. in 10. de Civitate Dei, nisi quod caelum colant: non utique venerando, sed inhabitando, quasi quosdam caeli colonos. *Hac Aristomenes.*] Scilicet, sermocinatione satis longa fabulatus est.

*At ille comes eius, qui statim initio obstinata incredulitate sermonem eius respuebat: Nihil, inquit, hac fabula fabulosius, nihil isto mendacio absurdius. & ad me conuersus: Tu autem, inquit, vir (ut habitus & habitudo demonstrant) ornatus, accedis huic fabula? Ego vero, inquam, nihil impossibile arbitror: sed utcumque fata decreuerint, ita cuncta mortalibus prouenire. Nam & mihi, & tibi, & cunctis hominibus multa vsuuenire mira, & penè insecta, que tamen ignaro relata fidem perdant. Sed ego huic & credo Hercules, & gratas gratias memini, quod lepida fabula festiuitate nos auocauit: asperam denique ac prolixam viam sine labore & tadio euasi. Quod beneficium etiam illum vectorem meum credo lata ri, sine fatigatione sui me vsque ad istam ciuitatis portam, non dorso illius, sed meis auribus prouecto. Is finis nobis & sermonis & itineris communis fuit. Nam comites utrique ad villulas pro-*

*Sermonem respuebat.*] Respuere sermonem hominis, nihil aliud est, quam non approbare, neque recipere, perinde ac vanum & fabulosum. *Ut habitus & habitudo demonstrant.*] *Habitus* formam corporis & liniamenta, ipsamque corporaturam significat. *Liuius:* Habitum oris liniamentaque intueri. *Plautus:* Qualis habitus oris? *Habitudo* quoque, ut tradit *Festus Pomp.* habitus corporum significatur. *Habitior* dicitur pinguior & corpulentior; apud *Plaut.* *Habitissimus*, pinguisissimus. *A Gellius* in 4. *Equum*

nimis strigosum *ximas lenorsum abiere.*  
& malè habitum,

sed equitem eius vberimum & habitissimum viderunt. Vbi strigosus equus accipitur pro macro, siue emaciato: strigosus enim quasi stringosus, dictus ab eo quòd corpora stringat. Livi equos strigosiores appellat, macriores & exiliores. Praterè habitus dicitur vestitus. Plin. Qui ad nos lugubri habitu aduenerat, & capillatior solito. Apud philosophos habitus in alia significatione vsurpatur: Græcè dicitur *ἔθει*, de quo Aristoteles in secundo Ethicorum satis multa. Ipse autem habitus & habitudo sepe declarant hominis conditionem & dignitatem: vnde meritò ornatum virum vocat ex habitus elegantis habitudinisque ingenuæ coniectura: vbi habitus referrè potest ad vestitum quoque, habitudo ad corporatûram. *Accedis huic fabula?* ] credisne hanc fabulam? Interrogatiuè legendum est. *Vt cunq; fata decreuerint.* ] In hanc sententiam ait Manlius: Fata regunt orbem, certa stant omnia lege. Tertul. in Apologetico: Scitè, inquit, fato stat Iuppiter ipse. Idem significat Græcus ille in hanc sententiam versus: Fatum summum exuperat Iouem. Significanter autem & propriè, *Decreuerint*, dixit: est enim decernere, constituere ex potestate: vnde decreta fatorum & siderum dicta. Iulius Firm. frequens est in hac elocutione, vt dicat sidera decernere fœlicitates infœlicitatèsque mortalibus: & Plin. ait, Deo semel decretum in omnes futuros vnquam. Hinc senatus decretum: quod à consulto Helius Gallus sic distinguit, vt decretum dicat particulam quandam esse senatusconsulti, veluti cùm provincia alicui decernitur. Idem Firmicus Maternus ait in primo: Fatum nobis vitæ ianuas pandit, finemque viuendi fatalis legis necessitas statuit. Et nihil non positum est in fati potestate. Seneca quoque libro de Mundi gubernatione: Fata, inquit, nos ducunt, & olim constitutum est quid gaudeas, quid fleas. *Vt su euenire.* ] contingere. *Euenire.* ] Archaïsmos est: *Penè infecta.* ] quasi nunquam prius facta, & ob hoc incredibilia. *Hercules* ] certè, mediusfidius; aduerbium est iurisurandi, quod Mehercules dicitur, quod solis viris conuenit. Fœminæ enim per Herculem non iurant, & Herculaneo sacrificio abstinent: de quo in commentariis Propertij copiosius. *Auocauit.* ] amouit, abduxit, abstraxit à sensu laboris per voluptariam fermocinationem. Comes enim facundus, vt inquit Publius mimographus, in via pro vehiculo est. Auocare enim est remouere, alienare, auertere. Virgil. Oblectat hortus, auocat, pascit, reuertit. Callistratus iurisconsultus tit. de nundinis: Auocentur, inquit, agrorum cultores ab opere rustico. & Pomp. ait: Cùm con-

sules auocarentur bellis finitimis. *Vectorem meum.*] Equum significat, qui merito lætatus est, se tantisper exoneratum fuisse sarcina fessoris sui, dum ille pellectus festiuitate fabulatoris, sitiorque audiendi prouectus est vsque ad Hypatam. *Meis auribus.*] Prouehi dicimus eleganter & festiuite, quando audientes aliquid auditu dignum & delectabile, laborem pedum non sentimus, tanquam aures nos uehant non pedes. Dixit olim Xerxes Persarum rex, animum in auribus hominum habitare. Qui bene audit, voluptate perfunditur: qui uero malè, is perturbatur & excandescit. *Finis sermonis & itineris.*] Cõsimiliter Horatius: Brundisium nobis finis chartæque viæque. *Læuorsum abiere.*] Sinistram partem peregerunt: læuorsum enim significat, ad læuam partem. aduerbiu est, sicut & sinistrorsum. Horatius: Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit. Aliorsum dixit Cato, & illorsum, pro *Ingressu.*] Pro

*Ego uero quod primum ingressu stabulum conspiciatus sum accessi, & de quadam annu canpona illic percontor: Estne, inquam, Hypata hæc ciuitas? Annuuit. Nostine Milonem quendam è primoribus? Arrisit. Et uerè, inquit, primus istic perhibetur Milo, qui extra pomerium, & urbem totã colit. Remoto, inquam, ioco, parens optima, dic oro & cuiatis sit, & quibus diuersetur adibus. Vidēsne, inquit, extremas fenestras, que foris urbem prospiciunt, & altrinsecus fores proximam respicientes angiportum? inibi iste Milo diuersatur, ampliter nūmatus & longè opulentus: uerū extreme auaritie, & sordis infima infamis homo: fœnus deniq; copiosũ sub arrhabone auri & argenti crebriter exercēs, exiguo lare inclusus, & erugini semper intētus. cū uxore etiã calamitatis suæ comite habitat: neq; præter unicam pascit ancillulam, & habitu mendicantis semper incedit.*

ingressui. Casus dandi est: quo ita vsi sunt veteres, ut dicerent victu prouictui: anu, dominatu, pro anui & dominatui, & cætera his consimilia. Lucilius, Quod sumptum atque epulas victu præponis honesto. Virgil. quoque in Georgicis ait: Quod nec concubitu indulgēt. Idè: Tèque aspectu ne subtrahe nostro. Cæsar dictator in Anticatone. Vnius inquit, arrogatiæ, superbiamq; dominatũq; Caput est apud Gellũ in 4. Noctũ Atticũ super hac re scien ter conditum: &

grammatici obseruauerunt. *Stabulum.*] cauponam, hospitium, de quo supra. *Et de quadam ann.*] Splendida locutio est, vt dicamus. Percontor de te, quæro de te, pro à te. Ita M. Tull. decenter vsurpat: Quæsiui de mea Tullia, quid egisset. Ita veteres omnes frequenter locuti sunt. Horatius in secundo Sermorum: Quærit de pueris, num sit quoque fracta lagena. *Cauponam.*] Cauponam tam mulierem dicimus, quàm tabernam, vt docet Priscian. in quinto. καπηλοῖς, hoc est, caupones, appellat Plato in secundo de Republica, qui se in foro ad venditionem emptionemque constituunt, quos necessarios esse ait in ciuitatibus magnis, benèque institutis. Idem tamen in libris de Legibus interdicat ciuibus cauponationem, tanquam tota hæc res per peregrinos sit exercenda. Iuriconsultus tit. de nundinis, meminit Platonicæ sententiæ de cauponationibus. *Percontor.*] interrogo, perquiro. verbum est à conto deductum, quo nauatæ vtuntur ad loca nauibus opportuna: & ita scribitur per o. Si verò percunctor scribatur, per v, & c, tunc dicitur ab eo, quòd à cunctis perquiratur, auctor Donatus in Hecyræ commentario. *Annuat.*] nutu id esse significauit. Inter annuere, & nutare, & nictare veteres hoc interesse voluerunt, vt annuere sit narium vel labiorum, nutare capitis, nictare oculorum. Et ita grammatici versum illum Plautinum ex Asinaria interpretantur: Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Sed & grammaticorum subtilitas scrupulosior est, quàm verior. Annuere enim est, ipso capitis nutu approbare, affirmareque. cuius contrarium est renuere: vnde nutus & renutus. Plin. in primo Epistolarum: Nam ego simili nutu & renutu respondere voto tuo possum. Græci dicunt *νύξω ἢ ἀνύξω.* *Ex primoribus.*] summatis, & primi ordinis hominibus. *Arrisist.*] quia scilicet Milonem è primoribus Hypatæ appellaueram. *Primus istic.*] Ironicòs dictum, cum à contrario significare velit, infimum & sordidum fuisse Milonem, vix inter Hypatinos ciues numerandum: cum esset exopolis, id est, extra muros vrbis habitaret. *Extra pomerium.*] Pomerium locus est circa murum, quem in condendis vr-bibus consecrabant, quod spatium neque habitari, neque arari fas erat: cuius verbi vim solùm intuentes, postmœnium interpretantur esse. Sed vt ait Liuius, non magis quod post murum esset, quàm murus post id, pomerium Romani appellauerunt. Pomerium augures Romani ita diffinierunt: Pomerium est locus intra vr-bem effatus, per totius vr-bis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem vr-bani auspicij. Ex septem vr-bis montibus, Auentinus solus extra pomerium fuit, quasi ominosus, quòd in eo monte Remus auspicauerit, auèlque



irritas habuerit, superatúsque à Romulo in auspicio fit: vel ob id, quòd plebes eò secessisset, vt innuit Seneca in libro de Breuitate vitæ. Mos fuit apud antiquos, proferre pomerium agrò non prouinciali, sed Italico acquisito. Legimus apud historicos, Seruium Tullium regem Romanum, Lucium Syllam, diuum Iulium, diuum Augustum, protulisse pomerium. Claudius quoque, vt inquit Cor. Tacitus, pomerium vrbis auxit more prisco, quo his qui protulere imperium, etiam terminos vrbis propagare datur. *Parens optima.*] Nomen venerationis, quo anum cauponam appellat. *idésne, inquit.*] Dicitur est: demonstrat enim manu & gestu, Milonis diuersorium. *Altrinssecus.*] in altiori parte, vel ex altera parte, vel potiùs ex vtraque parte: hoc enim significat altrinssecus apud auctores. *Angiportum.*] Quod exitum non habet, ac peruium non est, id angiportum appellant, quasi angustum, ab angendo & portu: auctor M. Varro. In Adelphis ait Terent. Id quidem angiportum non est peruium: id est, vt exponit Donatus, angusta & curua via: quasi angiportus, vt angicia: alij, quòd inter portus sit locus angustus, hoc est, inter domos, quas vel portus, vel insulas veteres dixerunt. De insulis in hoc significato factis multa apud Suetonium. Horatius dixit angiportu, tanquam nomen sit quanti ordinis. sic enim ait in Sapphico carmine: Flebis in solo leuis angiportu. vbi commentatores exposuerunt, angiportum dici vicum sine exitu, angustum & flexuosum in modum anguis. *Diuersatur.*] habitat, colit. *Ampliter nummatus.*] benenummatus. Græcè dicitur polychrematos, & polyplusios, quod genus ait Plaut. esse honoratissimum, in Captiuis. *Et sordis infimæ.*] Avaros homines, & deparcos, meritò sordidos appellant, cum auaritia ad incuriam vsque corporis grassetur: vt per illam vnam neque virtutis, neque virium, neque corporis, neque animi adsit cura: victus autem sordidus, à tenui victu distabit, O fello iudice, vt ait Horatius. *Sub arrhabone auri.*] sub pignore. Arrhabonem pignus veteres dixerunt, quod alio nomine arram. Terent. Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento. Claudius Quadrigarius in annalibus, arrhabonem dixit obfides: & id maluit quàm pignus dicere, quoniam vis huius vocabuli in ea sententia grauior aciótque visa est, vt curiosè pensat A. Gellius. Sed nunc arrhabo, vt idem Gellius autumat in 16. in sordidis verbis haberi cœptus, ac multò rectiùs videtur arra. De arra frequens est mentio apud Iuriconsultos, & versiculus ille notissimus: Vtilis hæc, arram si dederitis, erit. & nunc vulgò ita vsurpatur, cum in quotidiano sermone negotiatorum sit: Da arram, pro pignus. Plin. in 33. Nondū, inquit, erat arra velocior, de annulo loquens,

qui ad sponſiones exilit, & pro pignore opponitur. De arrhabone ait M. Varro hæc: Arrhabo ſic dicta, vt reliquum reddatur hoc verbum à Græco ἀρραβών. *Exiguo lare.*] domuncula & tuguriunculo. Hæc proprium eſt diuitis ſordidi, vt exiguo lare includatur, diſſimulator opulentia, ſimulator inopia. Saturnus, auctore Firmico Materno, ſi fuerit in ſecundo ſigno ab horoſcopo per diem, reddit abſconſos, latentes, & animo pauperes, & habere ſe aliquid ſemper negantes. Inſtruiti eſt, inquit Seneca, iactare diuitias: timidi, abſcondere. *Ærugini intentus.*] rei nummaria incubans, inhiânſque: æruginem enim pecuniam intelligi voluit, quæ ex ære fit. Ita Horatius: At hæc animos ærugo & cura peculi, Cùm ſemel imbuerit. Iuuenalis: Si reddat veterem cum tota æruginem follem. Eſt autem ærugo propriè, rubigo æris: ſicut ferrugo, ferri. Æruginis magnus eſt uſus, pluribùſque fit modis, vt docet Plinius noſter in 34. Vitruuius quoque in ſeptimo ait, ex lamellis æreis in aceto obturatis fieri æruginem: cùm autem ex ære ſignato fit nummi uſus & pecunia: vnde & ararium, & tribuni ararij, & æra militum, & obræati dicti. Hinc fit, vt ærugo quoque pro ipſa pecunia accipiatur. Cruda ærugo vulnerariis emplaſtris miſcetur, & cellum ſiſtularum erodit. *Calamitatis.*] auaritia. Quid enim calamitoſus auaro? qui in omnes malus eſt, in ſe peſſimus: cui tam deeſt quod habet, quàm quod non habet: qui inter opes inops degit vitam calamitoſam. *Præter vnicam ancillulam.*] Conſimiliter Lucianus in Aſino aureo tradit, ſe uſum eſſe hoſpicio Hypatani Hipparchi, qui *μὴν δεξάτην ἀπὸ τῆς οἰκίας αὐτοῦ καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὴν ἀσπίδα*: id eſt ancillam & uxorem ſolas domi alebat, cùm eſſet (vt ipſe ait) *οὐκ ἐπιεικὴς ἄνθρωπος*, id eſt, auariſſimus mortaliſium.

*Benignè & perſpicuè.*] liberaliter & nitidè. aduerbia ſunt. ironicòs legendum. *Nec nidoris nebulam.*] In domo avari & ſordidi nunquam culina colitur, nec edulia lautiora diſcoquuntur, quorum nidor nares permeet. Plauti-

*Ad hæc ego riſu ſubiucio: Benignè inquam, & perſpicuè Demeas meus in me conſuluit, qui peregrinaturum tali viro conciliauit, in cuius hoſpicio nec ſumi, nec nidoris nebulam vererer. Et cum dicto modicò ſecus progreſſus, hoſtium accedo, & ianuam firmiter oppellatam pulſare vocaliter incipio. Tandem adoleſcentula quædam procedens: Hæc tu, inquit, qui tam firmiter*  
fores

fores verberasti, sub qua specie mutuari cupis? An tu solus ignoras, prater aurum argentumque nullum nos pignus admittere? Meliora, inquam, ominare: & potius responde, an intra ades herum tuum offenderim? Planè, inquit: sed qua causa questionis huius? Literas, ei à Corinthio Demea scriptas, ad eum reddo. Dum annuncio, inquit hæc, ibidem operimior: & cum dicto rursus foribus oppellularis, intrò cæpessit. Modicò deinde regressa, patet factis edibus: Rogate, inquit. Intuli me: eumque accubantem exiguo admodum grabatulo, & commodum cœnare incipientem inuenio. Adsidebat pedes uxor, & mensa vacua posita. cuius monstratu: En, inquit, hospitium. Bene, ego: & illicò ei literas Demea trado. Quibus properiter lectis: Amo, inquit, meum Demeam, qui mihi tantum conciliauit hospitem. Et cum dicto iubet uxorem decedere, utque in eius locum adside am iubet, meque etiam inuim uerecundia cunctantem, abrepta lacinia detrahens: Adside, inquit, istic. Nam præ metu latronum nulla est sibula. Anne sufficientem supellectilem parare nobis licet? Feci.

nus Euclio aridior pumice, Diuim atque hominum inclamat fidem, de suo tigillo fumus si qua exit foras. Idem minitans Staphilæ aniculæ inquit: Si ignis uiuet, tu extinguere extemplò. Est autem nidor, odor qui ex eduliis coctis olfactum excitat in tantum, ut quandoque desideremus illud Catullianum: Quod cum olfacies, Deos rogabis, Totum ut te faciant Fabulle nasum. De nidore epularum illud celeberrimum: Captum te nidore suæ putat ille culinæ. Græcè dicitur *νίωρα*. Unde illud Homer. ex prima Iliados rhapsodia, *νίωρον δὲ ἠρπιδίον ἦεν ἰαυροῦδ' ἢ καὶ κατρίω.*

Interdum nidor pro putore ustrinæ accipitur, ut apud Virgil. Occupat os flammis, illi ingens barba reluxit, Nidorémque ambusta dedit. Modicò secus. ] non longè à caupona. Oppellularam. ] clausam, & pessulis immixtis muniam. Pulsare uoculiter. ] Morè expressit

vſitatiffimum, vt ſcilicet qui pulſat hoſtium, etiam forinſecũs  
 inclamet. Lucianus, ἐγὼ ἀ καπῆα ποροσπλθὼν τῷ θύραν, Ego accedens  
 ianuam pulſo. *Sub qua ſpecie mutuari cupis.* ] ſub quo pignore:  
 quorum multæ ſunt ſpecies. Vſus eſt verbo iuriſconſultorum,  
 qui ita ſcribunt titul.de rebus creditis: Mutuum damus, receptu-  
 ri non eandem ſpeciem, quam dedimus (alioquin aut commoda-  
 tum erit, aut depositum) ſed idem genus. Hoc autem ided̄ dixit  
 puella, tanquam nullus vnquam accederet domum Milonis, niſi  
 qui pecuniam mutuaticiam, vel potiùs ſcœneraticiam oppoſitis  
 pignoribus ſumere vellet. Mutuum autem à ſcœnore hoc diſtat,  
 quod mutuum ſine vſuris, ſcœnus cum vſuris ſumitur. Hinc ait  
 Plautinus amator in Aſinaria: Nam ſi mutuari non potero, cer-  
 tum eſt, ſumam ſcœnore. Paulus iuriſconſultus: Mutuum, ait, ap-  
 pellatum ab eo, quod de meo tuum fit. Mutui datio conſiſtit in  
 his rebus, quæ pondere, numero, menſuræ conſiſtunt. Mutuari  
 autem non ſignificat mutuam pecuniam dare, vt ſemidocti lite-  
 ratores opinantur, ſed mutuum ſumere. Macrobius ait de Virgil.  
 quod ſcilicet ad excolendum ſe quædam ab antiquioribus mu-  
 tuatus fit, id eſt, mutua vſurpauerit. & hæc eſt proba & erudita  
 eloquentia. Aduerbiũ eſt, mutuò, vſitatiffimum: eſt & mutui-  
 ter, minùs frequens, quod idem ſignificat. Varro: Viue, mèque a-  
 ma mutuiter. *Meliora ominare.* ] non ſolùm Deorum voces Py-  
 thagorei obſeruauerunt, ſed etiam hominum quæ vocant omi-  
 na: quæ maiores noſtri (vt ait M. Tul.) plurimùm valere cenſe-  
 bant. Ided̄ ait Apul. ad ancillam: Dic, quæſo, meliora verba. I-  
 dem apud Macr. Bona verba quæſo, Prætextatus ait. Antiqui o-  
 minare, & ominari, dixerunt in eadem ſignificatione. Pomp. Ita  
 ſit & tibi bene, qui rectè ominas. Eſt autem ominari, quaſi ver-  
 bis diuinare & augurari. *Offenderim.* ] inuenturus ſim. *Quæſtio-  
 nis.* ] inquisitionis. Teren. Caue in quæſtione ſis. *A Corinthio De-  
 mea.* ] Imitatur Lucianum, qui ad hoſpitem Hipparchum literas  
 Decriani ſophiſtæ deferebat. *Operimior.* ] Elegantiùs leges, O-  
 peritor, quod ſignificat expecta, & præſtolare. *Modicò deinde.* ]  
 poſt paulùm. *Accubantem.* ] Accubare verbum eſt conuiuiale. M.  
 Tul. Qui mihi accubantes in conuiujs. Fuit enim mos priſcorũ,  
 vt cubantes in lectulis cœnarent: qui mos apud Græcos, Tur-  
 cæſque hodie quoque eſt vſitatiffimus: vnde diſcumbere & ac-  
 cumbere, & accubare, recubare vſurpata. Scribit Val Maximus,  
 ſcœminas cum viris cubantibus ſedentes cœnare conſueuiſſe.  
*Commodùm.* ] tunc, id horæ, eo momento, de hac dictione in ſupe-  
 rioribus ſatis multa. *Exiguo grabatulo.* ] Lucianus conſimiliter, ἔ-  
 τεκετο ἐπὶ κλιθίδι ſενος: id eſt, diſcumbebat in lectulo admodùm  
 angu-

angusto. *Assidebat pedes.*] sedebat ad pedes. Ego autem corrigo, *Assidebat pedes.* pro pedes: vt significet, vxorē penes, id est, iuxta maritum. Milonem assedisse: conueniatque cum verbo Luciani, qui ait, *ἡ γυνὴ δὲ αὐτῆς καὶ αἰσῶ πλυσίον*, id est, vxor autem ipsius propē assidebat. *Mensa vacua.*] ex Lucani filis textura concinnatur: ille enim ait, *καὶ τετραπέζῃ μὴδὲ εἶν ἔχουσα περιέκρητο*, id est, mensa nihil continens adiacebat. *Bene, ego.*] quasi dicat, Gratias ago pro hospitio oblato. *Illuc.*] statim. *Eu.*] Lege, ei, scilicet, Miloni. *Prosperiter.*] Legendū, prosperiter, quod significat propere & festinanter. Catullus: *Animula miserima prosperiter adit. Eam.*] Corrige, etiam: *Verecundia contantem.*] Pudor & verecundia homines facit contabundos & renitentes: nec non fari prohibemur ex pudore: vnde non in eleganti epitheto dictus infans ab Horatio, quia nos infantes efficiat, & mutos. Infans namque pudor prohibebat plura profari. *Lacinia.*] ueste. De lacinia & laciniosa conualle iam dictum est. *Nulla est fibula.*] Causa redditur, cur vocauerit Apuleiam, vt assideret in vxoris sella. Quoniam, inquit, nihil satis clausum, satisq; munitum est ab incurfu latronum, qui nullas nobis fellas reliquas fecerunt: & ita fibula accipietur pro claustro & obice. Sed elegantior lectio est, & verior: Sellula, siue sellibula: vt sit sensus, nullam aliam domi suæ esse sellam siue sedile, præ metu latronum, qui sunt in causa ne supellex idonea paretur. Est enim sellula diminutiuum à sella, quasi parua sella: sedes autem, & sedile, & sella, & subsellium, & solium, à sedendo dicuntur, d litera in l conuersa. M. Varro & Festus Pompeius auctores. Selliquastra quoque sedilia, ab idoneis scriptoribus appellantur, à sedendo & ipsa dicta. Higinus: Cassiopea sedens in selliquastro collocata est. Idem alibi ait: Inter sidera sedens in selliquastro constituta est. Menda est in codicibus impressis, in quibus passim legitur selliquastro, pro selliquastro. Magna enim differentia est in significato inter selliquastrum & selliquastrum, quamuis in scripto sit pusillum dissidium: est enim selliquastrum, vt iam docuimus, sedile: selliquastrum verò herba est hortensis, quæ alio nomine pipertis appellatur, cuius meminit Plin. in 19. & 20. lib. Natural. historiar. *Feci.*] vt iussit Milo, assedi in vxoris sella. Quoniam incidit mentio sedilis, declarandum est Gellianum verbum, in quo plerique omnes hæsitant. In 18. Noctium Atticarum sic scriptū est: Offendimus eum cubantem in symphodio Græcensi. vbi lege, in scimpodio, & expone in sedili, vel potius, in grabatulo. Græci enim *σκιμποδία* vocant scabellum & grabatum: cuius diminutiuum est scimpodion. Lucianus, *τῷ δὲ παρὰ τὸ σκιμποδίων αὐτῆς πικρῆθαι*: id est, seruo tuo grabatulum ipsi conueniēs apponam.

~~Assidebat~~  
 penes  
 Assidebat  
 nam sem  
 liberi et  
 vxoris ad  
 pedes ad  
 eam ad  
 sella ad  
 ut supra

*Et sic.* ] Lega etfi. Verba sunt Milonis ad Lucium. *Virginali verecundia.* ] Laudamus in iuvene verecundiam: est enim virtutis color. Plaut. Adolescentem decet esse verecundum, Argyrippe. Sed in sene, ut ait Aristot. in 4. Ethic. digna laude non est: cum non omnem deceat aetatem verecundia. Optimum autem verecundiae epitheton est, ut virginalis appellatur: est enim virginum prope peculiaris pudor. Claudianus: *Flammae sollicitum praevelatura pudorē.* Maro quoque de Lavinia virgine scribens, affectum naturalem decenter expressit: *Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.* *Rectè conycerem.* ] coniecta-

rem, coniectatorie cognoscerem. *Eadem te.* ] scilicet esse generosa stir-

*Et sic:* Ego te, inquit, etiam de ista corporis speciosa habitudine, deque hac virginali prorsus verecundia, generosa stirpe proditum, & rectè conycerem. Sed & meus Demeas eadem literis pronuntiat. Ergo brevitatem gurgustiole nostri ne spernas peto: erit tibi adiacens & ecce illud cubiculum, honestum receptaculum, fac libenter diuerseris in nostro. Nam & maiorem domum dignatione tua feceris, & tibi specimen gloriosum arrogaris: sis contentus lare paruulo: *Thesei illius cognominis patris tui virtutes emulaueris, qui non est aspernatus Hecales annus hospitium tenne.* At vocata ancillula: Fotis, inquit, sarcinulas hospitis susceptas cum fide conde in illud cubiculum. Ac simul ex promptuario oleum unctui, & lintea tersui, & cetera huc eidem vsui profer ocyter: & hospitem meum produc ad proximas balneas: satis arduo itinere atque prolixo fatigatus est. His ego auditis, mores atque parsimoniam ratiocinans Milonis, volensque me arctius ei conciliare: Nihil, inquam, rerum istarum, quae itineris ubique nos comitantur, indigemus. Sed & balneas facile percontabimur. Planè quod est mihi summe praecipuum: equo, qui me strenuè peruenxit, foenum atque hordeum, acceptis istis numulis, tu Fotis emitto.



fa stirpe genitum. *Gurgustiolus*. Juguriunculi, casula, domuncula. Gurgustum enim, cuius diminutivum est gurgustiolum, significat genus habitationis angustum, à gurgulione dictum. *Dignatione tua*.] Domus non solum domino honestatur, sed etiam hospitem dignitate nobilitatur. Hodièque gloriari solemus, domi nostræ fuisse hospites illustres: ut verum sit illud Sidonij: Gloria magna viri, gratia parva loci. *Specimen arrogaris*.] gloriam tibi vendicabis ex humanitate, quoniam laudaberis non spreuisse tenue hospitium. *Contentus lare parvulo*.] In hanc sententiam est illud Virgilianum: Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum Finge Deo, rebûsque veni non asper egenis: & illud Nasonis, Subiere minores sæpe casas superi. *Thesei illius cognominis patris tui*.] Hinc liquet, patrem Apuleij appellatum esse Theseum. Est autem sensus: Si hospitium meum non spreveris, videberis esse imitator Thesei illius inclyti & famigerati, qui olim non erubuit uti hospitio Hecales rusticæ vetulæ, quæ illi apposuit olera, vel potius herbas sylvestres pro eduliis, veluti sonchon & crethmon, ut scribit Callimachus, & retulit Plin. Corrige autem pro Ales anus, Hecales anus: sicut in lib. Annotationum corrigendum esse docuimus. Hæc est illa Hecale, quæ in carmine obscæno signatur, cum ait; Æqualis tibi, quam domum revertens Theseus repperit in rogo iacentem. Hecales meminit & Plutarchus in Theseo. De hac opinor intellexit Ovid. in libris de Remedio sic scribens: Cur nemo est Hecalem, nulla est quæ ceperit Irum? Nempe quod alter egens, altera pauper erat. Scio in codicibus Ovidianis Hecatē legi, non Hecalem. *Cognominis*.] Cognomines dicuntur, eiusdem nominis: ut docet Servius, enarrans illud Virgilianum, Gaudet cognomine terra. Hinc Plautus in Bacchidibus: Quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines? Theseum appellat cognominem patris Apuleij: quia & ipsius pater dictus est Theseus. *Æmulaveris*.] imitatus fueris, locutio vetus. Antiquitus enim æmulare pro æmulari dicebatur, sicut luctant dixerunt pro luctantur, & præliant pro præliantur, & conuiant pro conuiantur: & hoc genus propè infinita, quod multorum exemplis satis liquet, & grammaticorum observatione declaratur. Æmulari autem est imitari, & invidere: vnde æmulatio dicitur, imitatio virtutis. cū laude. Est & ægritudo, si eo quod quis concupiuerit, alius potiatur, ipse careat. *Photis*.] Apud Lucianum ancilla hospitis Hipparchi Palæstra nō incitè appellatur, tanquā omnis luctæ veneriæ scia & gnara. Photis verò Apuleiana videri potest dicta *φωτός*, quod significat lucē & lumen, tanquā esset lucida puella, & ardescens in venerē.

*Cum fide conde.*] fideliter reponere. *In illud cubiculum.*] Lucianus Græcè inquit, δὰς κοιτῆρα, id est, da cubiculum. Interpres Luciani hallucinatur, interpretatus, Da tunica: videlicet deceptus proximitate vocis & literarum: si quidem Græcè χιτῶν est tunica, κοιτῶν verò cubiculum: in significato autem tam distant κοιτῶν & χιτῶν, quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano. *Ex promptuario.*] Cellarium significat, ex quo promuntur vsui necessaria, à promendo dictum: sicut & promos dici voluerunt, ministros qui præsunt cellæ promptuariæ, vt promant de intus vsuaria, & condos, qui condant: auctor Fulgentius Placiades. Hinc Plautinum illud, Sum promus, condus, procurator peni. Apulcius in Apologia, promum librorum eleganter vocat ministrum à libris. Symmachus promptuarium decenter appellat ingenium, perinde ac repositorium thesaurumque doctrinarum. Verba Symmachi ex epistolis hæc sunt: Utinam mihi falsis laudibus blandiaris, cum ais te aliquid ex nostro desiderare promptuario. Plautus dixit carcerem promptuariam cellam. *Vnguis.*] ad vnguentum: in balneis enim oleo corpora perungebant, quod in lecytho continebatur: sic enim vocauerunt ampullam oleariam, quam Cyprianus capfacem nominat, Iuuenalis guttum: cuius meminit M. T. in libris de Finibus & nos scripsimus in libro annotationum. Loti distringebantur striligibus, mox tergebantur linteis, quæ M. Varro appellat termentaria, quòd corpore terantur: de quibus Epigrammaticus poëta, Nō tam sæpe teret lintea fullo tibi. *Terfui.*] ad tergendum. Plinius in Epistolis: Nam dum distringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dictabat. *Eidem vsui.*] scilicet balneario. Ad balnare autem instrumentum pertinebant & strigiles: de quibus plurima mentio est apud scriptores. *Ocyter.*] velociter. *Satis arduo itinere fatigatus.*] Lucianus, πέμπει αὐτὸν εἰς βαλάνειον, καὶ μετρίῳ γὰρ ἐλάλιδεν ἰδόν: producit, inquit ipsum ad balneum, non enim parvam viam fecit. *Itineris vbique.*] in omni itinere. Sic enim dicimus, vbique locorum, vbique gentium. Ipse alibi dixit, quod minus frequens est, Vbique imaginum, pro in omnibus imaginibus. *Strenuè.*] nauiter, & perniciter. Strenua mors dicitur à Curtio, quæ citò conficit. *Hordeum emito.*] Lucianus, κείδ' εἶον τιμὴν εἰς τὸν ἵππον: id est, pretium hordei pro equo. Græcè enim κείδ' dicitur hordeum, & ἵππος κείδ' εἶον, quasi hordeolum. Hordeum autem quadrupedum refectibus vita tradidit, vt auctor est Plinius. Iuuenalis: Et infundens iumentis hordea lassis. Ex hordeo fit ptisana, Hippocratis præconio celebrata. Apud Indos panis ex hordeo præcipuus fit: & gladiatorum cognomine, qui hordearij vocabantur, adparet antiquissimum

in cibis hordeum fuisse, ex quo polentam Græci præcipuam cōficiabant. De panibus hordeacis me minit Galenus libro de Alimentis primo. Plinius sic ait: Panem ex hordeo, antiquis vitarum, vita damnauit.

*His actis, & rebus meis in illo cubiculo conditis, pergens ipse ad balneas, ut prius aliquid nobis cibatum prospicerem, forum cupidinis peto: inque eo piscatum opiparum expositum video. & percontato pretio, quod centum nummis indicaret aspernatus, 20. denarios præstinaui. Inde me commodum egredientem continuatur Pythias, condiscipulus apud Athenas Atticas meus, qui me post aliquantulum multum temporis amanter agnitum inuadit, amplexusque ac comiter deosculatus: Mihi Lucius ait, sat pol diu est, quod interuisimus te. At Hercules exinde è Vestio magistro digressi sumus. Quæ autem tibi causa peregrinationis huius? Crastino die scies, inquam. Sed quid istud voti? gaudeo. Nam & lixas & virgas, & habitum prorsus magistratui congruentem in te video. Annonam curamus, ait, & edilem gerimus: & si quid obsonare cupis, vniue commodabimus. Abnueram: quippe qui iam cœne assatim piscatum prospexeramus.*

*Forum Cupedinis.* ] Numerius Cupes, siue Cupedius, & Marcellus, consules Romani, ob latrocinium damnati, atque in exilium sunt, bona eorum publicata, & ædes dirutæ: ibique ædificatus est locus, in quo vendebantur ea quæ vescendi causa in urbem erant allata: itaque ab altero macellum, ab altero forum cupidinis appellatum est: auctores M. Varro & Donatus. Alij à cupiditate forum cupidinis dici autumant locum, vbi æsculenta & poculenta vendunt. Alij forum piscarium hoc nomine significari tantummodò arbitrantur. De foro cupidinis Festus Pompeius. Cæterum inde cupedinarij, quorum meminit Terentius, dicti omnes qui æsculenta vendunt, & poculenta. Symmachus forum cupedinarium appellat: Coempta, inquit, ex foro cupedinario. Cupedias antiqui lautiores cibos nominabant, siue à cupidinis

h j

piditate, siue à cupidinis foro. A. Gell. in septimo: Atque has vnde  
 dique vorsum indagines cupediarum maiore detestatione di-  
 gnas censuimus. Idem in sexto: Conuectabamus ad cœnulam  
 non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. M. Tull. vt sen-  
 tit Nonius, cupediam dixit pro cupiditate, cum ait in quæstioni-  
 bus Tusculanis: Auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, ligu-  
 ritio, temulentia, cupedia, & si qua sunt similia. Sed quod cum  
 venia Nonij dictum sit, Cupedia dicitur à Cicerone non simpli-  
 citer quæcunque cupiditas, sed opinatio vehemens de ganea, tan-  
 quam lantiores cibi sint valde expetendi. Forum autem à feren-  
 do dictum, quò feruntur quæ vendere velint: vbi quod genera-  
 tum, additum ex eo cognomen, vt forum olitorium, forum pisca-  
 rium, forum boarium. *Piscatum opiparem.* ] pisces copiosos &  
 pretiosos. Opiparum enim copiosum significat: opipare, copio-  
 se & abundanter. M. Tull. in 3. Officiorum: Opipare à Pythio ap-  
 paratum conuiuium. Dicitur opiparus, & opiparis, in secundo &  
 tertio ordine. *Indicaret.* ] æstimaret, & vt vulgò dicitur, appretia-  
 ret. Utendum enim interdum est vulgaribus verbis, & vernacu-  
 lis dictionibus, ad rem dilucidandam, iuxta Græcum vetus ver-  
 bum & peruulgatum, quod ait, ἀμαρτυρεῖς ἢ πωλεῖς εἶπε, ἢ ἀμαρτυρεῖς ἢ πω-  
 λεῖς hoc est, indoctius loquere, & apertius. Indicare autem verbum  
 negotiationis est, & rebus venalibus accommodatum, quod in  
 mercibus distrahendis vsurpatur, quando ille, cuius est merx, pre-  
 tium facit rei quam venundat. & in hunc significatum accipiunt  
 Latinissimi vetustissimique scriptores. Plautus in Aulularia: Ve-  
 nio ad macellum, rogito pisces, indicant charos. Idem in Persa:  
 Indica, fac pretium. & mox: Age indica prognariter. M. Tul. in  
 tertio de Officiis: Cum postulasset vt sibi fundus, cuius emptor  
 erat, semel indicaretur: idque venditor ita fecisset. dixit se pluris  
 æstimare. Nonius Marcellus parùm prospicienter pensauit ver-  
 bum Ciceronianum, exponens indicare pro addicere & promit-  
 tere: cum non tam vendere significet, quàm æstimare, & pretiũ  
 facere rei venalis, quæ res propriè pertinet ad venditorem, vt i-  
 pse dicat quãti mercem suam vendat. Vnde ait Plautinus leno in  
 Persa: Tua merx est: vbi indicatio accipitur pro æstimatione, ac  
 pretio, & (vt dici solet) appretiatione, quæ & indicatura nomina-  
 tur. Plin. in proœmio Nat. historię: Hæc fiducia operis, hæc est  
 indicatura. Item libr. nouissimo: Neque est hodie murrhini  
 alterius præstantior indicatura. Idem in 28. signatè, vt omnia, in-  
 quit: Eadem ex causa emi lienem vituli, quanti indicatus sit, iu-  
 bent. Quod significat, quanti æstimatus, & quantum à venditore  
 pretium petitum sit. Sed vt ad Apuleium reuertamur, sensus est:

Piscato-

Piscatorem petiisse centum nummos pro pretio piscatus expositi: quod cum immodicum Apuleio visum foret, emit pisciculos viliores, pretio viginti denariorum. *Præstirani.*] Expone emi, vt supra. *Commodum.*] ipso eodemque temporis momento. *Continuatur.*] subsequitur. *Apud Athenas Atticas.*] Emphaticoteron Atticas dixit, vel differentiae causa, cum trinæ fuerint Athenæ: ab vna dicti Athenæi, ab altera Athenienses, à tertia Athenæopolitæ: auctor M. Varro in lib. de Analogia primo. *Inuadit.*] Aggreditur: & in bonam partem accipitur. *Comiter.*] hilarè, suauiter, benignè. *Mi Luci.*] Prænomen Apuleij est Lucius, quo prisca nomina quempiam appellantes utebantur. Horatius: Quinte putà, aut Publi, gaudent prænomine molles Auriculæ. Eos qui luce nati essent, Lucios dicebant, sicut Manios, qui manè: auctor M. Varro in libris de Analogia. Pueris non prius quàm togam virilem sumerent, puellis non antè quàm nubarent, prænomina imponi moris fuisse, auctores tradunt. Liber homo, vt Quintilianus docet, prænomen, nomen, cognomen, tribuin habet. Hinc à Iuuenale dictum est, Tanquam habeas tria nomina: hoc est, tanquam liber sis, & ingenuus. Cui sententiæ subscribit illud Ausonij: Tria nomina nobiliorum. Romulus & Remus conditores vrbis Romæ, neque prænomen vllum, neque cognomen habuerunt. *Sæ Pol diu.*] satis longum tempus est. & interponit iusiurandum Pol, quod significat certè, quasi per Pollucem Deum: sicut ædepol, quod iusiurandum (vt inquit Gellius) & viro & fœminæ commune est: quamuis M. Varro asseuerat, antiquissimos viros neq; per Castorè neq; per Pollucè deierare solitos, sed id iusiurandū fuisse tantum fœminarum. *Interuissimus.*] quasi ex interuallo inuisimus. Aliàs interuiso significat, totum video. Hæc enim particula Inter, totum significat: vt intercipit apud Terentiū, pro, totum capit: interbibere apud Plautum, pro totum bibere. Interlegere verò agricolationis scriptoribus est, poma per interualla decerpere, ne turba oneret parentem. Palladius: Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quæque vitiosa, vt alimentum cæteris succus æquiparet. *Hercules.*] mediusfidius Hercules, mehercules, iusiurandū per Hercule: per què soli viri deierant, sicut fœminæ solè per Castorè. Mos fuit antiquorū Romanorū, vt pueri per Hercule deierantes, id sub dio facerent, non sub recto. Causam refert Plutarchus in Problematis: quia scilicet Hercule ferunt non vmbaticā vitam domi egisse, sed foris ac sub dio semper vixisse. Vel illud potiùs per hanc rē occultè agitur, ne pueri insuescāt deierare: sicut Fauorin⁹ existimabat. Hoc. n. dū sub dio progrediūtur, & in propatulū, quasi de industria morā efficit, & deliberādī dat

spatium. Præterea proditum est, Herculem cum primis religiosum fuisse, & ad iurandum verecundissimum: quippe qui semel in omni vita iurauerit. *Cum à Vestio magistro.*] Post digressum ex schola literaria, in qua fuerunt condiscipuli, nunquam nisi hac hora se Apuleium inuississe significat. Vestius nomen est doctoris, sub quo in condiscipulatu literas Græcas didicerat. *Sed quid istud.*] Ex cultu, crebroque famulitio, quod circa Pythiam condiscipulum videbat, sic interrogat. *Voti gaudeo.*] ex animo gaudeo, te voti compotem factum esse lætor. Constructio prisca. Ita Virg. in 11. Nec veterum memini lætorve malorum: quod figura Græca dictum esse ait Seruius. *Lixas.*] modò ministros magistratui seruietes. Aliàs lixæ ministri sunt militares, quorum officium est vt militibus aquam subministrant, quam veteres lixam vocauerunt: vnde elixum dicimus, aqua coctum. Alij lixas à Lyca Herculis puero appellatos dicunt: quidam à liguriendo quæstum, cuius gratia exercitum sequantur. Apud Liuium, miles gregarius seditionis princeps appellatur à Scipione femilixa, quasi semimancipium, nomine sordido & ignominioso: quod & in secundo Suetonij commentario annotauimus. Siluius ait, lixarum vulgus esse inutile Marti. Lixula verò quamuis diminutiuum à lixa esse videatur, non tamen paruum lixam seruulūque significat: sed, vt docet M. Varro, lixulæ & femilixulæ dicuntur, cibi ex farina, caseo & aqua commixtis, vocabulo Sabino. *Virgæ.*] quas ministri magistratuum præferunt. Quærit Plutarchus in Quæstionibus, cur magistratuum virgæ securibus alligatæ præferuntur. An quia signum est non oportere magistratus iracundiam dissolutam esse, sed cohibitam? An dum virgæ dissoluantur ad plectendum, intereà mora & tarditate ira magistratus infringitur, & impetus mitigatur. Ex arbore berula, quæ candore atque tenuitate præcellit, fiebant hæ virgæ: ideoque Plinius 16. betulam appellat terribilem magistratuum virgis. *Habitum.*] vestitum, qui in magistratibus conspectior erat, & propè peculiaris, vt toga prætexta: de qua sic ait Liuius in 34. Magistratibus in coloniis municipiisque togæ prætextæ habendæ ius est: nec id vt viui solū habeant tantum in signe, sed etiã vt cum eo cresentur mortui. Præterea tunica palmata, & toga picta, erant consulum triumphantiumque gestamina. *Annonam curamus.*] De præfecto annonæ scribit Liuius in quarto, atque Lucium Minutium primum creatum annonæ præfectum, cum fame laboraret res Romana. Hic non tam significatur præfectus annonæ frumentariæ, quàm macelli. Annona enim non solū ad fruges, sed etiã ad obsonia refertur: vnde annonam macelli dixit.



dixit Tranquillus. Et à M. Tullio scriptum est: Putarem annonam in macello cariorem fore. Satyrographus quoque licenter quidem, sed decenter dixit: His opibus nunquam cara est annona veneni. Cæsar in commentariis naues annoninas vocat: quibus annona frumentaria comportatur. Ab annona, lex annonaria est dicta, pertinens ad annonam. Olim Clodius legem tulit annonariam, quæ (vt inquit Pedianus Afconius) summè popularis fuit. Vegetius annonarias expensas vocat, eas frugum pabuli species, quas prouinciales militibus expendunt. *Ædilem gerimus.*] ædilitatem, siue (vt veteres dicebant) ædilatum agimus. De ædilibus relege quæ scripsimus in primo Tranquilli commentario. In hoc loco significatur ædilis, is qui edictiones ædilitias habet, ad moderanda pretia cibariorum, qui agoranomus dicitur: ita enim Græci appellant præfectum fori, & obsoniorum quæ in foro venduntur, vt iusto scilicet & moderato pretio diuendantur: *ἀγορῆ* forum Græcè, & *νόμος*: vnde agoranomos, quasi lex & regulâ fori, rerumque in foro venalium. Plato in sexto de Legibus curatores appellat rerum venalium eos magistratus, qui fori venditionisque curam habuerint. In hanc sententiam est illud Plautinum ex Captiuis: Euge editiones ædilitias hic quidem habet: Mirumque adeò est nisi hunc fecerunt sibi Ætoli agoranomum. Idem in Gurgulione: Nec strategus, nec tyrannus quisquâ, nec agoranomus. Vbi strategus significatur dux exercitus, Græco vocabulo. Scribit Dionysius Halicarnassensis, ædiles tribunorum ministros fuisse: eosque & annonæ forensis, vt affatim suppeteret, curam habuisse: similesque, inquit, quodammodò sunt apud Græcos agoranomis. Pomponius Iurisconsultus prodidit Iulium Cæsarem ædiles duos constituisse, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales appellatos. Præerant etiã ædiles cibariis, quæ in popinis cocta venduntur. Ob hoc dixit Seneca in libro ad Gallionem de vita beata: Voluptatem inuenies latitantem sapius, ac tenebras captantem circa balnea & sudatoria, ac loca ædilem metuentia. Ædiles sacrosanctos & dici & esse, Lius Festusque notificant. *Absonare.*] Legendum est Obsonare, quod significat obsonia parare. vnde obsonatores dicti, coemptores obsoniorum, de quibus copiosè diligentèrque perscripsimus in libro Annotationum. Dixit Seneca, obsonatoribus noticiam esse subtilem dominici palati. Apud Plaurum in Mostellaria, obsonare pollucibiliter significat, parare obsonia lauta & copiosa. Pollucibiliter idem pollet, quod splendidè & magnificenter: & pollucibilem cœnam appellat Macrobius, intelligi volens lautam, adii-

cialem, esculentam. Pollucibilitas quoque dicta pro lauticia & epularum magnificentia. Demiror Fulgentium in Mythologijs, pollucibilitatem interpretari humanitatem: nisi fortè humanitatem capit pro benignitate ac largitate, qua in apparatu conuiuali uti solemus. Plautinum testimonium, quod Fulgentius citat, nihil admodum fulcit roboratque hominis interpretamentum, cum Plautina verba à nobis sint, non à Fulgentio. Pollutū quoque Herculis antiqui dixerūt, sacrificium, quod Hercoli decuma data fiebat, quod erat splendidum: & pollucere est, libamēta Herculi in aram porricere. Corrigenda est obiter apud Macrobi. dictio mendosa. Sic enim passim in tertio Saturnalium scriptum est: Propriè autem catilones dicebantur, qui ad pollutum Herculis vltimi catilos liguribant. Tu illud, Ad pollutū, immissa litera c, lege, Ad pollutum: sic enim significatur Herculis sacrificium, cum pollutum dicatur maculosum & fœdum. Catilones autem (ut id quoque Macrobij verbum intelligas) antiqui gulosos appellabant, à carne videlicet catulina, quam esitauisse, hoc est comedisse Romanos, Plauti fabulæ fuit iudicio. Plin. quoque in 29. auctor est, catulos lactentes existimatos esse adedò puros ad cibum, ut etiam placandis numinibus hostiarum vice vterentur. Ius catuli namque in cœnis Deorum poni solitum: vnde Lucilius catilonem appellat piscem lupum, quasi liguritorem & gulosum, qui sterCUS sectaretur. *Commodabimus.*] Potest & qui ædilis est, facere ut minoris obsonia amicus comparet, cum ipse præ sit rebus venalibus. Plato libr. 8. de Legibus præcipit censoribus venalia curæ esse, ne quid vendatur ematurque pluris minorisve quàm lex iusserit, quàm rerum venalium mensuræ & pretia constituta sint. *Affatim.*] copiosè, admodum, abundanter: aduerbium est. Sallust. in Iugurtha: Frumentum, & alia omnia quæ vsui forent. affatim præbita. Hanc dictionem prima acuta, non media, veteres pronuntiabant, ut docet Gellius: necnon Probus grammaticus hunc Plauti versum prima acuta legere solebat: Aliorum est affatim qui faciant. Coniungitur sæpe cum genitiuo, ut apud Liuium: Habetis affatim lignorum.

*Succussisque.* }  
 concussu & agita-  
 tu eiectis. *Quisquilias.* } Verba sunt  
 Pythiæ ædilis, qui  
 pisciculos viles  
 conspiciens, friuo-  
 losque, coemptos

*Sed enim Pythias visa sportula, succussisque in aspectum planiorem piscibus: At has quisquilias quanti parasti? Vix, inquam, piscatori extorsimus accipere 20. denarios. Quo audito, statim*

*rim abrepta dextra, postliminio me in forum cupedinis reducens: A quo, inquit, istorum nugamenta hæc comparasti? Demonstro seniculum, qui in angulo sedebat. Quem confestim pro adilitatis imperio voce asperrima increpās: Iamiam, inquit, nec amicis quidem nostris, vel omnino ullis hospitibus parcitis? Quid tam magnis precijs pisces frinolos indicatis? & florem Thessalia regionis, instar solitudinis, & scopuli edulium caritate deducitis? Sed non impunè: iam enim faxo scias, quemadmodum sub meo magisterio mali debeant coherceri. Et profusa in medium sportula, iubet officialem suum insuper pisces inscendere, ac pedibus suis eos obtinere. Qua contentus morum seueritudine meus Pythias, ac mihi ut abirem suadens: Sufficit mihi, ô Luci, inquit, seniculi tanta hæc contumelia.*

ab Apuleio, eos quisquilias appellat, quasi spurcitas piscium, & purgameta. Quisquilix enim purgamenta dicuntur, vt docet Seruius in primo cōmen. Georg. & vt auctor est Pompeius Festus, Quisquilix putantur dici, quicquid surculorum foliorumque minutim cadit ex arboribus, velut quicquid cadix. Næuius: Abi, deturba te faxo quisquilie, quid est? Plin. volumine sextodecimo, quisquilium vocari tradit fructices paruos aquifolia ilicis. Postliminio. } Verbum iuris. Titulus est apud iuriconsultos, de captiuis & postliminio reuersis: vbi Paulus, quid sit postliminium, scienter explicat his verbis. Postliminium, est ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos omnes populos regesque moribus legibus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam citra bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimus postliminio recipere: idque naturali æquitate introductum, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines suos redisset, pristinum ius suum reciperet. In bello & in pace postliminiū est. Postliminio redeunt, homo, nauis, mulus clitellarius, equus, equa quæ fræna recipere solet, id est, domita, vt auctor est Boëtius in commentariis Toppicorum. Marcellus iuriconsultus negat arma postliminio reuerti, quòd turpiter amittantur. De postliminio receptis copiosè scribit Gallus lib. i. significationū quæ ad ius pertinent. Quod autem sit ipsū postliminij ius, potest ex ipsius nominis interpretatio-

ne cognosci: postliminio enim redit, quisquis captus ab hostibus ad patriam remeauerit. Namque dum captiuitatem hostium patitur, ius ciuium amittit: omnia autem iura recipit, si postliminio reuertatur. Itaque postliminij vocabulo quædã reuersio significatur, vt docti autumant: qui ex aduerbio Post, vim nominis interpretantur, reliquam vocabuli partem protractionem solam & additamentum esse ostendentes, tanquam liminium nihil significet, sicuti tullium supplementum est in medittulio. Igitur Apuleius postliminio scitè & decenter dixit per aduerbium, quasi reuersionem quandam & reditum significans in forum cupediais: de quo paulò antè satis multa. *Nugamenta.*] Quod supra qui quilius dixit, nunc nugamenta appellat ex varietate elocutionis elegantiam captans: sicut Virg. in 3. *Æneidos*, nunc sylnam, nunc virgulta, nunc vimina, nunc arborem dicit pro eodè. Plin. in 16, nucamenta, per literam c, appellat panniculas quasi quasdam, dependentes ex ramis abietis & piceæ. Verùm nugamenta à nugis, nucamenta à nuce inclinari videntur. *Seniculum.*] senecionem: à sene enim fit diminutiuum seniculus, & senecio. Afranius: Tu senecionem hunc satis est si seruas anus. *Pro editatis imperio.*] pro potestate magistratus. Magna est in oratione Latina varietas huiusce particulæ Pro: aliter enim dicitur Pontifices pro collegio decreuissè, aliter testem pro testimonio dixissè, aliter pro rostris, aliter pro tribunali, aliter magistratum pro potestate intercessissè. Istam autem varietatem eiusdem quidem fontis & capitis, non eiusdem tamen esse finis, non insubtiliter differit Gellius in 10. & ita facile putabit, si quis habeat bonorum scriptorum noticiam celebriorem. *Pisces friuolos indicatis.*] Suprà docuimus, quemadmodùm indicare non tam significat vendere, quàm æstimare, & prærium facere rei venalis. Castigatio est ædilis in piscatores, quòd magnum nimis prærium petant pro pisciculis vilioribus, nugatoriisque: id enim est friuolum: cum friuola sint propriè, vasa fictilia quassa. Vnde dicta verba friuola, quæ minus sunt fide subnixæ: & res friuolæ, quæ nullius prærij sunt, contemptibiles scilicet, & abiiciendæ. *Florem.*] Hyparam significat, quæ veluti flos & metropolis erat Thessaliæ. *Instar solitudinis.*] Sensus est: Ciuitatem, quæ alioqui florentissima est, & primaria, facitis veluti desolatam viduatamque cultoribus, caritate cibariorum. Illa enim loca naturaliter frequentantur ab hominibus, vbi annona vilis est, & edulia minimo constant. *Edilium.*] Corrige edilium, hoc est, cibariorum. *Caritate.*] prærij enormitate. *Faxo.*] faciam. *Sub meo magisterio.*] magistratu & ædilitate. Magisterium enim aliquando accipitur

pro ipso magistratu: vnde apud Plinium dicitur magisterium equitum, pro ipsa dignitate magistri equitum. Ita magistri dicuntur, maiores magistratus: vnde Magister populi apud antiquos is dicebatur, quem nos Dictatorem dicimus: auctores M. Tul. Seneca, & Varro. Magistrare enim, moderari est, & regere: vnde magistreria, & magistri, & magistratus dicti. M. Varro & Paulus iurisconsultus autumant, magistratus dici quasi per diminutionem, à magistris, tanquam minores hi magistri sint. *Officialem.*] ministrum. Antiqui prætores quia cum officio mittebantur in prouincias, officia prouinciæ nominauerunt: vnde officiales dicti apparitores, ministrique ipsorum magistratum. & hæc est vera verbi significatio. Vulgò officialis accipitur pro ipso magistratu Iulius Capitolinus officia Palatina appellat, intelligi volens officiales, hoc est, ministros imperatorios. sic enim scribit in Gallienis: Cùm iret ad hortos nominis sui, omnia Palatina officia sequebantur. *Obterere.*] contere, conculcare, ignominie causa. Plautus in Rudente, euidenter ostendit ædilis officium hoc fuisse, vt merces venales, si improbæ forent, iactaret, conculcarétque: sic enim scribit: Neptunus quamuis fastidiosus ædilis est, si quæ improbæ sunt merces, iactat omnes. *Seueritudine.*] seueritate, acerbitateque castigatoria: sicut quoque nihil interest, suauitudo dicas an suauitas, sanctitudo an sanctitas, acerbitude an acerbitas, castitudo an castitas, ita nihil refert, seueritudo dicas an seueritas. Plaut. in Epidico: Quid illuc est, quòd illi caperat fons seueritudine: vbi caperare significat, rugis frontem contrahere & asperare: vnde caperata frons dicta, pro tristi & seuera. *O Luci.*] Apuleius significatur. *Seniculi.*] piscatoris. A sene diminutiuum nomen: cui subest occulta contemptio.

*His actis consternatus, ac prorsus obstupidus, ad balneas me refero, prudentis condiscipuli valido consilio, & nūmis simul priuatus, & cœna: latissimæ ad hospitium Milonis, ac dehinc cubiculum me reporto. Et ecce Fois ancilla, Rogat te, inquit, hospes. At ego iam inde Milonis abstinentiæ cognitor, excusam comiter: quòd via vexationem non cibo, sed somno cesserem diluere.*

*Prudentis.*] Ironicus: intelligi enim vult à contrario imprudentem fuisse Pythiam ædilem, qui tali consilio Apuleium priuauerit & nūmis, quos impenderat piscatori, & cœna, cùm pisces pedibus minister obtriuisset. *Lau.*] modò lotus

in balneis. aliàs splendidus & nitidus: vnde & lautitia dicitur, epularum magnificentia. Epigrammata rursus poëta: *Lauta quidem cœna est, fateor, lautissima. Locus extra urbem Romam dictus est Lautulæ: quia cum illuc aqua flueret, lauandi usum exercebant.* *Hospes.*] Milo significatur. hic enim hospes accipitur pro eo qui recipitur: aliàs pro eo qui recipitur. hinc illud notissimum: Non hospes ab hospite tutus. Græcè xenos dicitur: vnde xenios Iupiter, hospitalis. quem inuocat Dido Virgiliana illo versu: Iuppiter, hospitibus nã te dare iura loquuntur. *Ab-*

*sententiæ.*] parsimoniæ, vel potiùs auaritiæ: modò ad vituperationem, aliàs ad laudem ponitur. *Somno diluendam.*] Moraliter locutus. Contingere enim ferè semper solet, vt lassitudo magis somno discutatur, quàm cibo: & vt homo delassatus ex itinere magis somnum cupiat, quàm cœnam. *Isto accepto.*] cum hæc accepisset, audiuissetque ex Photide Milo. *Dum contor.*] remoror, & quasi resisto. *Ingratis.*] iuuitum & nolentem. aduerbium est, & vt ait Donatus, significat non vltro: sicut ingratus significat inuitus, & coactus, quæ enim vltro nea sunt, grata sunt: ingrata ve-

*dam.* *Isto accepto pergit ipse, & iniecta dextra clementer, me trahere adoritur.* *Ac dum contor, dum modestè renitor: Non priùs, inquit, discedam, quàm me sequaris. Et dictum iureiurando secutus iam obstinationis suæ, me ingratiss obediens perducit ad illum suum grabatulum, & residenti: Quam saluè agit, inquit, Demeas noster? quid vxor, quid liberi, quid vernaculi? Narro singula. Percunctatur accuratiùs causas etiam peregrinationis meæ, quas ubi probè protuli, iam & de patria nostra, & eius primorib. ac denique de ipso praside scrupulosissimè explorans, ubi me post itineris tam seui vexationè sentit fabularum quoque serie fatigatum, in verba media somnulentum desinere, ac nequicquam defectum iam in certa verborum salebra balbutire, tandem patitur cubitum vt concederem. Euasi aliquando rancidi senis loquax & famelicum conuiuium, somno, non cibo grauatus, cœnatus solis fabulis: & in cubiculum reuersus, exoptata me quieti reddidi.*

rò, quæ



rd, quæ ab inimicis fiunt, ac recusantibus. Plautus in Amphitryone: Hæc heri immodestia coëgit me, qui hoc noctis à portu ingratis excitauit. *Grabatum.*] Græcè *κλιδιον* Lucianus appellat. *Ad illum.*] quasi contemptibilem & fastidiendum. Hæc enim pronomina, iste & ille, vt scienter inquit Donatus, sæpe ad contemptum, aut ad odium referuntur. In pronomibus magnum est pondus. Virg. Ille Sichæum Impius ante aras: ille, hoc est, sceleratus & nefarius, vt Donatus exponit. *Residenti.*] mihi. *Quam saluè.*] quam prosperè, quam foeliciter. Aduerbum est, in hac loquendi consuetudine frequens. Apud Liuium quærit maritus de Lucretia: Satin' saluè: Illa respondens: Minimè, inquit: quid enim salui est mulieri, amissa pudicitia? Apud eundem in 10. Satin' saluè, inquit Appius, Luci volumini, vt sese in saniores habent? *Quid uxor?*] Breuis interrogatio: quæ tamen multa complectitur, dum quærit quid agat uxor Demæ, quid filij, quid tota familia. *Quid vernaculi?*] scilicet agunt. Vernas autem seruos dici voluerunt: qui, vt ait Pompeius Festus, ex ancillis nati essent vèrè, quod tempus anni maximè naturalis fœtura est. Inde vernula, & vernaculus voce diminutiua, seruus dictus. Hinc vernaculum, domesticum appellant, & domi quasi nostræ natum, ac peculiare. M. Varro lib. de Analogia nouissimo, tria genera verborum esse prodidit: vnum vernaculum ac domi natum, alterum aduentitium, tertium nothum. Vernaculum est, inquit, domi natum: vt fœtor & pistor. Idem in tertio de Re rustica: Præterea quoque volucres, cum partim aduenæ sint, vt hirundines & grues: partim vernaculæ, vt gallinæ, ac columbæ. Columella in gallinaceis probat fœcunditatem vernaculam, hoc est nostrarium & domesticorum gallosum. A verna fit aduerbium vernaliter, quod significat seruiliter. Horatius in secundo Sermonum: Necnon vernaliter ipsis Funditur officijs, prælambens omne quod affert. Vbi exposuit Acron, vernaliter, id est, luxurio: quæ interpretatio an satis proba sit, ipse viderit. Nonius Marcellus vernaliter exponit, pro adulatoriè, à vernis, quibus hæc viuendi ars est. A Cicero dicta est festiuitas vernacula, pro vrbano lepore, salubusque Romanis. *Causas peregrinationis.*] Consimiliter Hypparchus Lucianum interrogat, quæ illa sit via, & quod proficiatur. *Pertuli.*] enarraui atque percensui. *Præsides.*] quis scilicet sit præses prouinciæ nostræ. Romani enim præses prouinciarum rectores missitabant: quo nomine & proconsules & legati Cæsaris, & omnes prouincias regentes appellantur. Est enim Præsidis generale nomen, vt iurisconsulti prodiderunt. Præsides autem prouinciæ suæ celebrat Apuleius in Floridis & Apo-

logia, Orfitum, & Seuerianum, & Maximum Claudium. *Somnulentum desinere.* ] Expressit id quod naturaliter accidere solet, vt somnulenti & iam dormitantes in medijs verbis deficiamus, veluti balbutientes : nec explicatè satis, explanatèque loquamur. *Verborum salebra.* ] asperitate. Verba enim salebrosa & asperata meritò dici possunt in balbutiente & somnulento, propterea quòd neque facilè, neque expeditè, neque tota enuntiantur, quasi aspredine quadam & salebra atque offensaculo fistulam spiritalem offendentia. Salebras appellant asperitates, & loca aspera. M. Tullius in quinto de Finibus: Venit ad extremum, hæret in salebra. Idem de Oratore: Alter sine vllis salebris, quasi sedatus amnis fluit. Hinc salebrosum dixere. Virgil. Non tam salebrosus vt antè. *Rancidi senis.* ] Rancidum senem festiuiter, necnon & mordaciter appellat hospitem Milonem, vocabulo inamabili, & avaritiæ sordes exprimente. Horatius, rancidum aprum appellat insuauem. Ita à M. Tullio caro rancida dicitur in eo significatu, quo vulgus vsurpat. *Loquax & famelicum conuiuium.* ] Tales sunt cœnæ sordidorum & deparcorum, vt plus loquacitatis habeant, quàm liquaminis esculenti. *Cœnatus solis fabulis.* ] Ioculariter, tanquam in cœna verba tantum & fabulas propinauerit, vice obliuionum. Cœnatus autem & pransus, & potus, diuersum valent quàm indicant, vt docet Quint. in primo.



## LIBER SECVNDVS.

### ARGVMENTVM.

*Dum Hypata loca singula curiosius contemplatur, Byrhenam matronam opulentam recognoscit: statuamque in eius domo faberrimè factam expliat. A qua commonitus, vt ab uxore Milonis hospiti caueat, perinde ac maxima margarum, in an ille amorem propensus labitur, cum qua complexus & colluctationes veneriæ referuntur. Cœnaticus Byrthens apparatus describitur. Inibi inferuntur & fabellæ conuiuales, licentiosique cachinni constrepentes: mortui custodia; custodis nares auresque prefectæ: mox regresso Lucy nocturna ad hospitium, non sine sudore & cæde, qua non tam homicida factus est, quam utricida.*

Vt pri-



**V**T primū nocte discussa sol  
novus diem fecit, & somno  
simul emersus & lectulo, an-  
xius alioquin, & nimis cu-  
pidus cognoscendi quæ rara miræque  
sunt: reputansque me media Thessalia  
loca tenere, quò artis magica nativa  
cantamina totius orbis consono ore ce-  
lebrantur: fabulamque illam optimi co-  
mitis Aristomenis, de situ civitatis hu-  
ius exortam, suspensus alioquin, & vo-  
to simul & studio curiosè singula consi-  
derabam. Nec fuit in illa civitate, quod  
aspiciens, id esse crederem, quod esset:  
sed omnia prorsus ferali murmure in  
aliam effigiem translata: ut & lapides  
quos offenderem, de homine duratos, &  
aves, quas audirem, indidem plumatas,  
& arbores, quæ pomerium ambirent, fo-  
liatas similiter, & fontanos latices de  
corporibus humanis fluxos crederem.  
Iam statuas & imagines incessuras, pa-  
rietes locuturos, boues & id genus pec-  
cua dictura presagium: de ipso vero cœ-  
lo, & iubaris orbe subito venturum ora-  
culum. Sic attonitus, immò verò crucia-  
bili desiderio stupidus, nullo quidem ini-  
tio vel omnino vestigio cupidinis mea  
reperito, cuncta circuibam. Tamen dum  
in luxu nepotali simul hostiatim singu-  
li pererro, repente me nescius foris cu-  
pedinis intuli.



**V**T primū. ] A-  
puleius  
post somnum ex-  
cullum in Milo-  
nis Hypatini hos-  
pitio, singula loca  
illius civitatis cœ-  
pit curiosè contē-  
plari: utpotè ma-  
giæ noscendæ cu-  
pidissimus. & cum  
videret se esse in  
media Thessalia,  
quæ domicilium  
& officina est ma-  
gicarum vanita-  
tum, existimabat,  
quicquid specta-  
ret, id totum vi cā-  
taminum esse in  
alias effigies trā-  
figuratū. Ex hac  
contemplandi cu-  
riositate incidit in  
matronam sum-  
matem, nomine  
Byrbenam, cuius  
opulentia & cul-  
tus graphicè re-  
feruntur. Sol no-  
vus. ] recenter ex-  
ortus. Virgil. Car-  
pamus, dum ma-  
nè novum, dum  
gramina canent.  
Emersus. ] Optimo  
verbo est usus, tam  
quā sopitus mer-  
sus sit in barathrū

oblivionis. *Anxius alioqui.* ] Ordinatio verborum sic struitur:  
*Anxius curiosè singula considerabam. Media Thessalia loca.* ]

Tanquam Hypata in meditullio Theſſaliæ ſita ſit. *Natina cantamina.*] Significat autem magicam ſedes habere originales in i-  
 pſa Theſſalia, perinde ac ibidem nata ſit, non aliunde aduecta. Ita  
 Lucanus in ſexto Pharfaliæ, cantamina, hoc eſt, incantamen-  
 ta magica, veluti natina atque vernacula peculiariâque Theſſa-  
 liæ fuiſſe demonſtrat. Menander quoque apud Græcos, Theſſa-  
 lam cognominavit fabulam, complexam ambages ſcæminarum  
 detrahentium lunam. Autumat Plinius, Magiam in Perſide in-  
 ventam à Zoroaſte, tranſiſſeque illinc ad Theſſalas vrbes. Hinc  
 Plautus Theſſalum veneficum ſcitè dicit, intelligi volens maxi-  
 mum præſtigiatorum, omniſque magici ludibrii gnariſſimum.  
*Fabulamque illam.*] ſubaudi reputans, hoc eſt recolens. *Ciuitatis.* }  
 Hypatæ. *Id eſſe crederem.* } Lucius habens perſuaſiſſimum, in  
 Theſſalia plurimum pollere magicas artes, credebat, quæcun-  
 que videbat, ea eſſe omnia vi cantaminum transformata, de-  
 mutataque. *Feralimurmure.* } magico cantamine, ſufurraminè-  
 que peſtifero. *Lapides de homine duratos.* } Lucianus in hanc ſen-  
 tentiam, *δειοιαδειν η̄ παρειδοξον, η̄ παροιον αῑσθητον, η̄ ληθιυμφοι:* Cu-  
 piebam, inquit, ſpectare aliquid inopinabile, vel hominem vola-  
 ticum, vel lapideum. *Indidem.*] ex homine. *Foliatas ſimiliter.*] ſci-  
 licet ex humanis corporibus: tanquam homines potentia magi-  
 ca in lapides, in aues, in arbores, in fontes tranſfigurari poſſent:  
 ſicuti metamorphoſis poëtica multiformiter tradit. *Latices.* }  
 aquas. Suprà dictum eſt, laticem dici omnem liquorem. *Fluxos.* }  
 ſolutos, liquefactosque. Alluſit ad naturam aquarum fluidam  
 ac fluentem. Aliàs fluxus dicitur mollis & effœminatus, vt Mar-  
 tialis: Cinædo euiratior fluxo. A Cypriano fluxura accipitur pro  
 libidine, & mollicia veneria: ſcribit enim, caſtitem exarmatu-  
 ram eſſe fluxurarum, hoc eſt libidinum. *Statuas & imagines.* }  
 Statua propriè lapidea eſt, ſiue ænea, & ex quacunque materia  
 ſolidiore. Imago cerea eſt, & picta. Sed ſæpe indifferinatim  
 ponuntur. Senſus eſt: Ex perſuaſione magicæ diſciplinæ credebam  
 incredibilia, & vt Lucianus dixit Græcè, *παρειδοξα*, hoc eſt,  
 inopinabilia: quòd imagines ambularent, boues pecudèſque lo-  
 querentur: quòd ſanè prodigioſum eſt, & contra naturam. *Incef-  
 ſuras.* } ambulaturas. *Id genus* } huius generis. Eloquutio elegans,  
 ſcriptorib' uſque vſitatiffima, *Id genus, hoc genus,* pro eius gene-  
 ris, & huius generis. *Pecua* } Veruſtiſſimi hoc pecu ſingulariter,  
 & hæc pecua pluraliter dicebant, vt docet Prifcianus in ſexto,  
 Nonius Marcellus: Pecua, inquit, & pecuda, ita vt pecora, veteres  
 dixerunt. Plautus in Mercatore: Nec pecua ruri paſcere, nec pue-  
 ros nutrire. Idem in Rudente: Squamoſum pecu, pro piſcibus  
 poſuit,

posuit, & Solinus in Polyhistore sic refert: Ita pabulosa, vt pecua, nisi interdum æstate à pastibus arceantur, ad periculum agat fatietas. Mendosi codices non pecua habent, sed pecuaria. Næuius in gymnastico: Homines, pecua, belluâsq;e. Hinc pecuarius homo dictus à M. Tullio, qui habet pecuarias grandes: hoc est, qui pascit armenta & greges. Ex quibus exuberant vberes quæstus. M. Varro in secundo de Re rustica: Et ipse pecuarias habui grandes in Apuleia ouiaras, & in Reatino equarias. Et hoc est quod intelligi voluit Porcius Cato, agricolationis totius sciētissimus, qui quærenti quid maximè in re familiari expediret respondit, Bene pascere: quid secundū? Satis bene pascere. Hoc. n. verbo declarauit, re pecuariâ esse in agricolatione quæstuosissimâ. *Dictura præfagiū.*] Apud præficos in prodigijs erat, boue loquutū esse: quo nuntiatio, senatū sub diuo haberi, refert Pli. qui aliubi quoque sic tradit: Canē loquutū in prodigijs, quod quidē annotauerim, accepimus: & serpentē latrasse, cum pulsus est regno Tarquinius. Inuenitur in annalibus, olim in villa Galerij locutū esse gallinacēū semel: quæ omnia quia fiunt contra quâ est nota natura, prodigiosa existimantur, credunturque facere præfagiū, hoc est, prognosticon rerū futurarum. *Iubaris orbe.*] Solis globosum corpus significat. *Venturum oraculū.*] Quæcunq; incredibilia impossibiliaq; naturaliter sunt, ea credebat Apul. fieri posse Hypatē magici cantaminis vi atq; potentia. *Attonitus.*] stupefactus. Attonitos propriè appellamus, vt auctor est Cor. Cellus, quorū & corpus & mens stupeat. Quod genus mali fit interdū ictu fulminis, interdū morbo. hunc apoplexiâ Græci appellant. De attonito Seruius sic: Attonitus propriè dicitur, cui calus vicini fulminis, & sonitus tonitruū dant stuporē. *Immò verò.*] Correctio est. *Cupidinis meæ.*] cupiditatis, scilicet magiæ noscendę. Interdū masculino genere cupido accipitur pro cupiditate. Hor. Cupido sordidus aufert. Idē in Sermonibus: At bona pars hominū decepta cupidine falso. *In luxu nepotali.*] Luxus nepotalis significat immodicā profusionē, & victus largitatem: nepos enim prodigus dicitur: vnde nepotalis deriuatur. Eleganter à Tertulliano dictum est, Aristippus in purpura nepotatur: pro eo quod est, luxuriatur, & lautius viuit. Nepotatus quoque, vt apud Tranquil. annotauimus, dicitur ipse luxus atque prodigētia. *Hostiatim.*] per singula hostia: aduerbium est. Consimilia sunt templatim, vicatim, pagatim, & id genus propè infinita. Quintil. in 5. Scrutanda singula, & velut hostiatim pulsanda. *Forum cupedinis.*] forum piscarium, & in quo esculenta venduntur. Relege quæ in primo commentario copiosius annotata sunt super hac dictione.

*Famulatione.* ] famulorum ancillarumque multitudine, quod & famulitium dicitur, ut idem Apuleius ait in Floridis: Frequens famulitium, domus amplo ornata vestibulo. Græcè ait Lucianus, πῦδες πυχροί, id est, frequentes ministri. *Aurum in gemmis.* ] Lucianus: ἰσὴνα αἰσινὰ καὶ χρυσίον πεπλον: id est, vestimenta florida, & aurum copiosum. *Inflexum.* ] scilicet in gemmis. Sabinus iurisconsultus ait, gemmas inclusas auro cedere. Etenim cedit, cuius maior est species. Vnde si margaritæ auro ornandi gratia adhibita sunt, auro cedunt: si contrà, aurum margaritis cedit. Idem, ut Vlpianus

inquit, & in gemmis est, annulis inclusis: sed si gemmæ ut habititer geri possunt, inclusæ auro fuerint, tunc aurum gemmis cedere autumat Paulus. *Hic intextum.* ] scilicet in tunicis. Aurum intexere vestibus, inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicas: auctor Plin. in 8. Fiunt ex auro textili vestimenta, sine alia materie: quali paludamento indutam Agrippinam vidisse se refert idem Plin. netur enim aurum, ac textitur lanæ modo, & sine lana. Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum, Verrius tradit.

Et ecce mulierem quampiam, frequenti stipatam famulatione, ibidem gradientem, adcelerato vestigio comprehendendo. *Aurum in gemmis, & in tunicis, ibi inflexum, hic intextum, matronam profeculo confitebatur.* Huius adhebat lateri senex, iam gravis in annis. qui ut primum me conspexit: *Est, inquit, Hercules hic Lucius: & offert osculum. & statim, incertum quidnam, in aurem mulieris obganxit.* *Quin, inquit, etiam, vel ipsam parentem tuam accedis, & salutas? Vereor, inquam, ignota mihi fœmina. & statim rubore suffusus, reiecto capite restiti.* *At illa obtutum in me conuersa: En, inquit, sanctissima Salvia matris generosa probitas: sed & cetera corporis exaqualiter ad regulam, qua diligenter ali quid adfingunt, sunt congruentia. Inenormis proceritas, succulenta gracilitas, rubor temperatus, flauum & inaffetatum capillitium, oculi casy quidem, sed vigiles, & in aspectus micantes prorsus aquilinos, quoquò versum floridus, speciosus & immediatus incessus.*



*Matronam confitebatur.*] ex cultu ornatuque matronali appare-  
 bar eam esse matronam summam. Cultus magnificus, vt Gre-  
 co versu testatum est, addit hominibus auctoritatem. *Hercules.*  
 certè. *Lucius.*] Apuleius. *In aurem obgannyr.*] Ita Mart. Gannis in  
 aurem semper omnibus Cinna. Vnde & obgannire ductum  
 est, quod significat murmurare. Et gannitio apud veteres, signifi-  
 cat canum querulam murmurationem. Gannitum quoque non-  
 nulli humanam vocem vocauerunt. Vnde obgannire in aurem,  
 est secretò loqui, & veluti immurmurare. Afranius: Gannire ad  
 aurem nunquam didici. *Vel ipsam parentem.*] Verba sunt senis,  
 hortantis Apuleium, vt matronam salutet, veluti parentem ac  
 matrem: id enim venerationis nomen est. *Ignota mihi femina.*  
 Extrinsecus subintelligendum, me offerre, vel tradere, vel ali-  
 quid simile. *Obtutum conuersa.*] Joculis in me defixis. *En, inquit.*  
 Verba matronæ Byrrhenæ ad Apuleium, quem recognouit ex  
 lineamenti vultuque materno: nihil enim dubium est (vt Colum-  
 ellæ verbis vtar) quin ipsa natura sobolem matri similem esse  
 voluerit: & parentum notæ prærunque natis inhærent. *Salvia.*  
 Nomen est matris Apuleij. Aliàs herba est cana, odorata, mentæ  
 similis, vulgò nota. Herbarij Græcè Elclisphacon vocant: à  
 qua fortassis saluiatum deducitur, quod genus est liquaminis  
 siue potionis, cuius Columella & Plinius meminerunt. Quidam  
 non saluiatum legunt, sed saluiatum, à salvia, hoc est succo, in-  
 clinata dictione. *AEqualiter ad regulam.*] quasi dicat, cuncta cor-  
 poris in Apuleio membra congruere maternis membris, veluti  
 ad amussim, quæ regula est fabricorum, qua architecti vtuntur ad  
 opus probandum. de qua ait & Maro: Nil vt deliret amussis. *Suc-  
 culenta proceritas.*] Dictiones præposteræ, quæ ita in ordinem re-  
 digendæ sunt: Inenormis proceritas, succulenta gracilitas, vt  
 quasi per antitheton, singulis singula opponantur: quæ locutio  
 splendida est. Vult enim significare, in Apuleio fuisse corporis  
 proceritatem, sed inenormem: hoc est moderatam, non im-  
 modicam: & ob hoc decoram fuisse gracilitatem, sed succosam, vt  
 ita ex contrariis fiat temperamentum fermositas. Tale enim  
 corpus habilissimum est, vt ait Cor. Celsus. Nam longa statura,  
 vt in iuuenta decora est, sic matura senectute conficitur. Gracile  
 autem corpus infirmum, obesum, hebes est. Talis statura qua-  
 drata ab eruditis nuncupatur: de qua scripsimus in 10. commen-  
 tario apud Suetonium: qui tradit, Vespasianum fuisse statura  
 quadrata. Inenormis significatur non enormis, hoc est, non ni-  
 mia, neque immodica. Cic. in Topicis priuatiua appellat, quæ  
 Græcè *σενονία* dicuntur, in quibus adiecta est præpositio in: hæc

enim syllaba cum fuerit apposita, demit ferè aliquid ex ea vi quam esset res quælibet habitura, si in syllabam præpositam non haberet: vt humanitati inhumanitas, dignitati indignitas. In namque apposita, id de quo dicitur humanitate ac dignitate priuauit. Vnde & Boëtius sciënter, hanc orationis particulam priuatoriam syllabam vocat, in quarto commentario Topicorum. Sicut autem enormis dicitur grandis & prolixus, ita inenormis proceritas significatur statura quidem longa, sed non enormitate deformis, & quæ mediocritatis temperamento decora sit. Consimiliter gracilitas succulenta dicitur, cum neque nimis gracile, neque nimis obesum corpus est: quæ res hominem venustat. Succulentum dicimus succi plenum, & quasi succosum, quod tamen neque obesum aut pingue sit: qualis habitudo laudatur. Sidonius Apollinaris tradit, Theodericum regem fuisse colli non obesi, sed succulenti, *Rubor temperatus*.] Galenus ἐν μί-  
*ξεσίχην*, inter signa crasseos, hoc est, complexionis, vel (vt Latiniùs loquar) constitutionis bonæ, enumerat colorem ex rubore candorèque concretum, capillos flauescentes, & modicè crispes. *Capillitium*.] coma & capilli. Sic enim à capillo dicitur capillitium, vt à famulo famulitium, à satellite satellitium. = *Inaffectatum*.] Ipse in Apologia capillos sese habuisse tradit non amicos ac delicatos, nec ad lenocinium decoris promissos, quales affectati dicuntur, cum affectatione quadam & cura studiosè colantur ab his qui (vt ait Seneca) sollicitiores sunt de capitis sui decore, quàm de salute: qui inter speculum pectinèque occupati sunt, qui concinniores esse malunt, quàm honestiores, qui rempublicam suam turbari minùs curarent, quàm comam. Archigenes mēdicus cosmotica, hoc est medicamenta ad capillos venustandos composuit: quibus docet, flauos & crispes capillos fieri spuma salis, myrrha commixta. Galenus quoque non parùm multa commemorat cosmoticorum, quæ nigricant, candicant, ruffant capillos: quæ fœminarum effœminatorùmque peculiaris cura est. Aitque vidisse mulieres complusculas immodica affectati capillitij curiositate defunctas, cum caput huiuscemodi phar-  
 macis medicamentis que lethifera frigiditate vexarint. Calliblephara dicuntur à Græcis, & à Plin. nostro, medicamenta, quibus oculorum palpebræ & supercilia venustantur, & capilli inficiuntur: quod & alibi annotauimus. *Oculi cæsij*.] cærulei, viridisque coloris. Cæsius enim color viridis cæruleusque significatur, quem & alio nomine glaucum nuncupant. à Latinis veteribus cæsia dicta est, quæ Græcis Glaucopis dicitur: vt Nigidius ait, de colore cœli, quasi Cœlia. Catullus cæsium leonem appellat, à colore

lore oculorum cæruleo. Cor. Celsus in 7. Pupilla, inquit, color vel niger est, vel cæsius, cum summa tunica tota alba sit. Aristot. in primo de Animalibus, cæsius in oculis colorem alium esse tradit: aliis caprinum, quod morum optimorum indicium est, & ad cernendi claritatem primatum obtinet: & hoc est quod intelligi voluit Plin. cum ait in 11. Conditos oculos clarissime cernere, sicut in colore caprinos. *Micantes.*] fulgentes, & mobiles. *In aspectus aquilinos.*] Aquila clarissima oculorum acie præcellens est, vt Plin. in 10. & Apuleius in Floridis. prodiderunt: vnde aspectus aquilinus dictus, quo acutissimus clarissimisque significatur. Antiqui aquilam colorem, qui est fuscus & subniger, ab aquila dictum esse autumant: alij ab aqua denominauerunt, cuius incertus est color. Aristoteles in nono de animalibus: Aquila, inquit, acie oculorum valens sedulo aduolat. Halietus, quod aquilarum genus est, & interpretari potest marina aquila, inter cæteras clarissima oculorum acie præditus est: pullosque adhuc implumes cogit intueri aduersus solis radios: & si conuenientem sentemque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinum ac degenerem: illum cuius acies firma contra steterit, educat. Hoc intelligi voluit Silius, cum ait: Phœbea dubios explorant lampade fœtus. *Quoquò versum floridus.*] Ex omni parte corporis speciosum, & decenter amabilem Apuleium fuisse significat. Et hîc erit distinguendum, vt floridus ad hominem referatur. In hanc sententiam est illud Tibulli, in laudem Sulpitiae depromptum: Illam, quicquid agit, quoquò vestigia mouit, Componit furtim, sequiturque decor. Potes connectere & cum subsequentibus, vt ita sensus ordinetur: Quoquò versum floridus incessus. Post laudationem superiorum membrorum, laudatur & incessus, ex eo quòd floridus esset, nec affectatus, quamcunque in partem vestigia mouerentur: impudicum enim, vt inquit verissime Seneca, ostēdit incessus, & relatus ad caput digitus. M. T. præcipit in primo de Officiis, cauendū esse, ne incessu molliores simus, ne similes pomparū ferculis videamur. Quinetiā in decretis canonicis, d. xli. monētur sacerdotes, vt incessu ornati sint, vt grauitate itineris mētis maturitatē ostēdāt. Incōpositio. n. corporis, vt Aug. ait, qualitātē indicat mētis. Vnde Sallusti<sup>9</sup> inter cætera hoc quoq; Catilinę probro dedit, q̄ eius incessus modò cit<sup>9</sup>, modò tard<sup>9</sup> foret. Laus ergo incessus in homine est, vt immeditat<sup>9</sup> sit, neq; affectione infract<sup>9</sup>, suspēsūsq;. Scribit Iulius Firmic<sup>9</sup>, eos qui Pleiades habēt in horoscopo, molliter ambulātes vestigia suspēdere: eosq; pœnitere, quòd viri nati sint. Ambrosius olim clerici cū, ne sibi vnquā præiret, cōmonefecit: quia velut quodā insolētis

incessus verberare oculos sanctissimi hominis feriebat, qui mox ab ecclesia recessit: in cuius incessu lucebat imago quædam leuitatis, scurrilisque discursatio. Gressus autem probabilis est, ut idem Ambrosius refert in primo de Officijs, in quo sit species auctoritatis, grauitatis pondus, tranquillitatis vestigium.

*Quid ni?* ] Dicitio comica est, quæ significat, cur non? Horat. Militia est potior: quid ni? concurritur hora Momento. Eadem nutricem. ] idem lac nutriciæ haufimus. Vult intelligi, se fuisse collacteos. Collacteus enim dicitur, qui vno eodémque lacte educatus est: auctor Caper grammaticus. *Innexu.* ] vinculo. vna dicitio est. *Vna coaluimus.* ] simul creuimus, adoleuimusque. hoc enim significat coallescere: sicut inollescere est coaugmenti, exolescere euanescentis, ut docet Agretius. *Discernit.* ] disseparat, disiungit. *Illæ.* ] mater scilicet Apuleij. *Prinatas nuptias.* ] Semel positum nuptias, bis debemus accipere, ut sit sensus: Illa mater tua clarissimas nuptias fecit, ego verò prinatas nuptias. Fœminæ autem nubentes clarissimarum personarum appellatione continentur, ut scribit Vlpianus. Radis enim maritorum coruscare vxores dicuntur: *Byrrhena illa.* ]

Apud Lucianum consimilis matrona Αβειρα, hoc est Abroea nuncupatur, quæ amicam familiarémque Luciani matris sese fuisse demonstrat. *Fiducia.* ] cum fiducia, hoc est, fidenter, & ut vulgo dicitur, fiducialiter, Lucianus in hanc sententiam: *τι οὐδ' ἐξ' ἡμῶν*

*Et adiecit: Ego te, Luci, meis istis manibus educaui: quid ni parentis tuæ non modò sanguinis, verùm alimontiarum etiam sociæ? Nam è familia Plutarchi ambæ prognata sumus, & eandem nutricem simul bibimus, & in nexu germanitatis vnà coaluimus: nec aliud nos quàm dignitas discernit, quod clarissimas illa, ego prinatas nuptias fecerimus. Ego sum Byrrhena illa, cuius forte sepicule nomen inter tuos frequentatum educatores retines. Accede itaque hospitium fiducia: immò verò iam tuum proprium larem. Adhæc ego iam sermonis ipsius mora rubore digesto: Absit, inquam, parens, ut Milonem hospitem sine ulla querela deseram. Sed planè quòd officijs integris potest effici, curabo sedulo: quoties itineris huius ratio nascetur, nunquam erit ut non apud te deuortar.*

ἄμοι καὶ ταλύφει: id est, quid igitur, apud me non deuorteris? Rubore digesto. ] sequestrata verecundia, & depulso rubore, qui faciem occupauerat. *Parens.* ] mater. reuerentiæ nomen: sic & Lucianus, ὁ μῆτερ. *Officijs integris.* ] Tanquam officium mutiletur, si hospes deseratur. *Deuortar.* ] Verbum est hospitale. sic & Plautus in *Pscu* dolo: Ego. deuortor extra portam huc in tabernam.

*Dum hunc & huiusmodi sermonem altercamur, paucis admodum confectis passibus, ad domum Byrrhena peruenimus. Atria longè pulcherrima, columnis quadrifariam, per singulos angulos stantibus, attollebant statuas Palmaris Deæ. Facies quæque pinnis explicitis, sine gressu pile volubilis, instabile vestigium plantis roscidis decitantes: nec ut mancant inherent, & iam volare creduntur. Econtrà lapis Parius in Dianam factus, tenet libratam totius loci medietatem: signum perfectè luculentum, veste restatum, pro cursu vegetum, introëuntibus obuium, & maiestate numinis venerabile. Canes utrinque secus Deæ latera muniunt, qui canes & ipsi lapis erant. His oculi minantur, aures rigant, nares hiant, ora seuiunt: & sicunde latratus de proximo ingruerit, eum putabis de faucibus lapidis exire: & in quo summum specimen opere fabrilis egregius ille signifex prodidit, sublatis canibus impetus arduus, pedes imi resistunt, currunt priores. Pone tergum Deæ saxum insurgit, in spelunca modum muscis & herbis, & folijs & virgulis, & sicubi pampinis & arbusculis, alibi de lapide florenti-*

*Altercamur.* ] altercationem quasi quandam vsurpamus, vicissatim intendentes, depellentésque. Altercari pars est rethoricæ disciplinæ, constans aut intentione, aut depulsione. Præcipit Quint. in 6. vt bonus altercator vitio iracundiæ careat, & ne turbidus & clamorosus sit. Valet in altercatione plurimū acumen. *Atria longè pulcherrima.* ] Descriptio est Byrrhenæ domus: cuius atria cum primis extollit, quæ proxima ianuis sunt. Indicat M. Tull. epistola quadam ad Quintum fratrem, atriolum quasi minusculū atrium fieri solitū in maioribus ædificijs, in quibus est atrium maius. Atriorum longitudo & latitudo

nes quomodo for  
 mari debeant, do-  
 cet Vitruuius.  
 Grammatici a-  
 trium ab Adriati-  
 bus populis, siue  
 ab atro fumo de-  
 duci autumant.  
 Græci in ædificiis  
 non vtebantur a-  
 triis. *Columnis qua-*  
*drifariam stanti-*  
*bus.]* Quadratum  
 atrium fuisse si-  
 gnificat: sicuti in  
 magnis domibus

*bus. Splendet intus umbra signi, de ni-  
 tore lapidis. Sub extrema saxi mar-  
 gine poma & vna faberrime polita de-  
 pendent, quas ars æmula naturæ, veri-  
 tati similes explicuit. Putes ad cibum  
 inde quadam, cùm mustulentus autum-  
 nus maturum colorem afflauerit, pos-  
 se decerpi: & si fontes, qui Deæ vesti-  
 gio discurrentes in lenem vibrantur un-  
 dam, pronus aspexeris, credes illos, vt  
 rure pendentis racemos inter cetera  
 veritatis, nec agitationis officio ca-  
 rere.*

cauum ædium, peristylonque conspiciamus. *Vndique columnis se-  
 ptum.]* Quæ quadrifariam, hoc est, in quatuor partes excurrunt.  
 Columnæ autem in angulis stantes, hoc est, ultimæ, dicuntur an-  
 tes, quibus fabrica maximè sustinetur. Præcipit Vitruuius in 3.  
 columnas angulares crassiores faciendas esse quàm medianas,  
 propterea quòd graciliores esse videntur aspicientibus. Colum-  
 narum genera quatuor: Doricæ, Ionicæ, Tuscanicæ, & Corin-  
 thiæ: quæ cæteris graciliores. Præter has sunt Atticæ, quæ ternis  
 angulis quadratæ. Græci *σύλον* columnam dicunt. Inde tetrasty-  
 lon, decastylon, à numero columnarum. Inde & pycnostylon di-  
 ctum ædificium, in quo densæ spissæque sunt columnæ. *Deæ pal-*  
*maris.]* Victoria significatur, quæ à palma arbore. Palmaris no-  
 minatur: quam in certaminibus victoriæ signum placuit esse,  
 Aug. in 4. Victoriæ Deæ meminit, qua fauente & propitia, ait  
 gentes omnes subditas futuras, etiam Ioue feriato. Idem alibi lu-  
 dens, vel potiùs illudens ait: Si victoria Dea est, cur Deus non &  
 triumphis & victoriæ iungitur, vel maritus vel frater filius. A  
 palma quoque manus dicitur palmaris, vt apud Quintilianum  
 in pariete palmato, palmare vestigium dictum, quòd ex palmæ  
 impressæ nota factum sit. *Pinnis explicitis.]* In singulis columnis  
 angularibus singula erant simulachra Victoriæ, ex lapide effi-  
 giata: tam fabre, tamque eleganter, vt pennis expansis volare vi-  
 derentur. Idque decenter: figuratur enim Victoria alata, pinna-  
 tæque: vnde & præpes est cognominata à poëtis. Victoriolas  
 aureas simulachrorum porrectis manibus sustineri solitas, M. T.  
 Valeriusque notificant. *Pila.]* columnæ. A pila fit aduerbium  
 pilatim,



pilatim, quod per columnas significat: quo vitur Vitruvius  
*Volubiles.*] Laus structuræ, vt volubiles volaticæque viderentur  
 effigies Victoriarum, cum tamen pilæ essent stabiles. *Decitantes.*]   
 Nouè dictum, sed eleganter: pro eo quod est, decorantes, venu-  
 stantésque forma frequentatiua, ab hoc verbo Decet, decitat: vn-  
 de decitantes inclinauit. *Lapis Parius.*] Paros insula est vna ex Cy-  
 cladibus, marmore mobilis: quam primò Plateam, postea Minoi-  
 da vocauerunt: auctor Plin. in 4. Idem scribit in 36. marmor Pa-  
 rium fuisse candidum, cœptumque appellari lapidem Lychnitè,  
 quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur. Ob candorem la-  
 pidis Parij Virg. niueam Paron appellauit, qui alibi quoque ait:  
 Pariusque lapis circumdatur auro. De lapide Pario sic refert Stra-  
 bo in 10. Paros lapidem producit, quem Parion appellant, ad mar-  
 moreas sculpturas aptissimum. *Quintil.* in 2. Etsi Praxiteles signū  
 aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium mar-  
 mor malle m rude. Ex Paro fuit Archilochus poëta, iambici car-  
 minis repertor. Mendum est apud Strabonem, apud quem non  
 Archilochus, sed Antilochus, Parius fuisse legitur. Ob hoc dixit  
 Horatius in Epistolis: Parios ego primus iambos Ostendi Latio:  
 vbi exposuit Porphyrius, Parios iambos dici quasi Archilochios  
 quia Parius fuit Archilochus, iambici carminis repertor. *In Dia-  
 nam.*] simulachrum Dianæ. *Signum.*] statua, simulachrum. *Luculen-  
 tum.*] nitidum, pulchrum, perspicuum, à luce dictum: lutulentum  
 verò, cœnosum, sordidumque à luto. *Veste reflatum.*] quasi flante  
 vento renudatum. Consimile est id, quod scribit Plin. Venerem  
 reiectam nudamque à Praxitele factam fuisse, inter cæteras sta-  
 tuas famigeratam. Reflatus nomen est quarti ordinis, quo signi-  
 ficatur contrarius & noxius M. T. in epist. ad Atticum: Naui re-  
 lata in Vticam reflatu. *Procursum vegetum.*] Laus statuæ, quæ pro-  
 currere & moueri videbatur. Canes vtrinque secus à lateribus  
 statuæ erant fabricati ex eodem lapide, canes quasi laterones,  
 hoc est, latera Deæ cingentes. Dianæ enim sunt dicati canes, vt-  
 potè Deæ venatrici. Hinc turba Diania dicuntur, poëtica periphra-  
 si. Laribus quoque canes assignantur, vt docet Ouidius in Fastis.  
*His oculis.*] Laus artificij, manuūque artificis, quæ veritatem  
 sic fuerant imitata, vt mutæ ac inanimales formæ viuere ac mo-  
 ueri viderentur: quasi fiant ex natura, quæ fieri videntur ex arte.  
 Canes autem hi potissimum laudantur, veluti generosiores, qui  
 oculis sunt nigrantibus aut raris. Columella villaticū canē des-  
 cribens, ait eum esse eligendū, qui conspectu terreat, qui deiectis  
 & propendētibz auribus sit, vasti latratus, sonoriq; *Nares hiæ.*]   
 patulæ sunt. Nares autē appellari putat, quod per ea quasi forami

na, odoris cuiusque nari, hoc est periti fiat. Sed melius dici à Græco videntur, per inuersionem literarum, quod Latinis consuetum est: vt *p̄v̄e* nares, *tr̄plw* tener, & multa huiusmodi. Ad vestigandas feras accommodatissimus est canis, nares sagax. *Sicunde.*] si ex aliqua parte, ex aliquo loco: aduerbium est. vt alicunde apud Plautum, quod significat ex aliquo loco. *Signifer.*] corrige signifex, hoc est, statuarius, & signi, hoc est simulachri fictor: vt enim ab arte artifex, ab auro aurifex, sic à signo faciendo signifex denominatur, alio nomine significus dicitur ab eodem, sic scribente in dæmonio Socratis: Sed non pudet me esse significū, nisi fortè velis legere significem, vt artificem. A Marciano quoque in Nuptiis Philologiæ signifex vsurpatur pro statuario, & artifice signorum. Consimiliter Sidonius Apollinaris in 6. Græcia cementariis pictoribusque illustris. Diuus August. in lib. de grammatica, sic refert: Ad hanc formam declinabis aurifex, artifex, carnifex, signifex, & alia. *Sublatis canibus.*] Signifex ita figurauerat canes ex lapide, vt sublatis pedibus prioribus, impetum facere & procurrere velle viderentur: pedibus verò posterioribus innixi consistebant, quæ omnia ad laudem signorum mirique artificij dicta sunt. *Pone tergum.*] post tergum, à tergo. *Dea.*] Dianæ, ex Pario lapide effigiata. *Muscu.*] Sicut à Virg. muscoli fontes dicti sunt, quia naturaliter musco herba obumbrantur, ita & speluncæ lanugine musci viridioris & arbusculis yestitæ conspiciuntur. A musco fit verbum muscare, quod significat conuelare, & contegere musco, quo propè peculiariter vsus est Columel. Idem scriptor in 5. muscum ferro distringendum & eradendum esse, qui more compedis crura vitium deuincta comprimit, sitūque & veterno macerat. Idem in 6. supra insitos surculos muscum imponendum esse tradit, & ita alligandum ne pluuia dilabatur. Muscus qui in aqua fuerit, Plinio teste, podagris illitus prodest. *Splendor.*] Purior lectio est, Splendet: vt sit sensus, vmbra signi, hoc est ipsius statuæ, propter nitorem lapidis Parij, qui purissimus est, intus splendescere. *Sub extrema margine.*] Dicitur hic margo, & hæc margo, masculino genere & scæminino. Hinc fit verbum elegans Emargino, quod significat extremitates superuacaneas auferre & margines vlcera erodere: quo verbo vtitur noster Plinius Margam Britanni & Galij vocant pinguem terram, qua iniecta aluntur agri: cum sit quidam terræ adeps, & pinguitudo. *Faberrimè.*] elegantissimè, perfectissimèque: aduerbium est, deductum à fabre, quod significat politè & nitidè. àdfabre, quod valet valde fabre, nitidèque, pronuntiatum prima acuta, sicuti àdmodum & àdprobe dicuntur: quod

quod Annianus poeta sentiebat, & probat Gellius. Ediuerso infabre dicitur, ineleganter & impolite. Horatius: Quod sculptum infabre, quod fufum durius effet. *Ars æmula nature.* Imitatrix, ftudiofa effectrix: ars enim naturam imitatur, eamque vſque-  
 quaque effingere ac repræſentare contendit. Libro 3. Rhetoricorum ad Herennium: Imitatur, inquit, ars naturam, & quod ea defiderat inueniet, ſi quod oftendit ſequatur. Celebratum eſt Eupompi pictoris reſponſum, qui interrogatus quem ſequeretur antecedentium, dixiſſe fertur, demonſtrata hominum multitudine, naturam ipſam imitandam eſſe, non artificem. Plato volumine decimo de Legibus tradit omnia natura & arte fieri, artemque ipſam ſimulachra veritatis genniſſe. Me iſta condente, artem æmulam naturæ eſſe euidenter oftendit municeps meus Francia, inter pictores aurifex maximus: inter aurifices pictor abſolutiſſimus, vtroque in opere mirandus artifex atque ſecundus: cuius tabulæ multæ oculos tenent animoſque ſpectantium. Palmam habet tabula Franciæ illa, quæ dici poſeſt exopolis, id eſt, extramurana: eam namque extra muros in æde Miſericordiæ ſuburbana dedicauit ſidus aureum noſtrum, & decus antiſtitum, protonotarius Bentiuolus Antonius Galeacius: qui omni vitæ colore terſiſſimus, liberaliſſimûſque in primis religionis cultor illuſtris, cum peregrinationem Hieroſolymariam foeliciter obiiſſet, eueſtigio curauit vt tabula hæc manu Franciæ picta, omnique pretioſo cultu exornata dedicaretur: qua nihil abſolutius plerique omnes iudicant. In templo quoque diui Iacobi ſpectatur tabula altera. eodem artifice nobilitata: quam illuſtriſſimus princeps noſter Io. Bentiuolus, & ipſius religioſi cultus ſeruantiffimus, in ſacello ſuo dicauit: quam æmuli artifices non ſine liuore ſuſpiciunt. In his Franciæ tabulis ars æmula naturæ in tantum cognofcitur, vt vultus imaginum ſpirantes viuere & anhelare videantur. Hæc obiter dicta ſint de artifice nunquam ſatis laudato: cuius manus certantes cum manibus priſcorum, tam in pictorum quàm aurificum opificio naturam in primis repræſentat. Artes autem ipſæ naturam imitantes, ex imparibus paria faciunt: pictura verò peculiariter ex diſcordibus pigmentorum coloribus confuſione modica temperatis, imagines his quæ imitatur ſimiles facit. *Mustulentus autumnus.* Optimum autumnus epitheton, vt muſtulentus dicatur, propterea quòd hoc tempore ſpumat plenis vindemia labris, vt ait poeta: & ab Ouidio decenter dictum eſt, Stabat & autumnus calcatis ſordidus vuis. Cyprianus verborum nouitate luxurians, autumnus dixit neutraliter, ſic ſcribens in epiſtola ad Demetrianum; Nec aded, arboris

fructibus autumnæ fœcunda sunt. Nec minùs venustè Portius Cato autumnitatem, autumnæ tempestiuitatem: sicuti antiqui oliuitatem dixerunt, quando olea legebantur: & ficitatem, fructus fici maturitatem. Fidicula occasu suo autumnum inchoat, vt ait Plinius in decimo octauo. Autumat Festus Pompeius, autumnum dictum esse ab augendo, quòd tunc maximè augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus. Consensus medicorum autumnale tempus infamat veluti pestiferum, noxiùmque. Causas refert Galenus in expositione Aphorismorum duas potissimum: quarum altera, quia eadem die aliquando frigus est, aliquando calor: altera, quia mali chymi, hoc est, mali succi in corporibus id temporis exuberant, ex pomorum fructuumque esu largiore. Cor. Celsus in secundo: Ex tempestatibus, inquit, optimæ æquales sunt, siue frigidæ, siue calidæ: pessimæ, quæ variant maximè: quo fit, vt autumnus plurimos comprimat: nam ferè meridianis temporibus calor, nocturnis atque matutinis simulque etiam vespertinis frigus est: corpus ergo & æstate, & subinde meridianis caloribus relaxatum, subito frigore excipitur. Ob hoc dixit Ouidius, inæquales autumnæ. Idem alibi ait: Cùm modò frigoribus premimur, modò soluihur æstu, Aère non certo corpora languor habet. Dicitur autem mustulentus ea formula, qua vinolentus, fœculentus, turbulentus. Plautina dictio est: sic enim scribit ille: Ita mustulentus ventus nares obigit. *Vt vire.*] tanquam in vite pendulos. *Racemos.*] Non solum de vitibus, sed de aliis quoque plantis racemos dici, testis est Plinius in decimo sexto, de hedera scribens: Aliis, inquit, densus acinus, & grandior racemus, in orbem circumactis, qui vocantur corymbi. A racemo fit racemosum, quod significat racemis plenum: inde & racematio, qua dictione significantur vindemiarum reliquæ: sicut messibus peractis superest spicilegium. Tertullianus scitè vsurpat hoc verbum translatione oppidò quàm decenti, cùm ait in Apologetico: Post vindemiam parricidarum racematio superstes. De spicilegio ait M. Varro prouerbialiter: Nemo reprehensus, qui è segete ad spicilegium relinquit stipulam. Idem in primo de Re rustica: Ad corbem messi facta spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam. *Nec agitationis.*] Sensus est: racemi lapidei veros racemos ita repræsentabant, vt in vndis subiectis agitari, ludere, moueri viderentur.

*Frondes lapidis.*] frondes ex lapide fabrefactæ significantur. *Actæon.*] Actæonem à Dia-

*Inter medias frondes lapidis Actæon simulachrum, curioso obtutu in dorsum proiectus, iam in ceruum ferinus, & in saxo*

saxo simul & in fonte loturam Dianam opperiens visitur. Dum hæc identidem rimabundus eximie delector. Tua sunt (inquit Byrrhena) cuncta quæ vides. Et cum dicto ceteros omnes sermone secreto decedere præcepit. Quib. dispulsis omnibus: Per hanc, inquit Deam, ô Luci charissime, ut anxie tibi metuo, & utpote pignori meo longè pronisum cupio. Caue tibi, sed caue fortiter à malis artibus, & facinorosis illecebris Pamphiles illius, quæ cum Milone isto, quem dicis hospitem, nupta est. Maga primi nominis, & omnis carminis sepulchralis magistra creditur, quæ surculis & lapillis, & id genus fruolis inbalatis, omnem istam lucem mundi sideralis, imis tartari & in vetustum chaos submergere nouit. Nam simul quæquam conspexit speciosa forma iuuenem, venustate eius capitur & illico in eum & oculum & animam detorquet. Serit blâditias, innadit spiritum, amoris profundi pedicis æternis alligat. Tum minus morigeros & viles sustidians, in saxa & in pecua quoduis animal puncto reformat: alios verò prorsus extinguit. Hæc tibi prædico, & cauenda censeo. Nam & illa vrit perpetuum, & tu per etatem & pulchritudinem capax eius es. Hæc me cum Byrrhena, satis anxia.

na in ceruum deformatum fuisse, quia nudam videtur in fonte lauantem, & à canibus suis discerptum mordicis, quis ignorat? Fabula apud poetas notissima. Laudatur ab Apuleio inter cætera Byrrhenæ domus ornamenta, simulachrum Actæonis, ex marmore factum: tam fabre, tam scienter, tam graphicè, ut obliquato aspectu, & in tergum reflexo, iam ceruus factus videretur expectare Dianam sese in aqua fontana lauaturam. Mythologi tradunt, ideò fingi Actæonem in ceruum esse transfiguratum, quia timidus fuerit, quasi corde ceruino præditus: ideò à canibus deuoratum quia dum venaticos canes pascit, venationis studiosissimus omnem

substantiam perdidit. Plin. noster Actæonem & Cippum in Latina historia fabulosos retur. *In ceruum ferimus.* ] Lego ferinus: ut ita eleganter nominetur Actæon, quasi in ferinam ceruinamque effigiem transfiguratus: à fero. n. ferinus dictus. *In fonte.* ] Fontem, quo se lauit Diana, ita

describit Ouid. Fons sonat à dextra, tenui perlucidus vnda, Marginem gramineo patulos succinctus hiatus. *Idemdem.*] frequenter, subinde. *Rimabundus.*] Speculabundus, vehementerque contemplan. Nomina enim in bundus desinentia, non tam significant similitudinem, vt grammatici hallucinantur, quam vim & copiam, & quasi abundantiam rei: sicuti in notis Seruij, citatis classicorum scriptorum testimonijs, diligenter annotauimus. *Sermone secreto.*] ne arbitri dicta eorum arbitrari possent. *idemdem* Plautus in Captiuis: Vt sine hisce arbitris nobis detis locum loquendi. *Dispulsis.*] in diuersa semotis, amandatisque. *Per hanc Deam.*] Disticòs est. Dianam autem significat, cuius signum in meditullio domus Byrrhenæ visebatur. *Vt anxie.*] quàm sollicitè, quàm vehementer. Ita Virgilius: vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error. *Tibi metuo.*] Metuimus homini, quem diligimus ne periclitetur, tanquam amico: metuimus hominem, ne nobis noceat, tanquam inimicum. *Vt potè pignori meo.*] tanquam filio ex me ipsa nato: filij enim pignora sunt, & nexus quidam, vt tradit Aristot. in 8. Ethicorum. *Caue.*] à malis artibus Pamphiles. Con similitur Luciano suadet matrona Abreca, vt caueat ab vxore Hipparchi in magia præcellente, *ουλάστis, εση, τλω ιππάρχου γυνώστis, πάση μυχατῆ. μάγοι γάρ εστι δφνή, τῆ μαχλόε.* Caue, inquit, tibi ab vxore Hipparchi omni studio: maga enim est potens, & impudica. *Carminis sepulchralis.*] Sepulchrale carmen magicum est, quo utebantur ad sepulchra, ad manes eliciendos, in necromantia: quale est illud Lucani, quod Erichtho magarum maxima immurmurat ad sepulchrum: Eumenides, stygiúmque nephas, vmbraeque silentium. Tibullus: Manesque sepulchris Elicit. *Surculis & lapillis.*] Scitè surculos dixit, & lapillos: quoniam talibus rebus vis magicá inest. Pythagoras atque Democritus confectati magos, herbas magicas non paucas celebrare, portentosa tradentes. In primis Aglaophotim, quam & Marmaritidem vocant: magos ea vti, cum velint Deos euocare. Gelotophilida quoque herbam memorant, quæ si bibatur cum myrrha & vino, varias obseruari species, ridendisque finem non fieri: vnde & nomen. Gemmae quoque & lapilli à magis complusculi memorantur: vt Ananchitis, qua in necromantia dicunt euocari imagines Deorum: vt Atizoë, necessaria magis regem constituentibus: vt Heliotropiũ, porracei coloris, quam gerentem admixta herba Heliotropio conspici negant: vt Glossopetra, linguae similis humanae, quæ lenociaanti necessaria creditur. Innumera sunt propè surculorum & lapillorum genera, quibus magicæ vanitates fulciuntur: quas Platonici quoque nobiles adstruant, & in primis Proclus: qui scribit,



scribit, sympathia quadam mutua & cognatione rerum terrenarum ad cœlestia, posse talia effici: ideòque sacerdotij veteris auctores miscebant plura inuicem, quia videbant simplicia nonnullam habere numinis proprietatem, non tamen singillatim sufficientem ad numinis euocationem: quam ob rem ipsa multorum commixtione attrahebant supernos influxus. Nonnunquam herba vna vel lapis vnus sufficiebat ad diuinum opus: sicut carduus credebatur sufficere ad subitam numinis alicuius apparitionem: in lapidibus enim & herbis luminum supernorū participatio est. *Inhalatis.*] afflatis, anhelitu verborum magicorum saturatis. Inhalare enim est, veluti halatum inspirare: vt exhalare, halitum emittere, quod morientium est. M. Tul. in Pisonem: Cùm isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalafes. *Chaos.*] Chaos (quod carminibus poëtarum cantatissimum est, de quo ait Lucanus: Et chaos innumeros atidum confundere mundos) appellatur confusa quædam ab initio, informisque materia, hians patensque in profundum. *Sumitur.*] capitur, illaqueatur. *Venustate.*] pulchritudine. Acyrologia est: venustas enim propriè fœminis assignatur, sicut dignitas viris, M. Tullius in primo de Officijs: Cùm pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas, venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. A venustate fit verbum Venustare, quod significat decorare, & exornare. Ambrosius in 1. Hexaemeri: Ideò primùm fecit Deus, postea venustauit, vt eundem credamus ornasse qui fecit. *Detorquet.*] deflectit. *Oculum.*] qui in amore dux, & amoris origo est. Oculum impudicus, impudici cordis nuntius. Oculi, vt verissimè scribit Quintil. in declamatione, quæ inscribitur Cæcus in limine, nos in omnia quotidie vitia præcipitant, mirantur, adamant, concupiscunt. Lucianus in hanc sententiam: *ἡ πᾶσι τοῖς νέοις ἐπαβάλλει τὸν ὀφθαλμὸν*: id est, omnibus adolescentioribus iniicit oculum. *Pedicis.*] laqueis, quibus sicut pedes illaqueantur, ita amatoris animus alligatur. Virgil.

*Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis.*

Liuius libro 21. Vt pleraque velut pedica capta hærent in dura & alta concreta glacie. *In saxa, in pecua.*] Lucianus, *ἡ πολλοὶ μεταμορφοῦσθαι εἰς ζῷα*: id est, Et multos transformat in animalia. *Trepidat.*] timeo. verbum est. vel expone festinanti, vt sit nomen. *Puer ætatem.*] ætate puerili, vt sit Archaïsmos. Sincerior lectio est, *Pæratem.*

*Atego curiosus alioquin, vt pri- fuit.*] ita procul

eram ut mihi cauerem ab illecebris Pamphiles, ut Ultroneus cupere me illius dedere disciplinae: tanta magicæ artis cupiditate rapiebar. *Gestirem.*] cupere: gestire enim cupere est. Gestire est latum esse, & læticiam habitu corporis significare, ut Seruius & Nonius prodiderunt: & iam antè dictum est. *Tali magisterio.*] disciplinae scilicet magicæ, cuius magistra & sciens erat Pamphile. *In ipsum barathrum.*] in ipsam artis magicæ voratrinam & profundum. Translatio, sumpta ab eo, qui se præcipitat in vastam infernamque profunditatem. Barathrum locus apud inferos est profundus. Propriè autem apud Athenienses barathrum est locus, in quem noxij præcipitabantur, ut docet Diomedes grammaticus. Hinc barathrum ad alia quoque transfertur. Hinc epigrammaticus poeta non minus scitè, quàm lepidè, barathrum fœmineum dixit, pro locis mulie-

rum artis magicæ semper optatum nomen audiui, tantum à cautela Pamphiles absui, ut etiam ultrò gestirem, tali magisterio me volens ampla cum mercede tradere, & prorsus in ipsum barathrum saltu concito præcipitare. Festinus denique & vecors animi, manu eius, velut catena quadam memet expedio: & salve properè addito, ad Milonis hospitium perniciousè euolo. *Ac dum amenti similis celero vestigiū.* Age, inquam, ô Luci, euigila, & tecum esto: habes exoptatam occasionem, & voto diutino poteris fabulis miseris explere pectus. Ausfer formidines puerileis, cominus cum re ipsa gnauiter congregere, & à nexu quidem Venero hospitis tuæ tempera, & probi Milonis genialem torum religiosus suscipe. *Verum enimverò Fotis famula petatur annexè:* nam & forma scitula, & moribus ludicra, & prorsus argutula est. *Vespero quoque cum somno concederes & in cubiculum te duxit comiter,* & blandè lectulo collocavit, & satis amanter cooperuit: & osculato tuo capite, quàm inuita discederet, vultu prodidit: denique sæpe retrorsâ respiciens, substitit. *Quod bonum, fœlix, & faustum sit itaque, licet insalutare non erit, Fotis illa temptetur.*

bribus.

bribus. Item stomachi inum hiatum appellauit barathrum, illo versu: Extremo ructus si venit à barathro. Horatius quoq; in Sermonibus ait: Quid enim differt, barathrone Dones quicquid habes, an nunquam vtare paratis? vbi barathrum accipitur pro ingluuie & voragine ventris: vnde & barathrones dicti, gulones, qui in barathrum gulæ mittunt totum patrimonium. *Vecors animi.* ] Vetus locutio, vt infœlix animi, præstans animi, falsus animi, pro animo: per figuram Antiptosim. Vecors animi dicitur insanus, turbati ac mali cordis: auctor Festus. M. Tull. in prima Tusculana: Alijs cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordelque dicuntur: contra qui sapientia præstiterunt, ob id Cati, Corculi, apud Romanos cognominati sunt, vt refert Plin. in septimo. *Salue addito.* ] Verbum est tam abeuntis, quàm adeuntis: in discessu enim, & in accessu vsurpatur. Hinc M. Tull. in epistolis ad Tironem, iunctim locat, Vale, salue. Ideò mortuis salue & vale dicebatur, vt scribit M. Varro, & repetit Seruius, quòd ab his recedimus, eos nunquam visuri. In hanc sententiam Aufonius: Dicto aue, dic vale, & actutum redi. *Perniciter.* ] celeriter, velociter: pernix enim velox est. Silius: Gens pernicibus ignea plantis. Catullus: Viden' vt perniciter exilire. Pernix quoque dicitur, perseuerans, à pernitendo, si credimus Seruio in commentario Maroniano. *Amentis similis.* ] Sallustius, ad notandum in Catilina vecordiam, dixit eius incessum modò citum, modò tardum esse. Habitus enim mentis, vt inquit Ambrosius, in corporis motu cernitur: vt plerunque festinantes celerare vestigium videmus, quibus nemus amentia & furoris subest. *O Luci.* ] Sic secum fermocinatur. *Fabulis miseris.* ] Corrige miris, hoc est mirandis, incredundisque: quales sunt magorum præstigia. Vel potiùs lege Milesiis, de quibus repete quæ annotauimus in principio commentariorum, explicantes quid significet sermo Milesius. *Cominùs.* ] Propè. cuius contrarium est Eminùs, quod significat longè & procul. *Gnauiter.* ] strenuè, vigilanter, celeriter: à gnauo enim, qui dicitur industrius & vegetus & celer, fit aduerbium gnauiter, quòd & nauiter dicitur: sicut nauus strenuum celeremque significat, à nauium velocitate dictus: cuius contrarium est ignauus. *Hospitis.* ] Pamphiles. *Genialem thorum.* ] coniugalem lectum, qui nuptiis sternitur in honorè genij, vt Fest. refert. M. T. in oratione pro Cluentio, lectum illum genialem, quem biennio antè filia suæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari & sterni, expulsa atq; exturbata filia iubet.

Horat. Lectus genialis in aula est. De genio & geniis alibi plura, ex auctoritate Aug. & M. Censorini. *Suspice.* ] venerare & cole tanquam inuiolabilem, & castitate religiosa vallatum. *Verum enimvero.* ] Particula ratiocinativa est, vt grammatici dicunt. *Annixè.* ] vehementer, omni que nixu & viribus. *Scitula.* ] elegans, pulchra, venusta. Græcè scitus *ἰσχυρός* dicitur. *Forma.* ] Septimus est casus. *Argutula.* ] loquacula, dicacula, venustula. Argutari dixerunt veteres, loquaciter loqui. Nævius: Totum diem argutatur quasi cicada. Argutos dici ait Probus grammaticus, qui multum ac celeriter loquuntur, vt arguta hirundo: vnde *ἰσχυροειδής* argutula. *Cum somno concederes.* ] succumberes somno, & ob hoc ires cubitum. Sermocinatio est cum ipsomet, qua causam suam tutatur, & se Fotidi nunquam ingratum, neque inamabilem videri colligit. *Vultu prodidit.* ] significauit: vultu enim & oculis & nutu & supercilijs interiora animi produnt amatores. *Retrorsa.* ] reflexa, obliquata, retrò conuersa: quod ab amorabunda puella fieri solet: cui conuenit illud Virgilianum: Et fugit ad salices, & se cupit antè videri, inclinato vocabulo ab aduerbio retrorsum. Horat. Retrorsum vela dare, atque iterare cursus. Dicitio est in vulgari sermone frequens, *Quod bonum fœlix.* ] M. Tul. in primo de Diuinatione testis est, maiores nostros in rebus omnibus agendis præfari solitos, Quod bonum, faustum, fœlix, fortunatumque esset: quia scilicet valere censebant voces, quæ vocant omina.

*Pedibus in sententiam vado.* ] Ex more Romano sumptum, apud quos ibatur pedibus in sententiam quam probabant. Hinc ait Liuius: Sed tum quoque aut verbo assentiebat, aut pedibus in sententiam ibat. Idem alibi: Quibus hæc salutaria videntur, agitedum in dextram partem pedibus trāsire. omnes

*Hæc mecum ipse disputans, fores Milonis accedo, & (quod aiunt) pedibus in sententiam meam vado. Nec tamen Milonem domi, vel uxorem eius offendo, sed tantum charam meam Fotidem, quæ suis dominis parabat iuscum fartim circumcisum, & pulpam frustatim confectam: abacum pascuè vinulentam. Et quidem naribus iam mihi ariolabar tucetum perquam sapidissimum. Ipsa linea tunica mundulè amicta, & rubea fasciola prænitente altiusculè, sub ipsas papillas succintula, illud cibarium vasculum floridis palmulis*

*rotabat in circulum: & in orbis flexibus crebra succutiens, & simul membra sua leniter inlubricans, lumbis sensim vibrantibus, spinam mobilem qua- tiens placide, decenter inundabat.*

transferunt. Sen- sus est: mihi ani- mo volutanti ap- probatur ea sen- tentia, vt absti- neam ab vxore Milonis, & Fotis

ancilla ametur. *Iuscum.*] Pulpamentum minutatim concisum, e- leganti vocabulo iuscum appellat, quod vulgò ius nominant. Hinc Ciceronis ille iocus amphibologicus: Ego coque tibi iure fauco. & apud M. Var. in 3. de Re rustica consimiliter: Sic hos pisces nemo coquus in ius vocare audeat. Tria genera ganeatorum ciborum traduntur: primò assa, secundò elixa, tertio ex iure, vt cœpisse natura docet: vnde iurulentum dictum, quasi iure conditum, quod & iussulentum vocatur. Cor. Celsus in secundo: Tū res eadem magis alit iurulenta quàm assa, magis assa quàm frixa. Iurulentam condituram intelligi voluit Satyrographus, cum ait, Et eodem iure natantes Mergere ficedulas didicit nebulone parente. A iure fit iuscum, & hypocoristicòs iusculum. M. Caro: Inferuefacito paulisper, postea iusculum frigidum sorbere, & ipsam brassicam esse. Apicius, scribens de pulmentario ad veni- rem: Iusculum, inquit, facere & potare: meliùs etiam, si in eo pullus sit decoctus. *Fartim.*] à farciendo aduerbium fartim dicitur, hoc est, congestim & cumulatim. Talia autem condimenta sunt in Gallia, vt caro minutim concisa, immò frustulenta, cum ouis & aromatibus in cacabum iuris optimi coniecta discoquatur: fitque pulmentarium scitissimi saporis, inter instrumenta ganeæ præcellens. Apicius, porcellum farfilem, leporem farfilem, pisces farfiles vocat, qui in eduliis farciuntur variis condimentis. *Pulpam.*] inter Apiciana cibaria est & minutal, ex eo dictum, quòd minutatim, hoc est frustatim & tessellatim conciditur caro, aliàque scitamenta conciduntur. Quod multiformiter fit, appellaturque aliud minutal Apicianum, aliud Matianum, aliud dulce. Fit & ex iocinoribus & pulmonibus lepusculorum, ex spatulis porcinis frustatim tessellatimque confectis, hoc est per frustula & tessellas, quæ sunt frusta quadrata: vnde aduerbium frustatim fit, quod significat per frusta & minutatim. Hoc pulmenti genus signare videtur Plautus in Curgulione, cum ait: Vin' aquam? si frustulenta est, da obsecro: hercle obsorbeam. Idem frustillatim dixit diminutiua forma, quasi per frustilla: iam ego te faciam vt hic formicæ frustillatim differant. *Abacum.*] Modò mensam potoriam significat, aliàs tabulam geometricam, aliàs

ornamentum columnarum, aliàs calculos supputatorios. De abaco in quinto Tusculanarum quaestionum commentario satis multa. *Pascuè*. Jopipare, lautè, abundanter: aduerbium est. *Hirulentam*. ] Quidam corrigunt iurulentam: cuius significationis iam mentio facta est. Ego lego Vinulentam, vt sit epitheton mensæ vinariae accommodatum, quæ omni vinorum genere copiosè instructa sit. *Naribus ariolabar*. ] Sagax nasus & acutior olfactus præsentit, & quasi ariolatur, hoc est, ex nidore diuinat apparatus epularum. Ariolari enim est vaticinari, & ariolus dicitur qui diuina mente vaticinatur, quasi fariolus, à fati & à fando, siue ab halando: nam halitu solent istiusmodi homines excludere velut mortalem animam, vt diuinam recipiant: auctor Donatus. Præcipit M. Cato, ne villicus ariolum consuluisse velit. *Tucetum*. ] Tuceta dicuntur escæ regiae, vt Callimachus: Ambrosio redolent tuceta sapore: vt Persius: Pingues patinæ, tucetæque crassa. Obiter annotandum, inter militares cibos esse buccellatum, ex eo opinor dictum, quod in buccellas & quasi tessellata frustra confectum sit: de quo 12. Codicis volumine legimus, milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum & carnem veruecinam percipere debere. Ammianus videtur innuere, buccellatum id esse propriè, quod biscoctum dicimus: quod buccellatum, vt ita dicam, tessellatumque formatur. Verba Ammiani hæc sunt ex lib. 7. Frumentum ad vsus diurnitatem excoctum, buccellatum, vt vulgè appellant, humeris imposuit libentium militum. *Perquam sapidissimum*. ] Attende locutionis genus, contra morosas & prærancidas grammaticorum obseruationes: qui duas hæc particulas Per quam, iungi semper præcipiunt positiuo, vt dicas perquam sapidum. Sed idonei scriptores, elegantiae magis quam scripto grammaticali indulgentes, dicunt Perquam maximum, perquam breuissimum, perquam sapidissimum. Q. Curtius, scriptorum elegantissimus: Bessum, inquit, quoque Bactrianorum ducem, perquam maximo posset exercitu coacto, descendere ad se iubet. Pomponius iurisperitus, quo penè nihil limatius, tit. de origine iuris, sic scriptum reliquit: Nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum perquam breuissimos ad edictum subscriptos reliquit. Ex hoc colligimus, Latinitatis elegantiam, qua nihil fusius vberiusque est, haudquam coercendam esse intra cancellos normæ grammaticalis, nec adstringendam regulis Donatistarum: cum & grammaticos ipsos videamus regulas fulcire oratorum poetarumque fulturis, & ad auctoritatem veterum scriptorum veluti ad anchoram cofugere. *Mundulè*. ] eleganter, nitidè, & sine sordibus. aduerbium est.



est. *Tunica linea.* ] vestimentum puellæ lineum, quo induta erat  
 Fotis: quod quidam interulam, quidam camisiam, quidam  
 supparum appellant. Iuxta illud Afranij: Puella non sum, suppa-  
 ro si induta sum. Subucula quoque dicitur, de qua est illud Ho-  
 ratianum: Si fortè subucula pexæ Trita subest tunicæ. & Hiero-  
 nymus aduersus Iouinianum: Tunc pexa tunica & nigra subu-  
 cula vestiebaris, sordidatus & pallidus. Sed quod cum bona pace  
 sanctissimi scriptoris dictum sit, qui Horatium æmulari volens,  
 pexam tunicam pro lacera & sordida accepit: quod longè secus  
 est: pexa enim tunica significatur elegans, pretiosa, concinna, vn-  
 de & pexatus dictus, vestibus pexis indutus. Mart. Pexatus pul-  
 chrè rides mea, Zoile, trita. A Quintiliano quoque pexus doctor  
 decenter accipitur pro eleganti, terso & exulto. Plin. ait in 8. la-  
 nam Histriæ vestibus pexis alienam esse. Idem Mart. Emi seu  
 puerum, togamve pexam. Denique vt breuiter multa comprehē-  
 damus, pexum vestimentum opponitur trito, tanquam pretio-  
 sum abiectissimo: & ita intelligi voluit Horat. tanquam incon-  
 cinniter reprehensibiliterque copuleretur vestis pexa cum trita  
 subucula: nec enim aliter Horatiana sententia elegantiam satyri-  
 cam redoleret. Videri potest hallucinatus esse diuus Hierony-  
 mus, vt crederet pexam tunicam accipi pro lacerata & vili, ex il-  
 lo Terentiano: Adeò depexum dabo, vt dum viuat meminerit  
 semper mei: vbi grammatici exponunt, depexum pro laceratū.  
 Sed longè aliud pexa vestis est, aliud homo depexus. Hæc enim  
 particula, de, modò auctina est, modò priuatoria: vt depexum di-  
 camus pexo contrarium, sicut dehonestum verbum dicitur tur-  
 pe & contrarium honesto, & mille alia. Quamuis tamen apud  
 Terentium verbum illud depexum accipi conducenter posset  
 pro expolito & exulto, sicut hodie quoque in communi loquen-  
 di consuetudine vsurpatur: vt minitabundi dicamus, Ego comā  
 tibi pectam atque exornabo. Et ita ego autumo hoc sensu dictū  
 illud Terentianū: Ego si viuo, adeò depexū dabo, vt dū viuat me-  
 minerit semper mei. Nā exornatū & depexū in eodē significatu  
 accipiuntur: quāuis contrariū subintelligi velit. Hæc iudicēt vo-  
 lentes: quæ à me dicuntur causa iuuandi, non obtrectandi. Dij. n. mē  
 tem meliorē mihi. *Et rursus se à fasciola.* ] Mēdosus locus, quē ego  
 sic emendo: & russea fasciola: vt sit sensus, Fotidē succinctā fuisse.  
 fasciola rubentis coloris. Russus. n. & Russeus, appellationes sunt  
 ruffi coloris. Sicut. n. fuluus & flauus, & rubidus & phœniceus, &  
 rutilus & luteus, & spadix, ruffum colorē significant, quadā va-  
 rietate distātes, ita russe<sup>9</sup> vocabulū est ruboris: quod in vernacula  
 lingua hodie quoq; vulgo est vsitatissimū. Catull<sup>9</sup>: Dētē atq; rusēā

defricare gingiuam. Quidam apud Catullum legere malunt ruffam, reformidantes videlicet vetustam dictionem, perinde ac inelegantem. Flavius Vopiscus: Tunicas ducales ruffas quatuor, pallia proconsularia duo. In epistola Valeriani scriptum legimus, tunicas ruffas militares annuas, sagas chlamydes annuas duas. Hinc aurigas ruffeos siue ruffatos dictos esse opinor, à ruffo scilicet colore, quo utebantur: sicut factiones aurigarum Veneta & Præfina nomen à coloribus sortiuntur: de quibus apud Suetonium affatim, & in lib. Annotationum non indiligenter explicavi, demonstrans quid sit apud Plautum Thalassicus ornatus. Apud Plin. mentio fit ruffei siue ruffati aurigæ. De auriga ruffato dictum est illud à Satyrographo poëta: Parte alia solum ruffati pone Lacertæ. Et si aliter legimus, exposuimusque locum hunc in libro Annotationum, tamen verior lectio & sensus purior hic videtur, vt ad aurigam ruffatæ factionis nomine Lacertam referatur, qui lucrosior erat & opulentior ex aurigandi studio, quàm caufidici ex actione caufarum. Fas enim est mutare sententiam, vbi posteriores cogitationes meliores sunt prioribus, & pòst inuenta magis quadrant. Est & ruffeus color, à ruffo virgulto dictus: vnde ruffea facies, infecta colore ruffi. Cato lib. 6. originû: Mulieres opertæ: auro, purpureâque ruffea facie. *Prænitente.* ]valde splendente, & fulgète. *Sub ipsas papillas.* ] Videtur signare strophium, hoc est, fasciâ pectorâlẽ, qua papillæ cohibentur. Turpilius: Me miseram, quid agam? inter vias epistola excidit mihi, inter strophium ac tunicam collocata. De strophio in hoc significato ait Catullus: Non tereti strophio lactentis vinctæ papillas. Aliàs antiqui strophia coronas tenuiores appellant: vnde nata strophiola, auctor Plin. in 21. Præterea Græcè *στροφίον* vocatur, quod Latine stropus: insigne autem capitis sacerdotale est. Quidam coronam esse dicunt, ideòque apud Faliscos festum fuit nomine Strupearia, quia coronati ambulant. Nostri vernacula lingua adhuc stropum vulgo vocitant, quod in vsu vtilium est, & coronamenti rufficani vicem repræsentat. *Floridis palmulis.* ] venustis manibus. Ideò autem per *κρονοειδους* dixit palmulis, vt ostenderet in fœmina tales manus esse elegantiores, cum enormitas sit inamabilis ac inuenusta. Videtur Næuius dixisse manciolas diminutiuo vocabulo, quasi paruas manus. Manciolis, inquit, tenellis: pro manibus. *Crebra succutiens.* ] Expressit gestum motumque puellæ, coquinariam facientis, quæ sæpe succutitur, rotans pulmentarium in cacabo, siue lebete coquinatorio, & ollula escaria. Crebra autem dixit, pro crebrò: nomen pro aduerbio. vt Vig. Pe de terram Crebra ferit. *Illubricans.* ] lubricitate quadam insinuâs:

simul

simul alludit ad lubricum puellæ corpus, leuoremque membrorum prænitentium. Lubricus autem dicitur locus, in quo labimur, & corpus: vt pavementum lubricum, anguis lubricus. *Vibrantibus. ] fluctuantibus. Spinam mobilem. ]* spina tereti structura compacta est, per media foramina, à cerebro medulla descendente: quæ animali hoc est, quod naui carina. Ex medulla hominis spinali anguem gigni proditam est, quod & Pythagoras apud Ouid. tradit his versibus: Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulchro Mutari credant humanas angue medullas. *Inundabat. ]* undatim agitabat. Quidam legunt, nudabat.

*Isto aspectu defixus obstupui, & mirabundus steti. Steterunt & membra quæ iacebant ante. & tandem ad illam: Quàm pulchrè, quàmque festinè, inquam, Fotis mea, ollulam istam cum natibus intorques? quàm mellitum pulmentum apparatus? felix, & certius beatus, cui permiseris illuc digitum intingere. Tunc illa lepida alioquin & discacula puella: Discede, inquit, miselle, quàm procul à me, à foculo discede: nã si te vel modicè meus igniculus afflauerit, vrèris intimè. Nullus extinguet ardorem tuum, nisi ego: quæ dulcè condiens & ollam & lectulum, suauè quaterere noui. Hac dicens, in me respexit, & risit: nec tamen ego prius inde discessi, quàm diligenter omnem eius explorassem habitudinem. vel quid ego de cæteris aio? cum semper mihi unica cura fuerit, caput capillumque sedulo & publicè prius intueri, & domi postea perfrui? Sicque iudicij huius apud me certa & statutaratio, vel quòd precipua pars ista corporis in aperto & per-*

*Steterunt & membra ]* Honestis verbis genitalia arrecta fuisse designat, quæ membra nominant. Hinc in carmine obsceno, Priapus dicitur membrofior æquo: hoc est mentulatio iusto. Hinc Annæus Cornutus in illo carmine Virgiliano, Optatos dedit amplexus, placidumque perit Coniugis infusus gremio per membra soporem: dixit, membra paulò incautiùs nominata esse, tanquam per membra signarentur genitalia. Seminale membrum dicitur ab Ouid. à femine & genitura. *Ollulam. ]* Inter o & au cognatio non parua est: vn-

k iij

de plostrum & plaustrum, cotes cautes, lotus lautus. Econtrariò aulstrum pro ostru, aulculum pro of-

*spicuo posita, prima nostris luminibus occurrit: & quòd in ceteris membris florida vestis hilaris color, hoc in capite nitor natiuus operatur.*

culum antiqui dixerunt. Sic ollam & aulam indiscretim vsurpant: vnde exta aulicoctia dicta, quæ in ollis coquebantur, id est elixa. Auxilla dicitur ollula, id est olla paruula. Ab olla, ollares v. uæ dictæ, quæ in ollis fictilibus optimè condiuntur. Staius in Syluula: Ollares, rogo, non licebat vuas. In ollis pultes coquebantur. Hinc dixit M. Varro: Oculis obseruate ollam, pultis ne aduratur. De quibus Epigrammatista: Imbue plebeias Clusinis pul- tibus ollas. Ab olla, ollera dicta, quia in ea decoquebantur. Græco vocabulo chytropodas appellant ollas, quæ pedibus sustentantur. In Leuitico mendosè legitur, Siue clibani, siue sytropodes destruentur, & im mundi erunt. Tu lege, chytropodes: & accipe pro ollis pedatis. Nicolaus de Lyra, super eo loco deliramenta loquitur. *Cum natibus intorques.* Lucianus, ἡ καλὴ παλαῖστος, τὴν πηλὴν τῆ χύτρα ἀμα συμπαροῦσαι ἐκ κλίσης. *Pulmentum.* Jà pulte, qua longo tempore Romani vixerunt, pulmenta & pulmentaria dicuntur: auctores M. Varro & Plin. *Illic.* Jn olla: quamuis symbolicòs referri posset ad fœminæ genitalia. *Intingere.* Jhinc intinctus, oppidò quàm eleganti vocabulo vocatur liquor, quo intingimus obsonia, vt commendatioris incundiorisque saporis sint: ideòque vulgo sapor nuncupatur. Plin in 15. ait, plerunque ad intinctus addi baccas myrri. Græco vocabulo embamma nominatur, ἐπι τῆ ἐμβάμμα quod significat intingo. Columella lib. nouissimo: Hoc sinapi ad embammata non solùm idoneo, sed etiã specioso vtêris. In Euangelio scriptum est: Qui intinxerit mecum manum in paropside Græcè dicitur, ἐμβάμμα μου ἑμοῦ ἐν τῇ περιβλήῃ. Consimiliter, ex eadèmq; æschrologia Lucianus. μακί- ειρος ὅστις ἐπαυδα ἐέβατο: id est, felix quicumque illic intinxerit. *Dicacula.* JDicacitas à dicendo ducta est, quæ propriè significat sermonem cum risu aliquos incessentem: vt antè dictum est. Hinc dicax & dicaculus, qui dicacitate & iocorū mordacitate prepollet. Demosthenè vrbânū fuisse dicunt, dicacem negant. Multi, vt auctor est Quint. in eduiuiis & sermonib. dicaces sunt. Hic dicacula puella significatur loquacula, petulans, venustula, & in verbis faceta. Græcè dixit Lucianus, σφοδρα γὰρ ἡ ἰταμὸν ἐκ χαρίτων μετὸν τὸ κακίον. i. Erat puella valde proterua, & plena venustatis. *A foculo discede.* J Eleganter foculus dictus pro puella, quia amator vsitur & amor ignis est. Et sic & Terentius: Accede ad ignè hūc,

iā calefces plus satis. Diomedes grāmaticus ait, acyrologiā esse  
 apud Terentiū, Accede ad hunc ignē: vbi nomine ignis significa-  
 tur meretrix. *Mens igniculus.* ] amoris flamma & vredo. Virg. At  
 mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas. Cyrus apud Xeno-  
 phontē, amorē ostendit igne esse lōgē potentiorē, quod ignis v-  
 rit homines tangentes: at amor formę eos etiā accendit qui pro-  
 cul spectāt, in tantū, vt ardentē estuēt. *Nullus exinguet.* ] Lepidus  
 sanē venustiūque id totū apud Lucianū Grēcū est, vbi ait Pala-  
 stra: *δεξπλοσ οσ εδ εις αλλοσ, εδ εις θεοσ ιαλεσ, αλλα κα ταυαισ οσι οσ εζα:*  
 id est, Sanabit te nullus alius, neque medicus Deus, sed ego sola  
 que te cōbussi Et mox paulō, *αιδρωπον οιδα ιστασ ησ οφαρτην, η δεφην,*  
*η κα τακιντην* i. Ego hominē noui & iugulare, & excoriare, & tru-  
 cidare. *Et ollam & lectulū quatere.* ] Foris quatenus coqua est, ollā  
 rotare nouit, & quatere: quatenus amorabunda est, lectulū concu-  
 tere, qui instrepere solet ex colluctatione veneria. Catullus: Tre-  
 muli q; quassa lecti arguratio, in ambulatiōq; *Habitudinē.* ] corpo-  
 r' s filū, habitū, & membraturā. Habitior apud priscos dicitur pro  
 pinguiori, habitissimus pro pinguisimo & corpulēto vsurpatur:  
 ē cōtrario male habitus pro emaciato, attenuatōque. Gellius: E-  
 quū nimis strigosum & malē habitū, sed equitē eius vberimū  
 & habitissimū viderunt. Vbi annotandū est, strigosum dici pro  
 macro, exhaustōque, quasi stringosum: sic. n. apud veteres dicitur,  
 cuius corpus stringitur aut fame, aut macie, aut alia vitij causa.  
 Sic apud Liniū strigosiores equi, pro exhaustis, & macie attenua-  
 tis *Postea perstri.* ] Apertior sensus, si legas perfrui. *Statura ratione.* ]  
**Legas ratio**, vt sit calus rectus. *Pars ista corporis.* ] caput & capilli-  
**tiū. Et quidem.** ] Lege, & quod. *Nitor natiuus.* ] Sicut mēbra corpo-  
 ris cultu vestis nitidioris cōspectiora fiūt, & venustiora, sic caput  
 nitore capillorū, qui natini sunt, cōdecoratur. Dixit Plautus, orna-  
 mēta purpurea & aurea cōuenire turpi mulieri. Cæsaries autē spe-  
 ciosa & crinita, cū primis decet fœminā: que (vt auctor est Am-  
 brosius in 6. Hexameri) reuerenda est in senibus, venerāda in sa-  
 cerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adolescētibus, cō-  
 pta in mulierib<sup>9</sup>, dulcis in pueris. Tolle arboris comā, tota arbor  
 ingrata est. Tolle humani capitis capillū, tota pulchritudo flacce-  
 scit. Hic ornatus est capitis obuius omnib<sup>9</sup>, & perspicuus, quo ce-  
 rebrū munitur & vestitur, ne aut frigore vexetur, aut estu: sicut ni-  
 hil fœdi<sup>9</sup> est in fœmina, quā caput capillitio depopularum, ita ni-  
 hil venustius cæsariato, comatōque. In capite hominis plurimus  
 est pilus. Inde cognomina capillatis Alpium incolis, Gallix Co-  
 mata. Myconij populi inulani, carentes capillo gignuntur.  
 D-fluuium capillorum in muliere rarum, in spadonibus non vi-  
 sum. Tanta est decoris affectatio in mulieribus, vt aliena quoq;

coma caput exornent: adeò liquet capillum esse amabilem, illi-  
cibilémque. Ouid. sententialiter scribens ait: Turpe pecus muti-  
lum, turpis sine gramine campus, Et sine fronde frutex, & sine  
crine caput.

*Amicula dimo-  
uent.*] vestimenta  
omnia amouent.  
Ab amiciendo a-  
mictus, amicimè,  
amicula dicta. *De  
cutis roseo rubore.*  
Juxta sententiam  
Plautinam, foemi-  
na nuda, pulchra,  
est quàm purpura  
ra pulchrior. *Ne-  
que sit exemplum*  
Vtinam, inquit,  
nulla calua & sine  
capillo reperia-  
tur: vt nullum ex-  
tet exemplum cal-  
uitij foeminei. Et  
sanè mulieres na-  
turaliter nō calue-

scunt, quoniam natura earum similis puerorum naturę est: vnde  
& spadones non canescunt, quoniam foeminam imitantur: au-  
ctores Aristoteles, Hippocrates, Galenus, ceteri. Annotatu di-  
gnum est obiter id, quod Seneca scripsit libro Epistolarum mo-  
ralium 15. qui luxum carpens, mulieres tradit & caluas & poda-  
gicas fieri ex intemperantia: vt ita maximum medicorum Hip-  
pocratem faciant mendacem, qui in Aphorismis prodidit, fo-  
eminis nec capillos defluere, nec pedes laborare. Verùm natura  
foeminarum mutata non est: sed vita, sed victus, sed ingluuies in  
causa est, vt caluescant foeminae, contra Hippocratis sententiam  
quod & Galenus refert. *Natiua specie.*] natiuo decore, & pulchri-  
tudine capillorum, qui homini congeniti sunt. In homine enim  
pili partim simul, partim postea gignuntur: hos congenitos ap-  
pellant, qui ( vt auctor est Plin. ) non desinunt, sicut nec foeminis  
magnoperè. *Licet illa cælo deiecta.*] Sensus est: Si Venus calua fo-  
ret, & comæ honestamento viduata, haudquaquàm placeret, fie-  
rètque inamabilis: adeò capillamēti decorem foeminam decet. Ve-

*Denique pleræque indolem gratiã-  
que suas probaturæ, lacinias omnes e-  
xuunt, amicula dimouent, nudam pul-  
chritudinem suam præbere se gestiunt,  
magis de cutis roseo rubore, quàm de  
vestis aureo colore placituræ. At verò,  
quod nefas dicere, nec quòd sit ullum  
huius rei tam durum exemplum, si cu-  
inslibet eximia pulcherrimeque foemi-  
ne caput capillo spoliaueris, & faciem  
natiua specie nudaueris, licet illa cælo  
deiecta, mari edita, fluctibus educata, li-  
cèt, inquam. Venus ipsa fuerit, licet om-  
ni Gratiarum choro stipata, & toto  
Cupidinum populo comitata, & balteo  
suo cincta cinnama fragrans, & balsa-  
ma rorans, calua processerit, placere  
non poterit, nec Vulcano suo.*



nus autem ex spuma maris orta, & cœlo deiecta esse fertur. Aiunt mythici, Saturnum Cœli patris pudenda abscidisse: quibus in mare deiectis, Venerem procreatam, quæ à spuma, unde co-  
 luit, ἀφροδίτη nomen accepit: ἀφροδίτη enim Græci spumam vocant. Hoc autem idem fictum esse creditur, quia dicunt physici sudorem salsum esse quem semper elicit coitus. Aristot. verò, cuius inuentis nec ipsa natura dissentit, libr. de Generat. anim. 2. autumat genituram esse spumofam: ideòque Deam, quæ rei venere præest, ab ipsa spuma Aphroditem nominatam. Annotandum est, Herodotum, Græcæ historiæ principem, errore sædo lapsum esse, qui scripsit lib. 3. Histor. genituram Æthiopum esse nigram, & ob id Æthiopas etiam nigros existere. cum, eodem teste Aristotele, omnium animantium sperma, hoc est semen genitale, album sit. De Venere quòd cœlo deiecta, mari procreata sit, scribunt poëtæ, & meminit Ausonius his versibus. Orta salo, suscepta solo, patre edita Cœlo, Æneadum genitrix hic habito alma Venus. *Gratiarum choro.* ] Gratia, quas Charitas Græco vocabulo appellitant, in comitatu Veneris esse produntur. Ex quo est illud Horatianum: Feruidus tecum puer, & solutis Gratia zonis, properentque nymphæ. Nuda Gratia, & sine nodis ideò figurantur, quia amici animos solutos ac nudos & apertos inter se habere debeant. Quidam Gratias Liberi & Veneris filias esse tradunt: nec immeritò. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Quatum vna auersa pingitur, duæ nos respicientes: propterea quòd profecta à nobis gratia, duplex solet reuerti. Docet Seneca, quare tres Gratia, & qualiter sorores sint, & quare manibus implexis, quare ridentes, quare iuvenes, & quare virgines soluta ac perlucida veste. Alij quidem videri volunt vnam, quæ det beneficium: alteram, quæ accipiat: tertiam, quæ reddat. Alij tria beneficiorum genera, promerentium, reddentium, simul & accipientium reddentiūque. Consertis manibus in se redeuntium chorus ob hoc est, quia ordo beneficij per manum transeuntis nihilò minùs ad dantem reuertitur, & totius speciem perdit, si vnquam interruptus est: pulcherrimus, si cohaeserit & vices seruat. Hilares sunt, quales solent esse qui dant, vel accipiunt beneficia. Iuvenes, quia non debet beneficiorum memoria senescere. Virgines, quia incorrupta sunt, sincera, & omnibus sancta, in quibus nihil alligati esse decet, neque ascripti: solutis itaque tunicis vtuntur: perlucidis autem, quia beneficia conspici volunt. Hesiodus Æglen, maximam natu appellat, à splendore: mediam Euphrosynen, à læticia: tertiam Thalian, à viriditate. Homerus vni nomen mutauit, Pasitheam appellando lib. Iliados 14. Chry-

sippus ait Gratias tres Iouis & Eurynomes filias esse: ætate autem minores quàm Horas: sed meliuscula facie: & idè Veneri datas comites. Diodorus auctor est, ad Gratias beneficij & gratiæ retributionem pertinere: & ob id eas coli. Socrates sculptor Charitas fecit in propylæis Atheniensium, in primis inelytas. *Cupidinum populo*.] Plato in Symposio, duos tantùm Cupidines celebrat: alterum cœlestem, alterum plebeium: de quibus & nos olim Iulianus in carmine amatorio. Verùm poëtæ innumeros Cupidines assignant Veneri. Sic Propertius alios Cupidines faculis, alios sagittis, alios vinculis instructos, sibi obuios factos esse commemorat. Sic Statius in Syluis de Cupidinibus numerosis loquens inquit: Phætrati pressere silentia fratres. Et Silius cecinit in 7. Punicorum, Cupidines cœpluscules: vt meritò Venus dicatur ab Apuleio, Cupidinū populo comitata. Quinetiam Alexander Aphrodiseus in problematis refert, plures esse Cupidines: quandoquidem aliter atquè aliter quis concupiscit. &, vt inquit diuinus Plato, amorem beluam esse multorum capitum, certum est: vel quòd multis amoribus vnus & idem sæpe succumbit. Arcestilauum magnificat Varro, qui lænam fecit marmoream: & cum ea aligeros Cupidines ludentes, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogere biberent, alij calciarent soccos: omnes ex vno lapide. *Balteo suo cincta*.] Cesto significat, qui balteus Veneris est, discolor & variegatus: cui insunt blanditiæ omnes Cupidinis, suadellæ, fraudulentia, omnia denique amatoria veneficia, quæ vel prudentis deliniant mentem: auctor Homerus in 14. Iliados, cuius hi versus sunt:

ἦ, καὶ δὴ δὸν σάδισσεν ἄλλοτατο κατὸν ἰούνητα  
 ποικίλον, ἐνθα δὲ οἱ θελήθηρα πάντα τήτυκτο.  
 ἐνθ' ἐνὲ μὲρ εὐλοτῆς, ἐν δὲ ἡμερῶν, ἐν δὲ ὄχευσι.  
 παύρασι, ἢ τ' ἐκλίθε τόον πύλασθ' ἔργονόντων.

Ab hoc cesto aurumant grammatici adulteriã dici incesta, quasi sine cesto, in quo copulæ ex matrimonio vis est. De hoc Epigrammaticus poëta: Collo nocte puer meros amores, Cestum de Veneris sinu calentem. Idem: Sume cytheriaco medicatum rectare cesto, V sit amore quidem balteus iste Iouem. *Cinnama fragrans*.] Id est, odorem cinnameum redolens. Cinnamam, idem que cinnamomum, frutex est odoratissimus, duorum cubitorum altitudine: præcipua bonitas est in tenuissimis virgultorum partibus. vilissimum, quod radicibus proximum. summa gratia in cortice: ipsum lignum in fastidio est, quod Xylocinnamum vocatur. Ex cinnamo fit vnguentum Cinnaminum dictum, inter cætera crassissimum. Summa vnguentorum com-

men-

mendatio est, vt transeuntem fœminam odor inuiter, etiam aliud agentem. *Balsama rorans.* ] instar quasi roris guttas balsami fundens. Balsamum autem omnibus odoribus præfertur. Succum balsami Opopalsamum vocant, eximia suauitatis. Xylbalsamum, lignum dicunt, surculumque balsami: quod & ipsum pro succo substituerunt officinæ. Præcipua gratia balsamo est, secunda semini, tertia cortici, minima ligno. Summa balsami probatio, vt lac coagulet, & in veste maculas non faciat. *Nec Vulcano suo.* ] Si Venus calua placere non poterit Vulcano, à quo ardentè amatur, tantò minùs reliquis placebit. Meritò Venerem Vulcano coniungunt, quia sine calore & ignis viribus res veneria peragi non potest. Et quia incidit mentio Veneris caluæ, scire debes, Romanos Veneri caluæ adedem consecrassè in honorem matronarum, cum vrbe à Gallis occupata, obsessi in Capitolio ex mulierum capillis tormenta fecissent. Auctores Lactantius & Iulius Capitolinus. Econtrariò Lacedæmonij coluerunt Venerem armatam, quam Græcè dicunt *ἀρματωμένη ἑρως*, ex historia mulierum, quæ Mæsenios hostes fuderunt, armatæque obuiam exiuerunt viris. Hinc illud Ausonij: Armatam vidit Venerem Lacedæ-

*illucet.* ] resplendet & radiat. *Ecce solus.* ] Corri-go. Et contra folis aciem. *Græuem.* ] Lego gratiam. *In mellis umbram.* ] Sunt capilli, in quibus mellis color placet, umbroso quasi fulgore perspicui. Galenus in microtechne ait, capillos flauos & rubentes, crispòsque, significare bonam corporis constitutionem. Domitius verò, capillos coniugis suæ Poppææ suc-

*Quid cum capillis color gratus, & nitor splendidus illucet? Et contra solis aciem vegetus fulgurat, vel placidus renitet? At in contrariam gratiam variat aspectum, & nunc aurum coruscans in mellis lenem deprimitur umbram: nunc coruina nigredine cerulus columbarum collis flosculos emulatur: vel cum guttis Arabicis obunctus, & pectinis arguti dente tenui discriminatur. Et pòne versum coarctus, amatoris oculis occurrens, instar speculi reddit imaginem gratiorem. Quid, cum frequenti sobole spiritus cumulat*

einus appellabat, à succini colore, qui in melle cognoscitur. *Coruina nigredine.*] Capillus coloris nigricantis expetitur à matronis, cum illa nigritia non parum venustes faciem candicantē. In dæmonio Socratis: Cum duo, inquit, colores præstabiles forent, piceus & niueus, quibus inter se nox cum die differunt: vtrunque colorem Apollo suis alitibus donauit, candidum o-

lori, nigrum coruo. *Cæruleus.*] Cæruleus color viridis est, & subniger, qualis in mari conspicitur: vnde cærulea maria à poëtis dicta. Ob id Thalassicus quoque nuncupatus, quasi marinus, à Plauto: Græci glaucum appellant, quo & nostri vtuntur. Latinis veteribus cæxia dicta est, quæ à Græcis Glaucois dicitur, vt Nigidius ait, de colore cœli, quasi cœlia. Ferrugineus color cæruleus est, super quo in lib. Annotationum plura. *Columbarum collis.*] Columbarum pluma, quæ in collo est, radians in sole, varij coloris incertique conspicitur: modò enim rubra, modò viridis, & varietate quadam inurat colores, sicut & pauonis cauda, super qua re Lucretius lib. 2. iuculenter scribit. cuius hi sunt versus: Pluma columbarum quo pacto in sole videtur, Quæ sita ceruices circum collumque coronat. Namque aliàs fit vti claro sit rubra pyropo, Interdum quædam sensu fit vti videatur Inter cæruleum viridis miscere smaragdos. Hinc Arcefilas nobilissimus philosophus, varietate ista columbini coloris motus, asserere cœpit *ἀνεπαρκῆ* *ἴδω*, id est, incomprehensibilitatem. Et hoc est quod intelligi voluit Martian. lib. de Nuptiis philologiæ: Arcefilas collum intuēs columbinum, dubitabat. Hieronym. quoque rei huiusce commeminuit. Seneca lib. 1. quaestionum: Columbarum ceruix speciem falsi

*verticem? vel prolixa serie porrectus dorsa permanat? Tanta denique est capillamenti dignitas, vt quamuis auro, veste, gemmis, omnique cetero mundo exornata mulier incedat, tamen nisi capillum distrinxerit, ornata non possit videri. Sed in mea Fotide, non operosus, sed inordinatus ornatus addebat gratiam. Vberes enim crines, leniter emissos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuato patagio residentes, paulisper ad finem conglobatos, in summum verticem nodus adstrinxerat. Nec diutius quini tantum cruciatum voluptatis eximia sustinere: sed pronus in eam, qua sine summum cacumen capillus ascendit, mellitissimum illud sauium impressi.*

falsi coloris & sumit & ponit, vbiq; defleat. De quo Nero Cæsar disertissime lusit: Colla Tiberiacæ splendent agitata columbæ. Plin. in 10. tradit, columbis inesse quendam gloriæ intellectum, vt nosse credantur suos colores, varietatēque dispositam. Nunc Apuleius colorem in capillis gratum esse & amabilem significat, qui varietatem illam colli columbini imitatur, & reddit. *Guttis Arabicis.* ] vnguento nardino, vel potiùs myrrhæ lacryma, quæ in Arabia laudatissima progignitur. Sudat autem myrrha sponte, priusquàm incidatur, guttam, stacten dictam, cui nulla præfertur: auctor Plin. in 12. A verbo Græco stazo, quod significat stillo, stacte nominata, qua dictione gutta siue lacryma liquoris significatur. de qua in expositione Psalmorum Hieronymus sic scribit: Stacten: id est, stillam vel guttam exhibent Domino. Narrant & qui aromatum nouere virtutes, stacten florem esse myrrhæ. Huius quoque meminit Columella in carmine de cultu hortorum. Myrrhæ vnguento, hoc est stactes liquore, capilli vngebantur causa deliciarum. Ouidius in epistola Sapphûs: Non Arabo noster in ore capillus olet: id est, vnguento myrrhæ. de quo Plin. noster in 13. Myrrha & per se vnguentum facit sine oleo, stacte duntaxat. Arabiæ peculiaria sunt multa odorata, & ad vnguenta pertinentia, vt thus, myrrha, mastice, ladanum, & alia compluscula: propter quæ scælix appellatur, Græco vocabulo Eudæmon dicta. *Discriminatur.* ] distinguitur, digeriturque, positura quadam venustiore. Discrimen vocant diuisionem capillorū, quo mulieres in primis vtuntur: de quo Ouid. Compositum discrimen erit, discrimina lauda. Discerniculum dicitur acus, quæ capillos mulierum ante frontem diuidit atque discriminat: dictum à discernendo, eo enim discernitur capillus, sicut dente pectinis explicatur: quem argutum appellat, vel quasi paruum & breuitate elegantem, vel quasi sonorum, dum pectitur coma. *Et ponè.* ] à tergo, in ceruice. Solet enim post ceruicem coma nodari, & nodo quodam in summa parte constringi: ex quo fit vt capillus spissior densiorque fulgorem reddat specularē. Virg. de Camilla: Vt fibula crinem Auro internectat. Idem de Didone: Crines nodantur in aurum. Græci *κεφάλαιον* appellant reticulum illud, siue reticulum, quod comam continet: quod, vt ait M. Varro, à rete dictum est. Capital quoque veteres dixerunt fasciolam qua capillum in capite colligant. *Spissus.* ] Corripo spissus: nam densitas & spissitudo capillorum gratiam augent, sicut raritas est de honestamento. *Dorsa permanat.* ] decurrit, explicaturque per humeros, & spinam dorsualem. Antiqui dossum dicebant, quod nunc dorsum: & ita vulgò vsurpatur. Inde dosuaria iu-

menta à M. Varrone dicta, quæ dorso vehunt. Dorsualia appellant velamenta, siue operimenta, quibus bouum & equorum dorso conuelantur. Iulius Capitolinus: Procefferunt etiam altrinsecus centeni albi boues, cornibus auro iugatis, & dorsualibus ferreis discoloribus præfulgentes. *Capillamenti.* ]capilli, siue capillitij & comæ. Scribit Plin. setarum capillamenta innasci quibusdam hominum in vesica. Idem auctor est tubera nullis fibris nixa, aut saltem capillamenti gigni. Idem nouissimo volumine inter vitia gemmarum numerat capillamentum quod rimæ simile sit. *Cætero mundo.* ]ornatu muliebri. Mundus enim ornatus muliebris dicitur, nomine à mundicia ducto, vt docet M. Varro: de quo Vlpianus sic scribit; Mundus muliebris est, quo mulier mundior fit. Continentur eo & specula, matulæ, vnguenta, vasa vnguentaria, & si qua similia dici possunt. Vnguenta verò, quibus valetudinis causa vngimur, mundo non continentur. Lilius lib. 34. Mundiciæ ornatus & cultus: hæc foeminarum insignia sunt, his gaudent & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellauerunt maiores nostri. Lucilius mundum neutro genere appellauit, non masculino, vt cæteri, illo versu: Legauit quidem vxori mundum omne, poenûmque. Illud adde, mundum quo omnia continentur, à perfecta absolutaque elegantia mundum à nostris dici, quem Græci cosmon nomine ornamenti appellaerunt. *Distinxi.* ]quasi discerniculo digesserit, & decenti positura discreuerit. *Non operosus.* ]Capillus interdum inordinatus impositusque in foemina luculenta, gratior est & amabilior, quam operosus, hoc est, multa opera concinnatus. Sicut enim pulchra foemina nuda est, quam purpurata, pulchrior, ita capillus quoque passus, prolixus, circa caput reiectus negligenter, vt ait Teren. in formoso corpore decentior est, quam compositus discriminatusque. *Vberes.* ]Spissus namque, vt dudum dictum est, capillus densitate fit commendatior. Sic autem textus ordinatur: Nodus astrinxerat vberes crines & per colla dispositos. *Sinuato patagio.* Patagium aurea chlamys est, quæ pretiosis vestibus immitti solet. Inde patagiata foemina à Plauto in Epidico dicta, quæ patagio induta est: & ab eodem in Aulularia, Patagiarij, artifices patagij nominati. Næuius: Pallis patagiis, crocatis malacis. In codicibus Nonianis, pro malacis mendolè scriptum est manicis. Malacum autem appellant vocabulo Græcanico molle & delicatum. Malacum pallium dixit Plautus in Bacchidibus, pro molli & delicato, & mollicino. Verbum vetus est malacissare, quod significat mollire, mitigare, mansuefacere. Idem ait: Malacissandus es, id est, mitigandus, molliendusque. *Sinnatū* appellat à sinu vesti-

vesti-



vestimenti, quasi flexuosum & crispum. Festus ait: patagium id dici, quod ad summam tunicam assui solet, quæ & patagiata dicitur. Quod & videtur verius, tanquam sit patagium id ornamenti genus, quod mulieres in summa canisæ parte circa ceruices assuunt crispissimum, & (vt inquit) sinuatum. Patagus verò morbi genus est. *Mellitissimum illud sauium.* ] Significat, capillo se Fotideis impressisse basium illud dulcissimum, quod condimentiis Veneris conditum, & (vt inquit Catullus) dulci dulcius ambrosia est. Tria autem sunt osculandi genera, auctore Donato: osculum, basium, & suauium. Oscula officiorum sunt, basia pudicorum affectuum, suauia libidinum vel amorum. In pronominibus autem magnum est dicendi pondus, magnusque ex his intellectus nascitur: nam dicendo, illud sauium, vult intelligi illud dulcissimum, illud quod amator amicæ ardentèr infigit, illud quo labella labellis ferruminantur, illud quod Venus quinta parte sui nectaris imbuat: denique illud, quod libidinis est suscitabulum, & subantis anteludium.

*Tum illa ceruicem intorsit, & ad me conuersa, limis & morficantibus oculis: Heus tu scholastice, ait, dulce & amarum gustulum carpis. Caue ne nimia mellis dulcedine, diuinam bilis amaritudinem trahas. Quid istic, inquam est, mea festinitas? cum sim paratus, vel vno basiolo interim recreatus, super istum ignem porrectus assari. Et cum dicto artius eam complexus, coepi sauiari. Iamque amula libidine in amoris parilitatem congermanescenti mecum, iam patenti oris inhalatu cinnameo, & occurrentis linguæ illisu nectareo, prona cupidine adlubescere: Pereo, inquam, immo iam dudum perij, nisi tu propitiaris. Ad hæc illa rursus me deosculato: Bono animo esto, inquit, nam ego tibi mutua voluntate mancipata sum, nec voluptas nostra differetur ulterius,*

*Limis.* ] obliquantibus, & transuersis. nam limis, vt docet Donatus, significatur transuersus. Vnde limen quoque dicitur in ostio, quod ingredientibus egressibusque transversum est: & limi dicuntur obliqui generaliter, hoc tamen propriè de oculis dicitur, veneriis scilicet, & amariis, Plautus in Milite: Aspice limis oculis. Scribit Solinus de leonibus: Nunquã limo vident, minimèque ita se volunt aspici

Vbi limo significat obliquis oculis & transuersis, quod Plinius apertius dixit, & plinius, cum ait: Nec

limis intuentur o-

culis, aspicique simili modo nolunt. Limare, verbum vetus est, quod significat coniungere, vt apud Plautum: Nunquam cum illa limauit caput. & Turpilius in Leucadia: Veritus sum ne amoris causa cum illa limasses caput. *Morsicantibus.*] Significantissimo vocabulo vim venustorum oculorum expressit, qui illices sunt Veneris, & potentissimum amoris incitamentum: quorum fulgor & amabilis intuitus, quodam quasi morfu vitalia populatur, & morsicantim medullas depascitur. Expertus loquor. sensi ipse, nec dissimulabo. Sensi, inquam, oculos in Panthia & Martia morsicantes, quibus nihil venustius, amabilius, speciosius no- uit vetustas, nec noscet ipsa posteritas. Natura exhaustit cuncta narthecia, & omnes pulchritudinis pyxidulas in formandis duabus mulieribus, quas Zeufis vel singulas contentus fuisset inspicere, qui Crotoniatarum virgines nudas, vt M. Tullius, vel Agrigentinarum, vt Plin. sentit, inspicere voluit, picturus Helena simulachrum, vt quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet. *Scholastice.*] Scholastici diminutiuum est scholasticulus: qua dictione significatur, qui scholae operam dat, & in scholasticis controuersijs exercetur. Plinius secundo Epistolarum: Annum sexagesimum excedit, & adhuc tantum scholasticus est. *Dulce & amarum.*] Sententia Plautina ex Cistellaria: Amor & mel le & felle est fecundissimus, Gustu dat dulce, amarum ad facie- tate usque aggerit. *Bilis amaritudinem.*] Per antitheton decentis- simum significat, in amore plus esse amaroris quam dulcedinis: sicut enim mel dulcissimum est, ita bilis amarissima. Ex felle, vt physici tradunt, & memorat Plin. noster, bilis est, & magnum in hac parte virus: hinc it in mores crimen bilis nomine, cum se fundit in animum. De atra bili, quam Graeci melancholiam vocat, de citrina, vitellina, prasina, adusta, scripsimus in commentariis Tusculanarum quaestionum, & copiose dissertant Plato, Gale- nus, Albertus Magnus, caeteri. *Super hunc ignem.*] Cum de igne elementalibus, quo coena a Fortide coquebatur, loqui simpliciter videatur, non infestiuiter referri potest ad ignem meretricium, iuxta illud Terentianum: Accede ad ignem hunc, iam calefces plus satis: ibi enim nomine ignis meretrix Thais significatur. Id ge- nus lo-

nus locutionis per acyrologiam fieri autumat Diomedes. A Virgilio quoque decenter dictum est: At mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas. *Assari.*] torrerī, vii, excoqui, sicut assæ carnes percoquuntur. Primò, vt auctor est M. Varro, fuit assa caro: secundò elixa, tertio iurulenta. Dictum assum quod id igni assuedescit: sudando enim assum distillat calorem. Alij assum dici interpretantur, quasi solum: quoniam in obsonijs sine pigmento saporis alieni assæ carnes inferebantur. antiqui enim assum, solum dixerunt: vnde assa vox dicta, non admixtis alijs muscis concentibus. Laudes maiorum assa voce cantabantur: id est, ore prolato, & sine mixtura musices. Ab asso, assaturæ dictæ. Flavius Vopiscus scribit, Aurelianum imperatorem conuiuium de assaturis maximè dedisse. Cibaria iurulenta, hoc est iure condita, auctore Corn. Celso, magis alunt, quàm assa: magis assa, quàm frixa. *Cum dicto.*] cum hæc dicerem, & loquerer. Locutio Apuleij propè peculiaris, & frequens. *Suauari.*] basiare, osculari. Catullus: Os oculòsque suauabor. Tria sunt, vt proximè diximus, exosculandi genera: osculum scilicet, suauium, & basium: oscula officiorū sunt, basia pudicorum affectuum, suauia libidinum & amorum. *Congermanescenti.*] Verusto verbo congermanescens libido dicta, quæ compar est, & quadam quasi germanitate consimilis. Alij à congerminando id deducere malunt, quod non placet: nam congermanescere est coalescere, & consociari: vnde congermanescens libido, eleganter pro coalescenti & consociata vsurpatur. Quadrigarius: Facit exempla eorum, vt vos cum illis congermanescere sciatis. *Inhalatu cinnameo.*] anima & anhelitu odoris suauissimi, qualis est cinnami. Amator enim, amicæ animam anhelitumque suauolentia quadam fragrantem, & odoramentis commixtum esse sensit. Et nos olim osculum Panthiæ præconio suauolentiæ extollentes, sic lusimus in Idyllio: Cinnama quod fragrant, quod olet Cynireia myrtha. *Illisu nectareo.*] Oppidò quàm festiuiter expressit mores amasiorum, qui linguam linguæ inter osculandum illidere consueuerunt: quæ suauitatio mellitissima est, & nectaris dulcedine perfusa, necnon maximum quoque Veneris suscitabulum. In hanc sententiam est illud Plautinum: Fac proserpentem bestiam me, duplicem vt habeam linguam. *Adlubescente.*] Adlubescere, verbum vetus: quod significat, placet, aut placere incipit. Plautus in Milite: Hercle verò iam adlubescit primulum palæstro. Sicut à lubet lubescit, ita & allubescit dicitur. *Pereo, inquam.*} Verba deprompta ex intimo amoris promptuario, quibus amantes in complexus amicorum subinde vti consueuerunt. *Propitiari.*] placata sis, & propitia. *Esto.*] sis.

*Mutua voluntate.* ] Mutuum dicitur, vbi par voluntas accipitur, & redditur. *Mancipata.* } obnoxia, & quodam quasi mancipi nexu obligata, tanquam addicta. *Prima face.* } Horam vespertinam significat, qua faces accenduntur. Macrobius in primo Saturnaliū scribit, quod post vesperam prima fax dicitur, deinde concubia. *Præliabor.* } prælio scilicet venereo, de quo Virgilius: At non in venerem segnes, nocturnaque bella. & Epigrammatista: O quæ prælia, quas vtrinque pugnas Fœlix lectulus & lucerna vidit. Sua est amoris militia, vt Marti sua prælia, sui bellatores: & vt inquit ille. Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido. *Obgannitis sermonibus.* } immurmuratis, magis que clara voce euntiat. Gannire enim, & obgannire, obmurmurare est: vnde & gannitio, canum querula murmuratio significatur.

*Commodum.* ] *Commodum meridies accesserat, & mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum optimum, & quinque gallinulas, & vini cadum in etate pretiosi. Tunc ego vocata Fotide: Ecce, inquam, Veneris hortator & armiger Liber aduenit vltro: vinum istud sorbeamus hodie omne, quod nobis restinguat pudoris ignauiam, & alacrem vigorem libidinis incutiat: hæc enim sitarchia nauigio Veneris indiget sola, vt in nocte peruigili, & oleo lucerna, & vino calix abundet. diem ceterum lauacro, ac dehinc cœna dedimus. Nam Milonis boni concinnaticiam mensulam rogatus accubueram, quàm pote tutus ab uxoris eius aspectu, Byrrhene monitorum memor: & perinde in eius faciem oculos meos, ac si in Auernum lacum, formidans deieceram, sed assiduè respiciens præministrantem Fotidem, imbi recreabar animi.*

tunc tunc, id horæ, eo momento: vt sæpe diximus. *Mitti xeniola.* ] Morem signat priscorum, qui hospitibus munera esculenta missitabant, quæ xenia, id est hospitalia appellauerunt. Nã, vt auctor est Vitruuius in sexto, cum fuerint Græci delicates, & à fortuna opulentiores, hospitibus aduenientibus instruebant cubicula & triclinia, & cum penu cellas: primoque die ad cœnam inuitabant: postero mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquasque res agrestes, quæ xenia ab hospitibus appellauerunt. *xiros enim Græcè hospes, xiros hospitalis: quo cognomento Iupiter*

piter colitur, vt meminit Dion. de quo intellexit poëta, cum ait:  
 Iupiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur Hinc xenia, mu-  
 nera dicta hospitalia, & *ἑσπορησιακῶς* xeniola. Xenia, vt inquit Ec-  
 clestastes, excæcant oculos iudicum. Iurisconsultus, xeniis non in-  
 totum abstinendum esse præcipit. Martialis celebrat xenia & a-  
 pophoreta. Vbi annotandum, apophoreta non tam dici munera,  
 quæ remittuntur ab his qui xenia accepere, quàm vasa & id ge-  
 nus alia, quæ conuiuis apponebantur, vt secum post conuiuium  
 ea auferrent, donoque haberent: hæc enim apophoreta vocaban-  
 tur, vt auctor est Athenæus: & apud nostros diuus Ambrosius id  
 plenissimè enarrat in libro de cohortatione virginum, scribens  
 hæc: Qui ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta secū  
 referre consueuerunt. ad hunc intellectum referri debet illud  
 Suetonij ex Caligula: Agitatori Citico comestatione quadam in  
 apophoretis viciis sestertiūm contulit. Scio me aliter tradidisse  
 in commentariis: sed cum liceat quotidie meliora inuenire præ-  
 teritis, & posteriores cogitationes prioribus sint sapientiores, vo-  
 lvi obiter retractare id quod in Tranquilli commentariis pote-  
 ram videri dormitans, conuiuentibusque oculis inspexisse: ve-  
 rùm id à me aliubi quoque fiet, quotienscunque repastinandi re-  
 formandique editos iam commentarios in meliorem sententiā  
 dabitur occasio. Homines enim sumus: nec vllus inuentus est  
*ἀπαραίτητος*, hoc est impeccabilis. Hippocrates errores suos inge-  
 nuè confessus est: Augustinus libro Retractationum maculas  
 priorum voluminum repurgauit: & M. Tullius non dubitauit a-  
 liquot iam editos libros aliis postea scriptis ipse damnare. Sed  
 ad propositum. Idem Ambrosius apophoreta accipere videtur  
 pro muneribus, cum de Vitali & Agricola martyribus scribens  
 ait: Hæc apophoreta quidem plena sanctitate & gratia mecum  
 detuli: quod tamen per translationem de vasis dictum videri po-  
 test. *In ætate pretiosi.* ] Vina generosa vetustate censentur: phalerni  
 ætas media à quintodecimo anno incipit, vt docet Plin. in 23. So-  
 lomon in Ecclesiastico: Vinum nouum inueterascet & cum sua-  
 uitate bibes illud. & Plautus quoque in Casina inquit: Qui vtun-  
 tur vino vetere, sapientes puto. idem in Penulo, Vinum edentu-  
 lum eleganter appellat, quod vetustum intelligi vult, & ob id pre-  
 tiosum: sicut senes ob vetustatem seniūmque edentuli fiunt, hoc  
 est sine dentibus. *Veneris hortator Liber.* ] hoc est Bacchus, cuius  
 nomine vinū significatur, maximū haud dubiè est libidinis incē-  
 tiuū: vt meritò armiger & hortator Veneris dici mereatur. Fabu-  
 latur antiqui, filiū Liberi ac Veneris Priapū fuisse, ducti cōiectura  
 verisimili: propterea q̄ qui vino indulgeāt, sint natura ad Venerē

propensiores. Vt autem Vulcanum pro igne per tropicam locutionem vulgo vsurpamus, sic & Venerem pro coitu, Liberum & Cererem pro vino & pane, non minus decenter quam licenter dictitamus: quod & Quintil. refert in 8. Hinc illud vulgatissimū, Sine Cerere & Libero friget Venus Apostolica sententia interdictur sacerdoti vinum, in quo est luxuria: & qui altari seruit, vinum & siceram bibere prohibetur: venter enim mero astuans facile despumat in libidines. Sicerca autem, vt inquit Hieronymus, & in decretis canonicis repetitum est, Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, qua quis inebriari potest. Liberum autē Bacchum ex eo dictum autumat Seneca, quia liberat seruitio curarum animum, asseritque, & audaciorem in omnes conatus facit. Quidam ob licentiam linguæ & libertatem loquendi Liberum dici opinantur, tanquam ex ebrietate fiant homines linguæ liberioris, petulantiorisque. Si Plutarcho credimus, Liber ex eo dictus est, quod pro Græciæ libertate pugnavit. Augustinus, quod annotatu dignum est, libro 6. de Ciuitate Dei, Liberum ex eo dici refert, quod mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. & hinc Libero virilem corporis partem in templo poni, fœmineam Liberæ, & ob hoc addunt, mulieres attributas Libero, & vinum propter libidinem concitandam. Diem festum dicatum Libero patri, Liberalia vocant, à Græco vocabulo Dionysia. *Pudoris ignauiam.* } Inuerecundus Deus Liber nuncupatur à priscis, ex eo quod inuerecundi per vinolentiam homines fiant. Horat. Simul calentis inuerecundus Deus feruidiore mero arcana promorat loco. *Hæc enim sitarchia nauigio.* } Emunctior lectio & tersior est: Hæc enim sitarchia nauigium Veneris indiget sola: vt sit sensus per metaphoram à nauigantibus ductus, Venerem egere hæc sola annona & alimēto. Sitarchiam enim dici voluerunt pro com meatibus & re annonaria, vt illud ex libr. Regum primo: Panis defecit in sitarchiis nostris, & sportulam non habemus. Dictio ex Græco ducta: siquidem apud Græcos σίτος cibus, σίτος frumentum, σίτος esculentus significat, vt Hier. in libello, quem condidit de captiuo monacho, apertius id explicat his verbis: Ascensis camelis, & noua sitarchia in annona refocillati. Vt autem sitarchia, id est com meatus ratio cum primis habetur in nauibus à nauiticis, sic Veneris nauigium eget vino & oleo perinde ac sitarchia. Nam vino libido extimulatur, oleo lucernæ lumen alitur, qua amatores gaudent: tanquam pleniore sint voluptates nocturnæ, quas lucerna ardente oculis quoque vsurpant. nam, vt inquit ille, Si nescis, oculi



scis, oculi sunt in amore duces. & ab Epigrammatista dictum est, & quæ prælia, quas vtrinque pugnas, Fœlix lectulus & lucerna vidit, Boni. } ironicôs. sic Terentius: Virum æquum Parmenonem. Hinc virtutes pro vitiis interdum usurpamus. *Concinnaticiam mensulam.* } Breuiculam, modicam, deparcam. Concinnare enim est, aprè conficere: & quasi in arcum breuèque colligere: unde concinnaticium deducitur, pro breui & collecto & aprè cohibito. Suprà dixit, exiguum grabatulum. Lucianus Græcè ait, *καλίστου σενόν*: id est, lectulum siue mensulam concinnaticiam. *Quàm pote tutus.* } id est, quantum fieri poterat. *Inibi.* } aspectu Fortidis. *Recreabar animi.* } Elocutio vetus & vtitissima. Ita, pendeo animi, fœlix animi, & præstans animi, frequenter dictum.

Cum ecce iam vespera lucernam intuens, Pamphile, *Quàm largus* (inquit) *hymber* aderit crastino. Et percontanti marito, qui cõperisset istud? Respondit sibi lucernam prædicere. *Quod dictum* ipsius Milorifu secutus. *Grandem* (inquit) *istam lucerne Sibyllam* pascimus, quæ cuncta cæli negocia, & solem ipsum de specula candelabri contuetur. Ad hæc ego subiiciens: Sunt, aio, prima huiusmodi diuinationis experimenta: nec mirum, licet modicum istum igniculum, & manibus humanis laboratum, memorem tum illius maioris & cœlestis ignis, velut sui parentis, quid esset editurus in ætheris vertice, diuino præfagio, & ipsum scire, & nobis enunciare. Nam & Corinthi nunc apud nos passim Chaldeus quidam hospes miris totam ciuitatem responsis, turbulenta & arcana factorum stipibus emerendis edicit in vulgum, qui dies copulam nuptialem adfirmet, qui fundamenta moenium perpetuet, qui negotiatori cõmodus, qui uia

*Aderit crastino.* } Eam diuinationem magicæ artis significat, quæ per lucernas fit: de qua intelligi voluit Plinius, cum lib. 30. sic inquit: Species magicæ plures sunt. namque ex aqua & sphaeris, & ex aëre, & stellis, & lucernis, ac peluibus, securibusque, & multis aliis modis diuina promittit. Quod autem ait Plin. ex peluibus & securibus promitti diuinationem à magica, signat lecanomantiam & axinomantiam, de quibus diximus in principio Commentariorum. Sic Græcè dicitur diuinatione quæ fit per

pelues & per secures : ἀσπίον enim peluim , & ἀσπίον securim dicunt. Hinc apud Strabonem libro 16. lecanomantici accipiuntur pro magis Perfarum, per secures siue dolabras diuinantibus. Præfagia autem , siue prognostica , ex ignibus terrenis fieri nemo non nouit , & obseruant eruditi : vnde orta pyromantia , & quæ nostri vocant ignispicia , quæ Amphiarus primus inuenit. Namque pallidi murmurantésque ignes , tempestatum nuncij sentiuntur. pluuiæ etiam , si in lucernis fungi : si flexuosè volitet flamma , ventos præfagant : & lumina dum præ se flammam elidunt , cùm in ea pendentes coaceruantur scintillæ , vel cùm tollentibus ollas carbo adhærescit , item cùm carbo vehementer perlucet. *Lucerna Sibyllam.* } id est diuinatricem. Sibyllas enim dici feminas Deo plenas , vaticinásque , tradunt omnes. *Parcimus.* } Lego , pascimus. *De specula candelabri.* ] Attende , candelabrum & lucernam indifferentè vsurpari , cum propriè candelabrum à candela dictum sit. *Licet modicum istum igniculum.* ] Ignis iste terrenus , qui in vsu est mortalium , cognatione quadam igni cœlesti & æthereo copulatus , potest nobis enuntiare , quid diuinus ille portendat. Theologorum enim & philosophorum vna vox est , mundum hunc inferiorem superioribus motibus esse contiguum , & hæc crassiora per corpora subtiliora regi atque moueri : vnde dubium non est , igni illi cœlesti igniculum hunc terrenum elementariumque ancillari & subseruire. Quod autem ignis hic noster immortalis illius & cœlestis ignis cognatus sit , argumento est institutum priscorum , qui , vt auctor est Plutarchus , ignem in lychno non extinguiebant , sed per se languescere ac emori permittebant : quasi inextinguibilis ætherei ignis cognatissimum. De sympathya , hoc est cognatione & concordia quæ est rebus terrenis cum cœlestibus , subtiliter scribit Proclus Platonius. *Corinthi.* } Ciuitas est in Peloponneso , Achaïæ caput , Græciæ decus : inter duo maria Ionium & Ægeum quasi spectaculo exposita , quam Romani (vt inquit M. Tullius) diruendam esse censuerunt , perinde ac præpotentem , & aliquando Romano imperio nocituram : alio nomine Ephyræ dicta , vnde ara Ephyræia pro Corinthia apud

apud poëtas, vt supra diximus. *Chaldæus.*] Assyriorum magi ex gentis vocabulo Chaldæi nominantur, qui diuturna obseruatione siderum scientiam putantur effecisse, vt prædici posset quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset. Chaldæorum astronomicorum genera multa sunt: nam quidam Orcheni dicuntur, quidam Borsipeni, & alij complures: qui per sectas distincti sunt. Hi per omnem vitam philosophantur, multa futura prædicentes: qui tum augurijs, tum sacris, tum alijs quibusdam incantamentis & mala auertere ab hominibus, & bona asserre, somnia insuper & prodigia interpretari consueverunt: de quibus non parùm multa Diodorus, Strabo, & M. Tull. Aduersum Chaldæos, qui & genethliaci appellantur, Phauorinus philosophus olim disseruit egregia atque illustri oratione. Vulgus, vt inquit Gellius, quos gentilicio vocabulo Chaldæos dicere oportet, mathematicos dicit. De his Poëta satyricus: Chaldæis sed maior erit fiducia. quicquid dixerit astrologus, credent à fonte relatum Hammonis. In Chaldaico sermone se etiam laborasse testatur diuus Hieronymus, in tantum, vt vix posset anhelantia & stridentia verba proferre. *Ciuitatem.*] Corinthum. *Turbulenta.*] Lego turbulenta: vt verbum sit, quod significat perturbat, vexatque. *Stipibus emerendis.*] lucro parando, & nummis congerendis. stipem enim nummum, à stipando appellauerunt. nam cum asses librales essent, eos in aliqua cella stipabant: id est, componebant, vt inquit M. Varro, quo minus loci acciperent. Hinc stipulari & restipulari. hinc stipendiarij dicti, qui stipem pendebant. Erant autem stipes æræ: cuius nummi ponderandi pensatores, auctore Plinio, libripendes dicuntur. *Dies nuptiarum.*] Plena sunt, inquit Augustinus in enchiridio, conuenticula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum à mathematicis accipiunt. Iam verò vt aliquid inchoetur aut edificiorum, aut huiusmodi quorūlibet operum, diebus quos Ægyptiacos vocant, sæpe etiā nos monere non dubitant. Hinc in decretis canonicis 26. quæst. 7. præcipitur, ne obseruentur dies qui dicuntur Ægyptiaci, ne tempora aut lunæ cursus: quia quicumq; has diuinationes obseruat, aut consentit obseruantibus, inutiliter sine causa magis ad sui damnationem quàm ad salutem tendit. Idem Augustinus volumine quinto de Ciuitate Dei, vaniloquia mathematicorum illudens: O stultitiā inquit, singularē: eligitur dies, vt ducatur vxor: credo propterea, quia potest in diē non bonum nisi eligatur incurri, & infeliciter duci. A nonnullis prædicatur, quòd quidā sapiens horā elegit, qua cū vxore concūberent, vnde filium mirabilem gigneret. Persuasum fuit veteribus ex vana quadam super-

stitutione, mensē Maium copulæ nuptiali esse infelicem ac infustum: hinc illud poëticum, prouerbii vice celebratum, Mense malum Maio nubere vulgus ait. Econtrariò mensis Iunius nubentibus fœlix & accommodus existimabatur. Causa autem huiusce superstitiosæ obseruationis illa fuisse videtur, quòd cùm Maius à maioribus natu nominatus sit, Iunius verò à iunioribus, nuptiis haud dubiè accommodatiores sunt iuniores quàm seniores: nam, vt inquit poëta, Frigidus in venerem senior: quòd & Plutarchus refert in Problematis. *Fundamenta manium.*] Ita sua sunt ciuitatibus fata, sicut & hominibus. & antiqui non solum diem, sed & horam & momenta captant in auspicanda urbium ædificatione. Quod satis liquet exemplo Seleuci, à quo acciti sunt magi, qui diem & horam, qua fundamenta urbis Seleucia iaceret, eligerent, qui horam euenti sunt: verùm incumbenti fatali hora, qua ciuitas illa erat exædificanda, opifices à nullo communiti, vtrò ad opus adularunt, urbis fundamenta iacentes. Tunc magi cognito vim fati esse ineffugibilem, à Seleuco rege veniam deprecantes, Fatalem (inquiunt) sortem ò rex, siue bonam siue malam, neque hominis neque urbis fas est permutare: quædam enim urbium, quemadmodum & hominum, fors est. Auctor Apianus in Syriacis. *Qui negotiatori commodus.*] Solent negotiatores, viatores, nautici, negotiationem, iter, navigationem auspicaturi, consulere mathematicum super hora fœlici, tanquam alij dies & horæ alijs sint fortunatiores, infortunatioresque. Hinc prognostica illa Maroniana: Ipsa dies alios alio dedit ordine luna Fœlices operum. & mox paulò Septima post decimam fœlix & ponere vites. Et prensos domitare boues: & licia telæ Addere. nona fugæ melior, contraria furtis. Hesiodus quoque nouissimam mensis diem feriatam esse præcipit, & genialem: quarta die uxorem ducendam: octauam fœlicem esse castrationi, nonam plantationi, vndecimam putationi: compluræque id genus commemorat, ex cuius racemis vberibus vindemiam sibi succulentam fecit Maro noster. *Oppidò mira.*] valde miranda. *Incredendam fabulam & libros me facturum.*] Signat sibi à Chaldæo prædictum fuisse, quòd in asinum ex homine transfiguraretur, & quòd libros hosce de hac historia componeret: quæ res haud dubiè incredibilis est, & vix apud posteros inuenit fidem.

*Renidens.*] renidens. ita Catullus:  
Renidet vsque  
quaque. Luctatius  
Papinij interpres,

*Ad hæc renidens Milo, Qua, inquit,  
corporis habitudine præditus, quòve nomine nuncupatus hic iste Chaldæus est?*

Proce

*Procerus, inquam, & suffusculus, Diophanes nomine. Ipse est, ait, nec ullus alius. Nam & hic apud nos multa multis similiter effatus, non paruas stipes, imò verò mercedes optimas iam consecutus, fortunam seueram, an seuam verius dixerim, miser incidit. Nam die quadam, cum frequentis populi circulo septus, coronæ circumstantium fata donaret, Cerdo quidam nomine, negociator accessit eum, diem commodum peregrinationi cupiens. Quem cum electum destinasset illi, iam deposita crumena, iam profusis numulis, iam diuumeratis centum denarijs, quos mercedem diuinationis auferret, ecce quidam de nobilibus adolescentulus à tergo adrepens, eum lacina prehēdit, & conuersus, amplexisque exosculatur artissime. At ille ubi primum consauiatu eum, iuxta se ut assideret effecit, attonitus est repentina visionis stupore.*

*Ait.* ] scilicet Milo. *Optimas.* ] lege, opimas. significat enim, Diophanem suis prædictionibus opulentas mercedes & vberes diuitias consecutum esse. *Seueram an seuam.* ] Anominatio elegans, ex dictionum proximitate, quæ est inter seueram & seuam. *Circulo septus.* ] corona populari circumdatus: sicut sæpe videmus circumvallari turba vulgi, fatagentis ad huiusmodi vaniloquia & præstigias, quibus subinde illuduntur, & cum dispendio. *Fata donaret.* ] tanquam fata in manu sint & potestate Chaldaei, ut illa disponere possit prout velit. Quod longè secus est, si philosophis credimus: qui tradunt, fatum esse immutabile, inexorabile, ineffugibile, quo stet & Iupiter ipse. Vel exponere Fata donaret, id est, prædicaret singulis quæ fata tam bona quàm mala sint futura singulorum. *Cerdo.* ] Græcè cerdos lucrum dicitur, vnde cerdone dicti, qui Latino vocabulo lucriones nominantur. Sunt autem

renidens exponit pro labra contrahens. Porphyrio commentator Horatianus, enarrans illud ex Sermonibus, Nasum nidore supinor: exponit nidorem profu. vnde, inquit, fit renideo. Aliàs renidere est splendescere. *Habitudine.* ] Habitudo corporis, ut antè dictum, est corporatura. *Suffusculus.* ] facie nigranti, & cum temperamento modicè declinante in fuscum colorē. Hæc enim particula, Sub, in compositione, ut sæpe diximus, significat temperamentum.

artifices sordidi, quorum frequens mentio apud poëtas & oratores. Vulgò cerdonem vocitant sutorem veterum calceorum, quem à Tranquillo diximus nuncupari veteramentarium. *Nomine negotiator.*] tanquam hoc nomine appellaretur, ab excellentia negotiationis: sic enim solent aliquanti vulgò negotiatores nuncupari, quo nomine non secùs quàm proprio noscitantur. *Centum denarijs.*] Denarius ex argento erat, & vt inquit Plin. placuit pro decem libris æris, sicut quinarium pro quinque. Postèà Hannibale Romanos vrgente, placuit, denarium 16. assibus permutari, quinarium octonis: in militari tamen stipendio semper denarius pro 10. assibus datus est. Notæ denarij argentei fere, bigæ atque quadrigæ: & inde bigati quadrigatique dicti. Fuit & victoriatus nummus argenteus, Victoriæ nota insignitus, vnde & nomen. Hoc idèò annotaui, quia mentionem sæpe fieri inuenies victoriati, apud scriptores idoneos. *Quos mihi cedem.*] Corrige mercedem. significat enim, pro mercede diuinationis diuineratos fuisse denarios, quos Chaldæus auferret. *Lacinia.*] parte vestis, de qua iam dictum est. *Conuersus.*] Lege, & conuersum amplexus: est enim sensus, Conuersum esse Chaldæum expressione lacinia, quem amplexatus est adolescentulus.

*Præsentis negotij oblitus.*] Inopinatus amici superuentus sæpe causa est, vt præsentis negotij, quod gerimus, obliuiscamur. quod accidit Chaldæo, qui attonitus stupefactusque visione repentina amici adolescentuli, oblitus est pecuniam capere, quã Cerdo dinumerauerat. *Infit.*] loquitur. aliàs incipit. Virg. *Infit,* eo dicente, deùm domus alta filescit. *Ille alius.*] Adolef-

*Et præsentis negotij, quod gerebat, oblitus, infit ad eum: Quàm olim equidem exoptatus nobis aduenis? Respondit adhuc ille alius: Commodum vespere oriente. Sed vicissim tu quoque frater mihi memora, quemadmodum exinde, vt de Eubœa insula festinus enavigasti, & maris & via confeceris iter. Ad hæc Diophanes ille Chaldæus egregius, mense vidimus, necdum suus: Hostes, inquit, & omnes inimici nostri, tam diram, imò verò Vlyseam peregrinationem incidant. Nam & navis ipsa qua vehebamur, variis turbinibus procellarum quassata, utroque regimine amisso, egrè ad ulterioris ripæ marginem detrusa, præcipitio demersa est:*

& nos



& nos, omnibus amissis, vix enatamur. Quodcunque velignorum miseratione, vel amicorū benevolentia extraximus, id omne latrocinialis inuasit manus: quorum audacia repugnans etiam nomine Arisuatus, unicus frater meus, sub istis oculis miser ingulatus est. Hæc eo adhuc narrante mæsto, Cerdo ille negociator correptis numulis suis, quos diminutionis mercedi destinaverat, protinus aufugit. Ac dehinc, tunc demum Diophanes expergitus, sensit impudentiæ suæ labem: cum etiam nos omnes circumsecus adstantes, in clarum cachimum videret effusos.

centulum significat, qui lacinia prehenderat Chaldaeum, qui dixit se advenisse hora vespertina tunc primum exorientes; hoc enim significat Comodum: super qua dictione iam satis ac super. *Frater.*] Nomen affectus & charitatis. Certè quoties blandiri volumus amicis, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, ut

fratres vocemus. *Euboiæ insula.*] Bœotia: avulsa Euboiæ est, antè vocitata Chalcodotis, & Macris, ut Dionysius & Ephorus tradunt. Dicta quoque Chalcis est, ære ibi primum reperto, quod Græcè chalcos dicitur, à poëtis Abantias nominata. *Mente viduus.*] pro viduatus, id est privatus. significatur autem impositus, insensatus ac brutus. Compar elocutio est illa Horatiana: Viduus phœcra Risit Apollo. *Vlyseam peregrinationem.*] Inter duras & ærumnosas peregrinationes imprimis memoratur Vlyssis, peregrinatio, qui diutino errore vexatus, pertulit illa omnia decennali peregrinatione, immò (ut ulterius loquar) naufragia iactatione quæ in Odyssæa canit Homerus: ut meritò Vlysses exemplum sit tolerantia & laborum, & Vlyssæa peregrinatio pro laboriosa accipiatur, ac plena periculorum. *Turbinibus procellarum quassata*] Ventus circumactus, & eundem ambiens locū, ac se ipsū vertigine concitās, turbo est: auctor Seneca lib. 5. *Questionū.* Apuleius noster in *Cosmographia* brevius: Turbo, inquit, dicitur qui repentinis flabris prosilit, atq; uniuersa perturbat: de quo Plin. Turbinē vocant proxima quæq; prosternentē. *Procella* verò fit ex flatibus vi maiore cōtortis, quæ vocatur à Græcis *ecnephas*, de qua Arist. in 3. *Meteororū*, Plin. & ceteri. *Procellā* ab eo, quod omnia procellat, dictam esse autumant grammatici: quæ à Servio definitur, vis ventorū cum pluvia: qui & turbinem exponit, vim esse ventorum. Sed hæc ex secretariis philosophorum

magis eruenda sunt, quàm ex promptuarijs grammatarum. *Vtroque regimine.* ] remorum & velorum: hoc enim duplex est nauium regimen. Clauus quoque, quod gubernaculum est nauigij, quem rector tenet, regimen est nauticorum. ex quo illud: Dū clauum rectum teneam, & illud, Sedebamus in puppi, clauumq; tenebamus. *Derrusa.* ] Trudes vocant, quibus inhærens saxo nauigium trudi & retrorsum reuocari potest. de quibus poeta: *Ætata* & acuta cuspide contos Expediunt. *Vel ignotorum miseratione.* } Ex affectu dictum, cū etiam ignoti & alieni homines miseratione quadam prosequantur naufragos, & liberalitate refouent. tunc enim, vt saluberrimè præcipit Persius: De cespite viuo Frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret Carulea in tabula. *Quorum audacia.* } Attende elocutionem. nam cū præmiserit, Miseratione latrocinialis manus, subiunxit, Quorum, intelligi volens latronum. Econtrariò Salustius: Sed antè item paucis coniurauere contra rempub. in quibus Catilina fuit, de qua quàm verissimè potero dicam. Nam cū dicere debuisset, de quibus, scilicet coniuratoribus dicam: subintulit, de qua, scilicet coniuratione. *Sub istis oculis.* } Cū oculorum sensus acerrimus sit, acerbiora impedio sunt quæ videmus, quàm quæ audimus. Hinc illud, Quæque ipsa miserrima vidi, Et quorum pars magna fui. *Expergitur.* } excitatus & euigilans. *Circumsecus.* } ex omni parte circumstantes. *Sensu labem.* } Ex hoc commone facit nos Apuleius, Astrologis & Chaldæis non esse credendum, qui in alienis negotijs videri volunt oculatissimi, cū in suis rebus sint hebetes & talpæ: qui dum abdita fata scrutantur, quæ sunt ante pedes non prospiciunt, fiuntque ridiculi.

*Luci.* } Ait Milo ad Apuleium, se optare vt illi Chaldaus vera dixerit, & vt Apuleiana peregrinatio sit scilicet & fortunata. Luci autem vocatiuus est casus, quem antiqui salutatorium dixerunt. Nominatur autem Apuleius: siquidem honorificentior appella-

*Sed tibi planè, Luci domine, soli omnium Chaldaus ille vera dixerit, si que felix, & iter dexterum pergat. Hæc Milone diutine sermocinante, tacitus ingemiscebam: mihi que non mediocriter succensebam, quòd ultrò inducta serie inopportunarum fabularum, partem bonam vespera, eiusque gratissimum amitterem. Et tandem denique de uorato pudore, ad Milonem aio: Ferat suam Diophanes ille fortunam, & spolia po-*

lia populorū rursum conferat mari pariter ac terra: mihi verò fatigationis hesterne etiam nunc sancio da veniam, maturius concedam cubitum. Et cum dicto faceffo, & cubiculum meum contendo. Atque illic deprehendo epularum dispositiones satis concinnas. Nam & pueris extra limen, credo ut arbitrio nocturni gannitus ablegarentur, huiusquam procul distractum fuerat grabatum meum, assistit mensula cœna totius honestas reliquias tolerans: & calices boni, iam infuso latice semipleni, solam temperiem sustinentes: & lagena iuxta, orificio sensim debiscente patescens, facilis hauritu: prorsus gladiatorie Veneris antecœnia.

tio fit per prænomen, quàm per nomen, hinc illud Horatianū: Quinte puta, aut Publi, gaudent prænomine molles Auriculæ. Liber, ut inquit Quintil. in 7. habet prænomen, nomen, cognomen: quibus caret seruus. idèoque Persius, cum de libertate per manumissionem facta loqueretur, satyricè dixit: Memento temporis exit Marcus Damna. & mox pau-

lò: Marcus dixit ita est, assigna Marce tabellas. Seruus enim manumissus repentè prænominè patroni insignitur, nominaturque. Lucius autem prænomen est apud Romanos frequens, à luce dictum. nam qui luci natus esset, Lucius: sicut qui manè, Manius dicebatur: auctor M. Varro. Gens Domitia prænomina nulla præterquàm Cnei & Lucij vsurpavit: nam primum, secundumque, ac tertium Ænobarborum, Domitiorum, Lucios continua serie nominatos accepimus. *Domine.*] Honoris causa dominum appellat. Augustus tamen, ut in commentariis Suetonij annotauimus, Domini appellationem, ut maledictum & opprobrium, semper exhorruit, Dominumque se seriò vel ioco appellari prohibuit. Alexander quoque Romanus imperator, dominum se dici vetuit. Et sanè dominatio & principatus diuersa natura sunt, ut docet Plin. panegyrista: Nec aliis est princeps gratior, quàm qui maximè dominum grauentur. Scribit Seneca in epistolis moralibus, quod relatu scitumque dignum est, obuios salutarè à nobis dominos solere, si nomen nobis non succurrit. Ex quo doctis videtur sensus ille Epigram. matarij poetæ: Cum te non nossem, dominum regemque vocabam. *Porrigas.*] Lego pergas. optat enim, ut pergat iter dextrum, hoc est prosperum & faustum: dextrum enim passim vsurpatur pro fausto & prospero. *Succen-*

*sebam.* Jirafcebar mihi ipsi. Succensere, irasci est iusta de causa. *Vesperæ.* ]horæ vespertinæ. *Fructum.* ]concubitum complexumque Fotidis significat. *Conferat mari ac terræ.* ] Cùm ait mari, refertur ad naufragium, quo in mari Diophanis nauis turbinibus procellarum quassata, rebus omnibus amissis demersa est: terra verò inquit, propter latrocinalem manum, quæ in terra inuasit reliquias Diophanis bonorum. *Fatigationis saucio.* ] Noua locutio, vt dicas Saucius fatigationis hesternæ pro eo quod est, defessus labore peregrinationis pridianæ. Medici, & Plinius noster, acopa appellant medicamenta lassitudinis, imposito ex re vocabulo. Hinc acopis quoque gemma dicta est, cum qua oleum sufferuefactum perunctis lassitudinem soluit. *Faceffo.* ] abscedo in cubiculum. Aliàs faceffere pro facere: vt illud, iussa faceffunt. *Nam & pueris.* ] Sensus est, Seruis instratum fuisse lectulum extra limen cubiculi sui, sibi verò procul ab his, ne illi subauscultare possent nocturnas coeuntium voces. Ex Luciano sumptum, qui Græcè ait: *τοῦ δὲ πρῶτου ἵστατο ἔξω τοῦ κλισίου.* id est, seruo extrinsecus stratus erat lectus. Appellatione autem puerorum seruos significari, quis ignorat? ex quo illud Plautinum, Pueri mensam apponite. & illud, Puere pulta. Inde apud priscos marcipores & publipores nominati, quasi pueri, hoc est serui Marci & Publij. *Arbitrio.* ] speculatu, contemplatūque. Arbitrari enim est spectare. Plautus: Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. Hinc arbitrum vocamus iudicem, qui totius rei habeat arbitrium & facultatem: quia scilicet arbitratur, hoc est spectat & explorat diligenter controuersiam litigatorum. & arbitrium dicitur sententia, quæ ab arbitro statuitur: & arbitrarium, cùm adhuc res apud arbitrum geritur. Quidam, qui non legere quæ à Luciano scripta sunt, pro pueris emendarunt prius. Alij, vt pueri: sed malè, cùm sententiæ Luciani, vnde hæc mutuantur, nostra lectio ad amussim quadret. Potest & hoc de pueris extra limen, non indoctè neque ineleganter referri ad seruos liminis custodes, quos liminarchas vocant: de quibus sensisse videtur Silius in primo Punicorum, Famuli turbato ad limina somno Expauere truce per vasta silentia vocem. Vbi famuli ad limina, signantur liminarchæ, hoc est liminis præfecti, cubiculique custodes. Attamen apud Iuriconsultos tit. de muneribus & honoribus, liminarchæ ponuntur pro militibus, qui imperij limitibus atque confinio præficiuntur: quos limitarchas dicere possis, quasi limitum præfectos, qui & limitanei nominantur ab historicis. Volumine quoque Codicis imperatorij 12. mentio fit de limitaneis militibus, & limitaneis agris. Vbi limitanei agri dicuntur, qui sunt in limitibus,

bus, hoc est, collimitio atque confinio collocati. Limentinum Deum vocant, qui limini præest. *Quàm procul distractum.*] Videtur legendum distractum: vt à sternendo distractum intelligas, nõ à distrahendo distractum. Vt sit sensus: Stratum fuisse lectum & mensam pueris quàm procul à grabato Apuleij. *Assistit mensula.*] Lego mensula, vt sit rectus casus, & hoc totum colon cum inferioribus iungendum: Grabatulum meum assistit mensula. Est enim sensus: grabatulo assistebat mensula, cum reliquiis cœnæ & poculis. Ex Luciano totum, qui sic scribit: *αρχιπέζα δὲ τῆ κλῆνῃ παρεστῆκε, ποτήριον ἔχουσα, καὶ οἶνος ἀπὲ παράκτου, καὶ ὕδαρ ἴτοιμον καὶ ψυχρὸν καὶ θερμὸν*: hoc est, Mensula iuxta lectum astabat, poculum habens, & vinum adiacebat, & aqua frigida atque calida erat in promptu. *Laticæ.*] Latex dicitur omnis liquor: vnde & latex vini, latex aquæ, olei, absinthij, apud poëtas frequentissimè. Hic laticem pro vino accipimus: significat enim, calices bonos, hoc est, capaces, semiplenos fuisse, infuso vino præparatos ad temperiè aquæ sustinendam. Mos enim fuit veterum, modò frigida, modò calida aqua mixta portiones temperare. Ex quo illud Epigrammatarij: Frigida non desit, non deerit calda petenti. Item: Me conuiuat leget mixto quincunce, sed antè Incipiat positus quàm tepuisse calix. & apud Satyrographum: Calidæ gelidæque minister. M. Offilius comœdiarum histrio, cum in cœna calidam potionem in pultario poposcisset, repente expirauit, rigens nullo sentiente: donec accubantium proximus tepescere potionem admonet. *Lagena.*] *ποτήριον*, id est, poculum significat, hoc est, vas vinarium. Quint. Occidisset te, nisi nos lagena defecisset. Diminutium est laguncula. Plin. in Epistolis: Proinde cum venabere, licebit auctore me, vt panarium & lagunculam, sic etiam pugillares feras. *Officio cessim.*] Mendosissimus locus, qui, vt sentio, ita emendandus est: Orificio sensim dehiscente patescens. Significat enim lagenam fuisse in orificio, & in summa parte patentiorem, in imo angustiorem: sicut sunt pleraque id genus vasa vinaria, ex quibus facilius est haustus. Igitur patebat lagena, & patula fiebat summo orificio dehiscentes, id est, sese expandente atque aperiente: sensim tamen, ob venustatem. Orificium autem dicimus, vt opificium, ab ore: est enim summum os, & hiatus ac pator. Scribit Macrobius duo esse ventris orificia, quorum superius erectum, recipit, deuoratque, & in follem ventris recondit: inferius verò demissum, intestinis adiacentibus inseritur, & inde via est egerendi. *Ante cœnia.*] Nouator verborum non minùs eleganter quàm licenter appellat lagenam Veneris antecœniam, tanquam prægustatio quædam sit

& prælium ac præparatio ad palæstram Veneriam exercendam. Virum enim subsequitur libido. nam sine Cerere & Bacco friget Venus. Vnde Horatius scitissime crateram vini, sodalem Veneris appellat. Dicitur autem antecœna, quasi ante cœnam sumpta, dictione composita ex integro & corrupto: sicut Martial. finxit Domicœnum, quod domi cœnare significat. *Veneris gladiatoria.* ] tanquam palæstra Veneris sit pugna quædam gladiatoria, & amatores in concubitu præliantur atque confligant.

*Commodum.* ] *vix tunc primum.*  
*Rosa ferta.* ] Lucianus: *ῥοσὸν ἑρμαίων*  
*ῥοσὸν ποικίλον κατὰ πρῶτον*  
 id est, rosæ multæ per strata spargebantur. *Tuberante.* ] tumescente. Rosæ enim solutæ in sinu & gremio extuberare ac tumescere videntur. Prouerbiū verus obiter referendū est, quod erit, Nec mulieri nec gremio credi oportet: cum & illa incerti & leuis animi sit, & plerumq; in gremio posita cum in obliuionē venerunt exurgentium procidant. *Præsim.* ] cū præfutura, quod amantium est, ut scilicet oscula infigant imprimantq; præfisis labellis. aduerbiū est. *Corollis reuincto.* ] Hoc totū

*Commodum cubueram: & ecce Fetis mea iam domina cubitum reddita, iam et proximat rosa ferta, & rosa soluta in sinu tuberante, ac me præsim de osculato, & corollis reuincto, ac flore prospero, arripit poculum: ac desuper aqua calida iniecta, porrigit ut bibam, idque modicum, prius quam totum exorberem, clementer innadit.* *Ac relictum paululatim labellis minuens, meque respiciens, sorbillat dulciter, sequensque & tertium inter nos vicissim & frequens alternat poculum.* Cum ego iam vino madens, nec animo tantum, verum etiam corpore ipso ad libidinem inquires alioquin, & petulans, etiam saucius, paulisper inguinum sanè lacinia remota, impatientiam veneris Fottidi me monstrans, Miserere (inquā) & subueni maturius. Nam, ut vides, prælio, quod nobis sine finali officio indixeras, iam proximante vehementer intentus, ubi primam sagittam saui Cupidinis in ima præcordia mea delapsam excepi, arcum meum & ipse vigore tetendi, & oppidò formido ne nervus rigoris nimietate rumpatur. Sed ut mihi



*vt mihi morem plenius gesseris in effu-  
sum laxa crinem, & capillo fluente un-  
danter ede complexus amabiles.*

amatoris specimē  
est & argumentū,  
vt coronis ama-  
tor ab amica re-

uinciatur, ac floribus oppleatur. Sutiles coronæ, vt auctor est Plin. solemnnes in cœnis fuerunt, & in potu atque hilaritate præcipuè vsurpabantur. Interdum & coronas ipsas bibebant, quòd exemplo Cleopatrx satis liquet, quæ in coniuiali hilaritate inuitauit Antonium, vt coronas biberet. Strophia antiqui appellarūt, vnde nata strophiola. Cùm verò ex floribus fierent ferta, à ferendo seruiæ appellabantur: à coronis corollæ, diminutiuo vocabulo propter gracilitatem nominatæ. Vnde & corollaria, de quibus apud Tranquillum copiosius, & mox suo loco dicemus. *Aqua calida iniecta.* ] Dudum diximus, quòd mixtura calidæ pocula temperabantur. Omnem decoctam aquam vtiliorem esse conuenit: item calefactam magis refrigerari, subtilissimo inuento: vt tradit Plin. noster libr. 31. Neronis principis inuentum est, decoquere aquam, vltroque demissam in niues refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitis niuis. Hinc illa in desperatione apud Suetonium vox, Hæc est decocta Neronis. *Paulatim.* ] minutatim, & (vt inquit Plautus) ductim: quod cum quadam inter bibendum cunctatione à potoribus fieri solet. *Sorbilat.* ] sorbillo haurit. Plautus in Penulo: Hem mihi, iam video prope victi tantum sorbillo: hoc est, sorbitione. Ex animantibus alia sugunt, alia lambunt, alia sorbent. Appius Auferius repentina morte obiit, cùm sorberet ouum. Ouum sorbile vel molle imbecillissimæ materiæ est, vt inquit Celsus: qui crassio rem quoque pituitam fieri tradit ouis sorbilibus. *Sequens, & tertium.* ] Prima viri cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatē, quarta ad insaniam. Nihil sic inflammat medullas, & titillat mēbra genitalia, sicut vinum: cui natura est exhausto accedendi calore viscera intus: quo nihil est perniciosius, si modus absit. Gloriam bibendi virtute Parthi quærun: famam hinc apud Græcos Alcibiades meruit. Cicero, M. Ciceronis illius inclitissimi oratoris filius, auidissimè apprehendit gloriam ebrietatis, qui binos congios simul haurire solitus erat: à quo olim marcido ac temulentò scyphus impactus est M. Agrippæ. Prouerbiū vetus est, Sapientiam vino obumbrari: quo nihil potest esse fœdus, cùm vino mens hominis obbrutescat, & vertigine caliget. Libet interdum talia transcursu interspergere, ad castigandos non paucos, qui ad vina perdenda geniti sunt: qui ob hoc tantum se natos esse arbitrantur, vt bibant. Quod olim de Bonoso impera-

tore Romano Aurelianus dictitabat: Non ut viuat, inquit, natus est, sed ut bibat: qui bibit quantum hominum nemo. in quo fuit hoc mirabile ut quantum bibisset, tantum mingeret. qui cum laqueo vitam finiisset, talis extitit iocus: Amphoram pendere, non hominem. Fuit quidam ex numero phagonum siue comedonum, quo vehementissimè delectatus est Aurelianus: qui, ut refert Flavius Vopiscus, bibebat infundibulo plus orca. Est autem infundibulum, ut id quoque transeunter annotemus, instrumentum vinarium, quo vinum in dolium infunditur. Præcipit Cato, ut villicus habeat infundibula duo. Legitur in monumentis Hebræorum, quosdam esse ex his qui audiunt sapientem, similes infundibulo: tales nihil continere, qui sicut infundibulum, quantum hauriunt, tantumdem transmittunt. Orca autem vas est sicarium, teres atque vniformi specie, dicta à similitudine orcæ marinæ beluæ. Præcipit Columella, in orcas picatas meridiano tempore calentem ficum condi, & calcari diligenter oportere. Plin. quoque in 15. Vbi copia, inquit, ficorum abundat, implentur orcæ. M. Varro orcæ capit pro vase vinario, cum in primo de Rustica sic scribit: Quod sæpe vbi conditum nouum vinum, orcæ, ut in Hispania, feruore multum ruptæ: nec non & dolia, ut in Italia, ne vinum prolueret. Apud Persium pro vase falsamentorū capitur, illo versu: Menaque quod nondum prima defecerit orca. & hæc notiora. Illud remotius, orcæ dici vasculum aleatorium, quod coniectæ agitæq; tesseræ & tali mittuntur in aleam, ad euitandas aleatorum imposturas: à Martiali dicitur turricula, ab Horatio pyrgus. In hoc significato accipitur apud Persium sic scribentem: Angustæ collo non fallier orcæ. Vbi grammatici meras nugas effutunt. Huic sententiæ nostræ euidenter astipulatur illud Pomponij: Iterum dum contemplor orcæ, taxillos perdi. *Corpore ipso.*] Aliquando, ut inquit verissimè Augustinus, cum in animo concupiscentia ferueat, friget in corpore, & ille libidinis morus destituit inhiantem: ex quo fit, ut libidini libido non feruiat. Nunc ait Apuleius, & animo & corpore sese ad libidinem fuisse incitatissimum. *Inquiens.*] Lege inquietus, vel inquietus, ut antiqui dictitabant: quo vocabulo idem significatur quod inquietus. & est adiectiuum. Lilius: Iam sibi satis gloriæ quæ situm, & potuisse se desinere, ni animus inquietus pasceretur opere. A Plinio dicitur inquietus pro inquietudine, si modò fas est Latino homini inquietudinem usurpare. sic enim inquit in 14. Furiales somni & inquietus nocturna. *Saucius inguinum.*] pro inguinibus, figuratè locutus est. Veteres enim genitiuum pro ablatiuo frequenter usurpant: ut, præstans animi, fœlix animi. Ita &

Saucius

Saucius inguinum dicitur oppidò quàm eleganter, habens in-  
guina tumentia. Sicut enim membra in homine saucio intumes-  
cunt, sic saucius inguinum dicitur, cuius turgent genitalia ex li-  
bidinis desiderio. Hora. Tument tibi cum inguina. *Sine.*] Tersior  
lectio est Sanè. *Sine finali officio.*] tanquam nullus finis venerij  
prælij esset futurus. Quidam legunt sine feriali officio: quod  
perinde est ac si dicas, sine cessatione. Verbum est Iuriconsulto-  
rum, ut in causa finali. *Arcum meum.*] Perstat in translatione. Nā  
cūm præmiserit, sagittam Cupidinis qua ille amatores ferit,  
meritò subintulit, Arcum tetendit: quod planè referendum est  
ad genitalia, quæ vigore nerui instar arcus tenduntur. Scribit  
Plin. camelino genitali arcus intendi à populis Orientis. Ad con-  
similem significantiam alludit Ouid. cūm ait in carmine obsceno:  
Nemo meo meliùs neruum tendebat Vlysse: Siue illud laterum,  
seu fuit artis opus. Item in Amorum voluminibus: Penelope  
vires iuuequm tentabat in arcu: Qui latus argueret, corneus  
arcus erat. Nam cūm de arcu simplicius loqui videatur, quem  
proci tendere nequiuerit, & solus Vlysses tetendit, prout latissimè  
canit Homerus: tamen occultè alludit ad arcum & neruum ge-  
nitalium, de quo neruo Horat. Cuius in indomito constantior  
inguine neruus. *Et oppidò formido.*] valdè timeo. *In effusum laxa  
crinem.*] Petit à Fotide, ut comam soluat, ut capillos habeat effu-  
sos, dissolutosque, qui vndanter fluant, verbum est imperantis,  
Laxa.

*Nec mora, cum omnibus illis ciba-  
rijs, vasculis raptim remotis, lacinijs cū  
etis suis renudata, crinibusq; dissolutis  
ad hilarè lasciniā, in speciem Veneris  
quæ marinos fluctus subit, pulchrè refor-  
mat, paulisper etiam glabella fœmina,  
vel rosea, palmula potius obumbrans  
de industria, quàm tegens verecunda:  
Præliare, inquit, & fortiter præliare.  
nec enim tibi cedam, nec terga vertam.  
cominus in aspectum, si vir es, dirigere,  
& grassare gnaviter, & occide mori-  
turus. hodierna pugna non habet missio-  
nem. Hæc simul dicens, in scenso graba-*

*Lacinijs renuda-  
ta.*] exutis vesti-  
mentis omnibus,  
etiam interula, si-  
ue camisia deposti-  
ta. In amore enim  
vix vlla etiam nu-  
da, sat nuda est. *In  
speciem Veneris re-  
formata.*] Laus ma-  
gna Photidis cuius  
nudæ formæ  
comparat Veneri,  
quæ nuda subit  
marinos fluctus, &  
nuda illic exit: ut-  
potè ex maris spu  
magenta. Venerè

nudam è mari ex-  
 euntem pinxit A-  
 pelles, quæ Ana-  
 dyomene vocatur:  
 quo opere nihil  
 absolutius iudi-  
 cant eruditi. Ana-  
 dyomene autem  
 Græca appella-  
 tione dicitur emergens, siue exiens, siue egrediens ex mari. *Glabella.* } delicata, & læuore cutis venusta. Glaber, & per diminu-  
 tionem glabellus dicitur, læuis, politus, & sine pilis. Verbum ve-  
 tus est deglabrare, quod significat depilare, & glabrum facere.  
 Glabreta antiqui loca dixerunt, quasi caloata, quæ fruticibus nu-  
 da sunt, vt potè nihil gignentia: quæ Græci phalacras vocant, à si-  
 militudine caluitii, quod phalacron dicunt. Vnde phalacrocora-  
 ces, calui corui. Hinc apud Suetonium vicus, in quo natus est  
 Vespasianus, Phalacrine nomen duxisse videri potest: quod ea lo-  
 ca essent phalacra, hoc est calueta siue glabreta: id est, fruticibus  
 viduata, & penitus sterilia: quamuis in commentariis coniecta-  
 toriè tradiderimus, nomen Phalacrine inditum videri posse ex  
 eo, quod homines calui illic nascerentur: quos Græci *φαλακροί*  
 vocant. De glabretis ait Columella: Et glabreta signis adhibitis  
 notari conuenit, vt suo tempore eiusmodi vitiis medeamur. Ab  
 eodem decenter dicitur, glabrescit area: pro eo quod est, fit gla-  
 bra, & sine herbis. *Quam tegens verecundia.* } Lego verecunda. vt  
 fit sensus: Photidem manu expansa non tam texisse, quàm obū-  
 brasse verecunda, hoc est genitalia: qui mos est mulieribus pro-  
 pè peculiaris, vt pudenda conspici nolint, quorum membrorum  
 nuditas erubescēda: & (vt auctor est Augustinus volumine 14. de  
 Ciuitate Dei) omnes gentes ad eò tenent in vsu pudenda velare,  
 vt quidam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas ha-  
 beant, sed cum earum tegumentis lauent: apud Romanos nudi  
 iuuenes corpora in campo exercentes, pudenda operiebant, vnde  
 ita succinctos vulgus campestratos appellat. *Præliare.* } congressu  
 scilicet & pugna venerea. *Nec terga vortam.* } Translatio à bellato-  
 ribus, qui cominùs & aduerso pectore depugnant, neque tergi-  
 uersantes, neque cedentes: cùm eius sit terga vertere, qui timidus  
 est, & fugere malit quàm mori. *Missionem.* } Hoc est quod supra  
 dixit, Prælium nobis sine finali officio indixerat. Perstat in meta  
 phora prælij militaris. *Grassare gnauiter.* } strenuè depugna. Graf-  
 sari antiquitas ponebat pro adulari: modò latrocinale verbum  
 est. nam

est. nam grassari dicuntur latrones vias obsidentes videlicet ab impetu gradiendi. Vnde grassatores dicti, & grassaturæ. Mars & luna in 8. ab horoscopo loco sienul collocati grassatorem efficiunt, qui latrocinantem manum profusione sanguinis cruentabit. Interdum grassari honesta significatione significat ire & gradi. ut illud Siliij Italici, Grassandum ad clara Periclis. & Salustij: Animus ubi ad gloriâ virtutis via grassatur, abundè pollens potensque & clarus est. Gnauiter autem dicitur industrie, strenuè, celeriter, quod & nauiter: cuius contrarium est, Ignauiter. Nauus autem, celer ac strenuus, à nauium celeritate dictus, grammatici prothesin figuram appellant, quâdo appositio quædam literæ fit ad principium dictionis: ut gnatus pro natus, gnauus pro nauus, gnauiter pro nauiter. Noti inquit M. Tull. erant & nauis, & nari, quibus cum in præponi debet, dulcius visum est ignoti, ignauis, & ignari dicere, quàm, ut veritas postulabat. Crebrâ. } crebrò, nomen pro aduerbio. Virgil. Et pede terram Crebrâ ferit. *Mobilem spinam quæuens.* } In re venerea exigitur motus & agitatio: ut illæ meritò damnentur, quæ immobiles iacent: habet enim mobilitas illa nescio quid incentiuum & illicium, efficiatque venerem viris concinnioem. Ex quo est illud Epigrammatistæ: Nec motu dignaris opus, nec voce iuuare. Contra Sappho Ouidiana inquit: Crebrâque mobilitas, aptaque verba ioco. Lucretius motum illum concubitus efficere ait venerem concinnioem, qui tamen sit causa ne fœminæ concipiant. sic enim refert in quarto: Idque sua causa consuerunt scorta moueri, Ne complerentur crebrò, grauidæque iacerent, Et simul ipsa viris venus ut concinnior esset. Spina autem dorsualis à medicis longum cerebrum vocatur. Ex spinali medulla pudendis, atque etiam matrici, ut suum ministerium impleant, nerui ministrantur. *Pendula veneris* ] Eleganter pendulam venerem vocat, quæ fit à fœmina superstante. de quo concubitu inquit Ouid. Parua vehatur equo: quod erat longissima, nunquam Thebais Hectoreo nupta resedit equo, Plerisque quadrupedum, ut inquit Plin. fœminæ in coitu superueniunt. *Artubus.* } languentibus membris. Quid est inquit Aristoteles in Problematis, quod homo inter cætera animantia à concubitu dissoluitur & languescit? An quod semen pro sui corporis proportionem plurimum emittit? qui verò multum geniturae siue spermatis emittit, pallefcit ac debilitatur, non secus quam debilitaretur, si quadrupes tantum de sanguine emitteret. Quod ideò fit, quia sperma siue genitura gignitur ex sanguine optimè digesto, quarta nouissimaque digestionis: auctor Albertus Magnus. Dicere solebat Pythagoras, tunc

aphrodisia, id est, venerea exercenda esse, cum teipso infirmior fieri vis. Venerem damnat Democritus, cuius raritatem vtiliorem esse verissime sentit Plinius noster. & ante Plinium dixerat Cor. Celsus propè ex oraculo: Concubitus rarus corpus excitat, frequens soluit. Ab artubus membrorum, deriuatur artuatus: que dictio significat dissipatum, & quasi per artus laceratum. Mater-nus in quinto: Ut sic artuatis viscerum partibus, membra omnia crudelis artificij præsidio proferantur. Fit & verbum deartuare, quod est quasi per artus concidere. Plautus: Deartuatus sum miser. *Simul ambo corruimus.* } Illa est omnibus numeris solida voluptas, qua vir & fœmina coeunt simul commoriuntur. Quid. Ad metam properare simul: tunc plena voluptas, Cum pariter victi fœmina virque iacent. Vulgò creditur ad concipiendum necessariam esse vtriusque coeuntis cum voluptate, pari que concursu seminis profusionem: quod negat Aristoteles qui libr. i. de generatione animalium, fœminas sæpenuerò concipere affirmat, sine ea quæ per coitum fit voluptate: quod & reliqui Peripatetici testantur.

*Colluctationibus.* } tanquam palæstra quædam & luctatio fit Veneris concubitus. Ideoque Domitianus clinopalem vocabat libidinis assiduitatem, velut palæstram lecti, & exercitamentum. *Libidinem incitantes.* } Isocolon est, qua figura propè peculiariter ubique locorum vitur Apuleius: Latine dicitur Compar. *Impendio.* } valde: aduerbium est. *Negavit veniam.* } Dixit se mihi non ignoru-

*His & huiuscemodi colluctationibus ad confinia lucis usque pernigiles egimus, poculis interdum lassitudinem resouentes & libidinem incitantes, & voluptatem integrantes. Ad cuius notis exemplar similes astruximus alias plusculas. Fortè quadam die mecum magnopere Byrrhena contendit, apud eam cœnula interesset & cum impendio excusarem, negavit veniam. Ergo igitur Fotis erat adeunda, deque nutu consilium, velut auspicium petendum. Que quanquam inuita, quod à se vngue latius digrederet, tamen comiter amatorie militie breuem commeatum indulxit. Sed heus tu, inquit, caue regrediare cœna maturius: nam vasana factione nobilissimorum iuuenum pace publica infecta, passim trucidatos per medias*



*medias plateas videbis iacere. Nec praesidis auxilia longinqua leuare ciuitatem tanta clade possunt. Tibi verò fortuna splendor insidias, contemptus etiam peregrinationis poterit asferre. Fac sine cura, inquam sis, Fortis mea. Nam praeter quòd epulis alienis voluptates meas anteferrem, metum etiam istum tibi demam maturata regressione. Nec tamen in comitatus ibo: nam gladio solito cinctus altrinsecus, ipse salutis meae praesidia gestabo. Sic paratus caena me committo.*

ram, nec veniam daturam, nisi promississem me apud eam cenaturum. Consilium velut auspiciū petendum. } Quem admodum praesides & magistratus reguntur auspiciis, sine quibus nihil militiae domique agebatur: ita mihi, inquit, consilium erat petendum à Fortide,

vt magistratus auspicia ab auspiciis petere consueuerunt. Plin. de gallis gallinaceis scribens, sic refert: Hi magistratus nostros quotidie regunt, domusque ipsi suas claudunt aut referant: hi sacces Romanos impellunt aut retinent: iubent acies aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices. *Vnguem latus.* } vnguem latum, ac digitum transuersum, prouerbialiter vsurpamus, ad significandum interuallum oppidò quam pusillū: quanta scilicet est latitudo vnguis & digiti transuersi. Plau. in Aulularia: Digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris. Hieronymus & Cicero hac prouerbiali locutione decenter vtuntur. *Comiter.* } hilarè ac libenter, vt exponit Varro: aduerbium est. Comes (vt inquit Cicero) dicimus homines, faciles & benignos. *Amatorie militiae.* } Ouid. Militiae species amor est, discedite segnes. Item: Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido. *Vesana factio.* } Malorū consensu, & conspiratio dicitur factio. Aliàs factio signat opulentiā, vt illud Plauti ex Aulularia: Istas magnas factiones nihil moror. Olim factio honestū erat vocabulū, vnde factiones histrionū & quadrigariorū dictae: modò nomine factionis seditio & arma vocatur, & homines factiosi dicti. Sall. Erat Cn. Piso eodē tēpore adolescens nobilis, summè audacię, egenus, factiosus. Tertullianus in Apologetico: At è contrario illis nomē factionū accommodandū est, qui in odiū bonorū & proborū conspirant. *Infecta.* } Lego, infecit, hoc est, polluit, foedauit, perturbauit. *Per medias plateas.* } non clam, sed palam, & in propatulo, cedes à factione vesana fieri solitas significat. Platea autē media producta enūciatur, si Donato credimus, qui enarrās illud

Terentianum, In hac platea dicunt habitasse Chrysidem, hoc in-  
 nuit, cum ait, Græci *πλατῆας* dixerunt, quam nos plateam dici-  
 mus: secundum formam eiusmodi, *μὲν δὲ* & Medeam, *αὐτὸν εἶον*  
 & spondeum scribimus: tamen apud Horat. & Aufonium platea  
 profertur media correpta. sic enim in epistolis Horatii legitur:  
 Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstat. *Præsidis auxilio.*  
 Congruit bono & graui præsidii, ut Vlpiani verbis utar, curare ut  
 pacata & quieta prouincia sit quam regit: quod non difficile ob-  
 tinebit, si sollicitè agat, ut malis hominibus prouincia careat, eos-  
 que conquirit. nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures con-  
 quirere debet: & prout quisque deliquerit, in eum animaduerte-  
 re, præses prouinciæ, ut inquit Paulus, in sua prouincia tantum  
 imperium habet, & habet interdum imperium aduersus extra-  
 neos homines, si qui malum commiserint. nam & in mandatis  
 principum est, ut curet is qui prouinciæ præest, malis homini-  
 bus carere prouinciam. Præsidis autem nomen generale est, quo  
 omnes prouincias regentes appellantur. Quod autem dixit Vl-  
 pianus, plagiarios conquiri à præside debere, scito nomine pla-  
 garij non tam eum significari qui furripit alienos seruos, ut au-  
 tumat Accursius, quam eum qui liberum hominem asserit in  
 seruitutem: quique hominem emit, què scit liberum esse: & qui hu-  
 iusmodi hominè sciens vedit, aut pro seruo tenet. Dicitur plagia-  
 rius, quòd lege Phania plagis damnatus esset: ipsa verò lex pla-  
 garia, crimen plagium vocatur. Martial. decenti metaphora pla-  
 garium appellat furem librorum suorum, qui illos tanquam  
 suos tenet in seruitute. Ego opinor potius plagarium à vocabu-  
 lo Græco duci, id est *πλαγίω*, quod significat obliquum & trans-  
 uersum: & *πλαγιάζω* dicitur obliquo. nam qui plagiarius est, qua-  
 si ex obliquo & transuerso in seruitutem trahit illum qui liber  
 sit. præterè in plagario syllaba prima corripitur, in plaga pro-  
 ducitur. *Contemptus peregrinationis.* } Peregrini dum contemnan-  
 tur, insidiis magis obnoxij sunt: cum naturaliter ciuibus nostris  
 magis, quàm peregrinis faueamus. Cuius rei argumentò est ex-  
 emplum illud Agoracriti & Alcamenis Atheniensis. Nam cū  
 duo hi sculptores, in marmore sculpendo clarissimi, Venerem  
 fecissent, vicit Alcamenes non opere, sed Atheniensium suffra-  
 gijs, qui contra peregrinum suo fauerunt. Præcipit Plato libr. 8.  
 de Legibus, peregrinos post exactos 20. annos, alligatis farcinul-  
 lis, ex ciuitate in qua habitauerint migrare debere. Idem libr. 9.  
 peregrinum ob homicidium maiori mulcta afficiendum esse,  
 quàm indigenam. Item libro 11. iubet, ut peregrini duntaxat &  
 aduenæ cauponarias exercitationes faciant. *Contemptus poni-*  
 tur pro

tur pro contemptione. *Nec incomitatus*. } Comes fidissimus est gladius, quoque comitatum iturum sese spondet Apuleius. *Gladiolo*. } Quidam ex veteribus gladia neutraliter dixerunt, genere excidentes: ut notat Quintil. Gladiola dixit Messala. Gladium, à clade, C in G commutato, dici autumat M. Varro: quia fit ad hostium cladem. Lacedæmonij primi, auctore Plinio, gladium invenerunt. *Alvinsecus*. } altiore corporis parte. Aduerbum est, vel ab altero latere: sic enim machærophori gladium ad latus alterum alligatum gestare consueverunt. *Cana*. } ad quam scilicet inuitauerat me Byrrhena.

*Frequens ibi numerus epulonum. & (utpotè apud primatem sceminam) flos ipse ciuitatis, opipares citro & ebore nitescentes lecti, aureis vestibibus intecti, amplii calices: varia quidem gratia: sed pretiositatis unius. Hic vitrum assabre sigillatum, ibi crystallum impictum: argenteum alibi clarum, & aurum fulgurans, & succinum mirè cauatum, & lapides ut bibas: & quicquid fieri non potest, ibi est. diriuiores plusculi, splendide amicti: sercula copiosa, scituè subministrata: pueri calamistrati, pulchre inclusiati, gemmas formatas in pocula vini vetusti frequenter offerre. Iam illatis luminibus epularis sermo percrebuit: iam risus adfluens, & ioci liberales, & canillus hincinde.*

*Epulonum*. } conuiuiarum. Ab epulis epulones dicti, & pro conuictoribus accipiuntur. Antiqui epulonos dicebant, quos nunc epulones dicunt, & significabantur hi qui habebant indicendi epulas Ioui ceterisque dijs potestatem pontifices veteres, auctor est M. T. in 3. de Oratore, tres viros epulones esse voluerunt, à quibus fieret ludorum epulare sacrificiū. Mox numerus epulonum auctus,

& pro tribus septem esse cœperunt: de quibus intelligi voluit Lucanus illo versu, Septem virque epulis festus, Titique sodales, Plin. quoque iunior scribit, Marium Bethecū fuisse septem virū epulonum. Sodales autem Titij (ut id quoque transeunter attingam) apud Lucanum significantur sacerdotes, dicti ab titiis auibus, quas in augustiis certis obseruare solent. Coëpulus Plauto dictus conuictor, & iisdem epulis vescens. Sic enim ait in Persa: O mi Iupiter terrestris & coëpulus compellatiuus. Vbi annotandum, quòd copulatiuus, quàm compellatiuus, emendatius

quadrat Plautinæ sententiæ. Prisci scitissimè facetissimèque epulones Deos parasitos Iouis appellauerunt, & ad illius mensam constituerunt. Lex conuiuialis præcipit, ne in conuiuio epulones, hoc est conuiuæ plures sint quàm nouem, nec pauciores quàm tres. oportet enim numerum conuiuiarum à Gratiarum numero incipere, & progredi ad Musarum: id est, proficisci à tribus & consistere in nouem: nam multos esse, inquit M. Varro, non conuenit, quod turba plerumque est turbulenta. Notissimum dictum est de numero conuiuiarum, prout meminit Iulius Capitolinus: Septem conuiuium, nouem verò conuicium. Archelstratus poëta Græcus: Conuiuæ, inquit, aut tres, aut quatuor, aut non plures quinque sunt: aliàs mercenariorum & rapto uiuentium conuentus fuerit. Athenæus quoque auctor est, olim non plures quinque in conuiuium adhiberi solitos. *Opipares lecti.*] Dicimus opipares, & opiparos, vt exanimis, & exanimos, vt inermes, & inermos, in secundo & tertio ordine. Opiparum autem antiqui dicebant magnarum opum apparatus, vt opiparum conuiuium. à Plauto in Persa, opiparæ Athenæ dictæ, pro opulentæ & magnificæ: à quo opiparè, abundanter, copiose. Hic lecti opipares significantur mensæ magnificæ ac pretiosæ, utpotè ex citro & ebore confectæ. nam, vt inquit Plin. mensis citreis nihil erat pretiosius. Olim Cethegus mensam citream permutauerat fundi ratione. Rotundæ erant & orbiculatæ. Mensis citreis præcipua dos in vena crispis: tigrinæ & pantherinæ vocabantur. multus color in his maximè probabatur: de quibus Lucanus, Mart. Iuuenalis, Seneca, scriptores omnes. Harum mensarum pedes ex ebore fiebant. ob id dixit Plinius: Eodem ebore numinum ora spectari, & mensarum pedes. Iuuenal. Latos nisi sustinet orbes Grande ebur. Epigrammaticus poëta: Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes. *Hinc vitrum fabre sigillatum.*] Vitrum aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo celatur. Sidon officinis quondam vitreariis nobilis. Vt vitri ad porandum argenti metalla & auri pepulit. Ferunt Tyberio principe excogitatum vitri temperamentum, vt flexibile esset: & totam officinam eius artificis abolitam, ne æris, argenti, auri, metallis pretia detraherentur: auctor Plinius libro trigesimo sexto. Græci hyalon vitrum vocant: vnde hyalinus color, vitreus. Virgilius, Carpebant hyali saturo fucata colore. Galienus Imperator aspernatus est calices vitreos, dicens, Nil vitro communius. Fabre, eleganter, & ad amissim celatum. *Crystallum impietum.*] Crystallum glaciem esse certum est: vnde & nomen Græci dedere: κρύσταλλος enim Græcè glacies, & κρύσταλλος glacialis. hinc illud in obsceno carmine:

carmine: Rigétque dura barba vincta crystallo. auctor est Xenocrates, vas amphorale ex crystallo vsum. Poculis crystallinis maxima auctoritas. Nero amissarum rerum nuntio accepto, duos calices crystallinos in suprema ira fregit illisos. Materfamiliâs olim mercata est trullam crystallinam festernis centum quinquaginta millibus. Impictum autem crystallum appellat, vel quasi non pictum, & sincerum, quale dicitur asyntheton: vel quia pingi solitum est, quod & Plinius refert, scribens ex crystallo tingi smaragdos, aliâque translucentes gemmas. In frigido potu maximè crystallina commendantur, cum materia illa sit caloris impatiens. *Argentum alibi clarum.*] Argentea suppellex, & argentea vasa in apparatus mensarum regiarum vsurpantur, vtpotè pretiosissimus. Lances ex centenibus libris argenti super quingentas numero Romæ fuisse constat. Cornelius Nepos tradit, triclinia Romæ argentea fuisse: repositoriis argentum addi sua memoria cœptum, Fenestella dicit, Lectos operuisse argento totos primus traditur Catbilius Pollio, eques Romanus: qui aureos fecit. Vasa coquinaria ex argento Calvus orator fieri queritur. Anaglypha vocant vasa, quæ in asperitatem excisa sunt: vt Plinius ostendit in 33. de quibus epigrammatista: Et mensis anaglypta de paternis. Dixit Maro, Cymbiâque ex auro perfecta atque aspera signis. Interpretatur Seruius anaglypha significati. In argento autem clariorem colorem esse quàm in auro, magis que dici similem, tradit idem Plin. Ideoque miliaribus signis familiariorem, quoniam is longius fulget. Græci ἀργύριον argentum vocant, vnde argyraspides à clypeis argentatis dicti milites Alexandri. & Apollo argyrotoxos apud Homerum cognominatus, ab arcu argenteo. & gemma argyrodamas, quam & androdamanta vocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat. *Aurum fulgurans.*] Quærit Plin. cur aurum prælatum sit cæteris metallis: quia, inquit, rerum vni nihil igne deperit. quinimò quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem: aurique experimento ignis est. Idque ipsum obryzum vocant, quasi sincerum, quod valde pretiosum est: idque ecclesiastici scriptores ophir appellant, vt docet Fortunatus. Altera causa pretij maior in auro est, quod minimum vsus deterit. super cætera, non rubigo vlla est, non ærugo, non aliad ex ipso quod consumat bonitatem, minuâtque pondus. Messala orator prodidit, Antonium Triumvirum aureis vsum vasis in omnibus obscœnis desiderijs. Ptolemæus olim mille conuiuas totidem aureis poculis saginasse fertur, immutans vasa cum ferculis. *Succinum mirè sanatum.*] Prisci crediderunt, succum arboris succinû esse: & no-

men argumento est, vt auctor est Plinius. A Germanis appellatur glessum : & ob id insularum vna in septentrionali Oceano Glessaria nominata. Liquidum primò distillare, indicio sunt quædam intus translucentia, vt fomicæ, culices, lacertæ. Candidum odoris præstantissimi, fuluo maior auctoritas: summa laus Phalerno, ita à vini colore dicto. Attritu digitorum accepta vi caloris, attrahit in se pæneas & folia arida, vt magnes lapis ferrum: vnde harpaga à rapiendo vocitarunt. Taxatio succini in deliciis maxima est, in tantum vt hominis quamuis parua ex succino effigies viuorum hominum, vigentiùmque pretia superet. Domitius Nero princeps capillos vxoris suæ Poppææ succinos appellabat. Alio nomine electrum appellant à sole, ex fabula vulgatissima. Vocant & electrum metallum ex auri argentique mixtura, cui auctoritas fuit apud priscos, Homero teste, qui Menelai regiam electro fulgere tradit. Helena in templo Mineruæ sacrauit calicem ex electro, mammae suæ mensura. Iurisconsultus: Si quis, inquit, electrum ex alieno auro argentoque miscuerit. Iulius Capitolinus auctor est, Cor. Macrum pateram electrinam habuisse, quæ per conuiuas circumferretur, in cuius meditullio effigies Alexandri expressa visebatur: quod ideirco posui, quia dicuntur iuuari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum, vel auro gestitant, vel argento. *Cauatum.*] scilicet in pocula electrina. *Et lapides.*] Significat vel lapides pretiosos in conuiuio Byrrhenæ fuisse excauatos ad pocula, vel calyces potorios lapidibus & gemmis ornatos. de quibus Martialis: Gemmatis Scythicis vt luceat ignibus aurum, Aspice quot digitos exuit iste calix. & Satyrographus: Nam viro vt multi gemmas ad pocula transfert A digitis. Plin. quoque sic inquit: Turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices. Quod autem ex lapidibus pocula figurarentur, docet idem Plinius, qui tradit vasa potoria ex onichyte lapide, & ex murra escaria facta. Aliorùm quoque lapidum commemorat rex, quibus pocula fierent. Quinetiam M. T. in Verrinis autumat, trullam ex vna gemma excauatam fuisse. *Diribitores plusculi.*] Antiqui diribitorum appellatione intelligi vouerunt ministros, distributorésque: qua dictione præter Apuleium vsi sunt Ammianus Marcellinus & Cicero. In antiquissimo Latino lexico scriptum legitur: diribitorium, à diribendo, hoc est distribuendo nominatum fuisse locum, in quo stipendia militibus numerarentur. Fortassis hinc vocabulum diribitoris: super qua dictione non pauca annotauimus in s. Suetonij commentario. sic scribentis: Cùm Æmiliana pertinaciùs arderet in diribitorio duabus noctibus mansit. *Scitulè.*] decenter & pulchre:



chrè : in conuiuio enim hoc maximè spectatur , vt fercula non tam sint copiosa,quàm eleganter & nitidè mensis importata, illatàque: vbi Istructores ex arte Istructoria decenter fecent altilia & pisces. Scitus, elegans: & pulchrè apud priscos dicitur diminutiue scitulus apud Plaut. in Rudente : Sunt facie scitula. inde aduerbia, Scitè & scitulè. *Pueri calamistrati.*] Calamistratus puer, pro crispulo cirratòque, & calamistrata coma, quam M. T. probro dat Gabinio. Delicatorum enim est, & mollium, capillos inuere calamistro. Tales, vt inquit verissimè Seneca, suam mallent rempublicam turbari, quàm comam. M. Varro refert, calamistrum parari ob ornatum, quod calefactum in cinere capillos ornat. qui calamistrum ministrabat à cinere, cinerarius & ciniflo est appellatus. Ciniflonum meminit Horatius apud Plautum probroso conuicio dictum est, Cina de calamistrato. Hinc ministri significantur, crispa coma & anulatis calamistro capillis còspicui: quales in conuiujs regum esse decet. Papinianus celebràs Domitiani Saturnalia, ita laudat ministerium: Idæos totidem putes ministros. *Pulchrè inclusiati.*] Hoc est, eleganter vestiti. Legere malo Indusiati. est autem inclusium, vel potius indusium, vestimentum corpori adhærens, quasi intusium. Plautus in Epidico: Intusiatam, patagiatam, caltulam, aut croculam: quo veru significatur vestis indusium & patagium, de quo supra diximus. Caltulæ verò nomine, & croculæ, demonstratur vestis coloris caltæ & croci, ab herba calta, cuius color luteus est, caltula dicta, de qua Vir. Mollia luteola pingit vaccinia calta. Hinc ab eodem Plauto in Aulularia dicti indusiarj & caltuarj patagiarj, pro còfectoribus horum vestimentorum. quamuis in Plautinis codicibus non caltuarj scriptum sit, sed cerinarj: quasi à colore ceræ nominati, M. Varro intusium dicere maluit, quàm indusium: qui de indutu siue amictu scribens, sic inquit: Vnum quod foris ac palàm, pala: alterum, quod intus, à quo intusium. *Offerre.*] pro offerebant. Infinitiuus pro indicatiuo, quo historici & poëta vtuntur. *Epularis sermo.*] Ex præscripto legis coniuualis oportet conuiuas nec loquaces esse, nec mutos: quia eloquentia in foro, silentium verò in cubiculo esse debet. Sermo autem epularis hic est, qui inter epulas feritur: & debet esse iucundus atque inuitabilis, & cum quadam illecebra & voluptate vtilis. Dum vescimur, tunc tacendum est: ob hoc dixit Gellius: Interea puer venerat, & olla deferbuerat, tempùsque esse cœperat edendi & tacendi. *Ioci liberales.*] Nam dicteria omnia & scommata accommodata sunt coniuuali hilaritari: sed ioci minùs asperi, & dentatæ beluæ morsus in conuiuio dici & debent & solent. Apud

Græcos lædoria & scomma nominantur ioci mordaciores, & vrbalitas amarulenta. Sapiens, vt inquit Macrob. inter menfas & pocula præcipuè exercet id scommatis genus, hoc est, morsum figurarum, quod vrbantate regitur, nec femper ad amaritudinem pergit. Veteres nostri iocos dicitia dicebant. Plautus comicus, & Tul. orator, iocorum venustate cæteris præstitisse memorantur. Tyro Tullius Ciceronis libertus libros tres de patroni iocis composuit. Iocum id accipimus, vt docet Quintilianus in 6. quod est contrarium serio. M. Tul. in primo de Officiis: Duplex, inquit, est iocandi genus: vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum: alterum elegans, vrbantum, ingeniosum, facetum. Illiberali ioco abstinere, ingenuo vti debemus. Tunc autem ioco vti licet, cum serijs rebus satisfecerimus. *Cauillus hinc inde.* ] Ex omni parte conuiuij cauillationes resonabant: est enim cauillus, siue cauillatio, irrisio, & iocosa calumniatio, vt supra diximus.

*Templis & lauacris.* ] Consimiliter Sidonius Appollinaris, Narbonæ Galliæ ciuitatem à delubrorum & thermarum magnificentia commendat. *Pollemus affatim.* ] copia vtensilium abundamus. Affatim aduerbium est, quod admodum, abundanter, & copiose significat, vt grammatici autumant: cuius dictionis syllaba prima acuitur, & ita Probus grammaticus & veteres pronuntiabant: & testis est Gellius. Coniugitur ferè semper cum geniti-

*Tum insit ad me Byrrhena: Quàm comode versaris in nostra patria? Quod scia, templis & lauacris, & cæteris operibus, longè cunctas ciuitates antecellimus. vtensilium prætereà pollemus affatim. certa libertas, otiosa: & negotiosa quidem, adueniente Romana frequètia. modesto verò hospiti quies villatica, somnique denique prouincie voluptuarius secessus sumus. Adhæc ego. Vera memoras, nec vsquam gentium magis me liberum quam hic fuisse credidi. Sed oppidò formido cacas & inuitabiles latebras magice discipline. nã ne mortuorū quidem sepulchra tuta dicuntur: sed & bustis & rogis reliquæ quedam, & cadaverum præsegmina, ad exitiabiles viuentium fortunas petuntur. Et cantatrices ancule in ipso momento choragy, suæ neris perpeti celeritate alienâ sepulchram anteuertunt. His meis addit alius: Imò verò istic nec viuentibus quidem m*

*illis parcitur. & nescio quis simile passus, ore undique omnifariam deformato truncatus est.*

uo : vt affatim lignorum, affatim copiarum, affatim pecunia est apud

eruditos frequentissimum : & nos in superioribus annotauimus. *Certa libertas.* ] Laus illa est maxima ciuitatis, in qua sit libertas certa, & quaque tam ciuibus quam peregrinis. Vult, inquit Aristot. libr. 4. Politicorum, lex popularitatis pares esse diuites & pauperes, & utrosque iuxta & quales. Popularis enim libertas est, vt idem in 6. refert, propositum popularis reipub. est libertas, quae, vt iurisconsulti memorant, inestimabilis res est. de qua Plautinus leno sic: *Ædepol. libertas lepida res. Prisci festiuitatem libertatis colebant, Eleutheria, quasi dicas liberatoria appellantes. Plautus in Persa: Basilicè agito Eleutheria. Ociosa.* ] Pulchrior sensus est, si legas, *Ociosus & negotioso* quidem aduenæ, hoc intellectu: *Ociosis* hominibus in Hypata est certa libertas: negociatoribus verò aduenis, qui frequentia gaudent, hinc videtur esse tam frequens multitudo, quam Romæ conuiscitur, vel quòd Hypatam negociatores quoq; Romani frequentes colerent. nihil tamen iminuto ex priori lectione, cuius sensus subsistit. *Quies villatica.* ] Mirificum optimæ vrbs præconium, in qua hospites & alienigenæ ea quiete & otio degunt, qua in villa perfruuntur. Officium autem peregrini & incolæ est, vt præcipit M. T. nihil præter suum negotium agere, minimè in aliena esse Rep. curiosum. *Prouincia.* ] Thessaliam significat, vbi erat Hypata. *Magna.* ] Lego, magis. *Oppido.* ] valde. veteres antigerio dicebant, in eadem significatione. Sed verba quæ ab vltimis & iam oblitteratis sunt repetita temporibus, ea omittere debemus, si Quintiliano præcipienti credimus, qui ait, nihil esse odiosius affectatione. *Ex bustis & rogis.* ] Bustum propriè est locus, in quo mortuus est cõbustus & sepultus. Dicitur bustum, quasi bene vstum. Aliquãdo busta sepulturam vocamus. Ser. pyras, busta & rogos ita discriminat: *Pyra*, inquit, est lignorum cõgeries, *rogus* cum ardere cœperit, bustum verò iam exustum vocatur. Què ordinem seruat Virg. dicēs: *Ter circum accēsos decurrere rogos. itē, Semiuistaq; seruant busta.* Donatus verò sic refert in 11. *Æneid. cõmen.* Busta sunt, inquit, loca in quib. busta arserunt. Primò. n. pyra dicuntur, & rogi: postea busta vocantur, vbi arserunt. Apud Solonem pœna ex lege cõstituta est, si quis bustum violauerit, deiecerit. Bustum putat appellari M. T. quod Græci tumbam vocant. A busto, bustuarij gladiatores dicti, qui antè sepulchra depugnare solebant. *Cadaverum.* ] Apud Lucanum Erichtho, magarum formosissima, ossa ardētia ex medijs rogis rapit

ferales quoque vestes colligit, eadem desæuit in artus defunctorum, Immergitque manus oculis, gaudetque gelatos Effodisse orbis, & sicca pallida rodit Excrementa manus. Vbi annotandum, à Lucano excrementa manus dici, quæ alij resegmina vocant, & præsegmina: hoc est, excrementa purgamenta, quæ ex vnguibus eminulis subinde refecantur. Magi, vt tradit Plin. libr. duodetrigesimo: resegmina vnguium ex pedibus manibûsque cera permixta, tertianæ vel quartanæ febris mederi dicunt. Idem iubet, resegmina vnguium ad cauernas formicarum abijci, eamque quæ prima cœpit trahere correptam subnecti collo, & ita discuti morbum febris. Idem Plin. ait, magos omnia esse persecutos vsque ad resegmina vnguium. Plau. in Aulularia: Quando ipsi pridem tonsor vngues dempserat, colligit omnia, abutit præsegmina. Præterea Democritus commentatus est, & Apollonius scripsit, ossa defunctorum esse efficacissima ad quosdã morbos. Artemon ait: Caluaria interfecti aquam fontanam si quis propinet, comitialibus morbis mederi, quidam ex eadem caluaria suspendiosi hominis catapotia fecerunt, contra canis rabidi morsus. *Choragij su.* Apparatus funebris. Pensitata diligenter & solerter significatione huiusce vocabuli, animaduerti, choragium generali vocabulo dici instrumentum atque apparatus: vnde choragium gloriæ in 4. Rhetoricorum ad Herennium, choragium scenæ, apud Festum, choragium funeris apud Apul. pro instrumento scilicet apparatus. Fulgentius Placiades non satis scienter & rectè choragium accipit pro virginali funere: super quo copiosius in secundo Suetonij commentario. Choragus autem significatur præfectus choragij, pro expensæ suppeditator, choreæ princeps, necnon chori conuiuique magister. vt apud Plaut. in Persa scribentem: Ornamenta ab chorago sumito. item in Trinummio: Ipsa ornamenta ab chorago sumpsit suo periculo. Apul. in apologia, choragium thymelicum appellat: intelligi volens instrumentum scenicum & histrionicum apparatus. Vitruuius in 5. de architectura, præcipit porticus post scenam constituendas esse, vt cum in bres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quò se recipiat ex theatro: Choragia laxamentum habeant ad comparandum, vti sunt porticus Pompeianæ. *Perpeti.* Perpetua, continua, durabili. perpetem enim veteres pro perpetuum dixerunt. Plautus in Amphitryone: Nisi ite vnam verberatus quam pependi perpetem. sed hoc in loco legere malim præpeti celeritate, quasi veloci & strenua: sicut à Virgil. dictum est, Præpetibus pennis. item alibi, Præpetis omina pænæ. quod vocabulum augurale est, vt Higinius tradit. Præpetes enim

enim vocantur aues, quæ volatu futura prædicunt, quasi superiora petentes: quæ cum sint boni augurij, ut docet Ser. idè dixit Maro præpetibus pennis, pro fœlicibus. Higinus ait, præpetes aues ab auguribus appellari, quæ aut. opportunè prævolant, aut idoneas sedes capiunt. Locos quoque præpetes, quod idonei fœlicis que sint, augures appellant. Et Ennius in Annalibus dixit, Præpetibus hilares sese pulchrisque locis dant. Item, Brundisium pulchro procinctum præpete portu. Trimatius poeta Victoriæ voluctem præpetem appellavit, hoc versu: Dum dat vincenti præpes Victoria palmam. Discrepant à præpetibus aibus inferæ aues, auctore Nigidio Figulo: ex quo est coniectare, ut Auli Gellij verbis utar, præpetes appellatas, quæ altiùs sublimiùsque volitent. Homer. præpetes alites appellat τρωπιδίπυγας, id est ingentibus alis patulas atque porrectas. *Anteuortunt.*] Sensus est, Aniculæ magia pollentes, celeritate quadam perniciosissima, dum apparatus funebris instruitur, dū necessaria ad funerandum præparantur, præripiunt anticipantque alienam sepulturam. *Istic.*] Hypatæ, & in tota Thessalia. *Nescio quis.*] De ignoto homine, & ignobili, sic loqui consuevimus. Plautus: Certè enim hîc nescio quis loquitur. M. Tul. in Orationibus: Nescio quis iste Ligus, additamentum inimicorum meorum. *Omnifariam.*] ex omni parte: aduerbium est. omnifariæ disciplinæ dicuntur omnis generis, sicut & multifariæ. Multifariam dixerunt antiqui, quod videlicet in multis locis fari poterat. *Deformato.*] dehonestato, deuestato, deculpato: aliàs formato, figuratòque. Deformare enim modò est polluere, & dedecorare: aliàs per formas designare, ut apud Vitruuium oppidò quàm frequenter in hac significatione. Cicero in Oratore, deformatam Remp. dixit. Virgil. Horrida vultum Deformat macies.

*Inter hæc, conuiuium totum in licentiosis cachinnis effunditur, omniumque ora & obtutus in vnum quempiam angulo secubantem conferuntur, qui cunctorum obstinatione confusus, indigna murmur abundus, cum vellet exurgere: Imò, mi Telephron, Byrrhena inquit, & subsiste paulisper, & more tuæ vrbinitatis fabulam illam remetire, ut & filius meus iste Lucius lepidi sermonis*

*Licentiosis cachinnis.*] solutiore risu, & sonantiore. *Obtutus.*] oculi. *Secubantem.*] seorsum, seiunctimque cubantem. Id enim significat secubare. Amatores secubant, hoc est seiunctim dissepantimque dormiunt, causa reli-

gionis & castitatis. Ouid. Secubat in vacuo sola puella thoro. Liuius: Nolle eam mirari, quod per aliquot noctes secubisset. *Obstinatio.*] id est, aspectu obfirmato & immobili. *Indigna murmurabundus.*] ob indignatione murmurans. archaismos est. Murmurabundus autem, vt alibi de-

cuius, non tam dicitur murmuranti similis, quam immodice & intemperanter murmurans: sicut nomina in bundus desinentia ferè semper demonstrant largam copiam, & fluentem, & quasi abundantiam rei vnde inclinantur. *Subsiste paulisper.*] Cum Telephron vellet exurgere, merito dixit matrona Byrrhena, subsiste: hoc est, cohibe te & contine. *Remetire.*] renarra, repete. Translatio ab his quæ pondere & mensura metiri solemus, ac remeteri. Dixit Virgil. Pelagòque remenso Improuisi aderunt. *Filius meus.*] Nomen amoris & affectus. *Lucius.*] Apuleium intelligit. *Sic ille commotus.*] sic Telephron dixit, indignatione percitus, & bile commotus. *Ingratis.*] non vltro, & nolentem, & quasi reluctantem adegit, vt fabularetur. Vltronea, vt inquit Donatus, grata sunt: ingrata, quæ ab inuitis fiunt, ac recusantibus. Ingratus dicitur inuitus & coactus, vt apud Terent. in Eunucho: Opus faciam vt defatiger, vsque ingratus vt dormiam. *Effultis in cubitum.*] Mos est fermocinaturi in conuiuio, vt sese componat ad dicendum, vt aggerem quasi quendam faciat ex veste stragula & mensali, cubitumque effulciat. sicut apud poetam: Æneas medio stans aggere fatur. *Conformat articulum.*] Manus oratoris, sine quibus (vt inquit verissime Quint.) trunca est actio ac debilis, innumeros motus habens, ipsam verborum copiam persequentes, immò (vt ita dicam) ipsæ in oratore manus loquuntur: cuius gestus ille maxime comis est, quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicitis tribus: duo quoque mediij digiti sub pollicem veniunt. & est hic adhuc priore gestu instatior, principio & narrationi



ratiōni accommodatus. interdum tres contracti pollice premuntur: digitusq; ille index nominatur, qui est pollicis proximus ( qui in exprobrando & indicando, vnde & nomen est, potissimū valet) explicari solet: quo vsū optimè Crassum Cicero dicit. Nūc Lucius noster ait, ita conformatā oratoris manū, vt duo digiti infimi, minimus scilicet & minimo proximus clauderentur, cæteris discedinatis & exporrectis. nam talis quoque gestus dicturo conuenit. *Infesto pollice.* ] erecto, & quasi minante. Pollet. n. plurimū in tota manū pollex: vnde & nomen, ab eo quod polleat, accepit. Apud Græcos *αἰνυξ* vocatur, quasi manus altera. Præcisus pollicibus militia remouetur, vt inutiles. hinc apud Rhetores oratores famigerata est illa achromos, id est sine colore cōtrouersia: Decē milites belli tempore pollices sibi amputauerūt, ne militare possent: Rei sunt læsæ reipublicæ. Scribit Ammianus Marcellinus, quòd nemo ex Gallis pollicem sibi præcidit vnquā, munus Martium pertimescens. hos ioculariter murcos appellant, quasi ignauos, vt opinor, & desides. namq; & prisca Murceā deam vocauerunt, quæ faceret hominem ( vt ait Pomponius, & narrat Augustinus) murcidum, id est nimis desidiosum. Olim, vt apud Historicos scriptum legimus, Athenienses pollices præcidi iusserunt Æginetis, vt rei nauticæ inhabiles redderētur: classe. n. valebant. *Infir.* ] Modò incipit, modò loquitur significat. Virg. *Infir.* eo dicēte Deūm domus alta fileicit. Itē, Et Venulus dicto patres ita farier *infir.* apud Plautū in Rudente: *Infir* lenoni suadere.

*Pupillus ego Mileto profectus ad spectaculum Olympicum, cum hac etiam loca prouinciæ famigerabilis adire cuperem, peragrata cuncta Thessalia, fuscis aubus Larissam accessi. Ac dum singula pererrans, tenuato admodum viatico, paupertati meæ fomenta conquirō, conspicio medio foro procerum quendam senem. Insistebat lapidem, claraque voce predicabat: Siqui mortuum seruare vellet, de pretio liceret. Et ad quempiam prætereūntium: Quid hoc, inquam, comperior? hiccine mortui solent aufugere? Tace, respondit ille. Nam oppidō puer, & satis peregrinus es, meri*

*Milero.* ] Ciuitas est Ioniæ caput, Lelegeis antea & Anaetoria nominata, super octoginta urbium genitrix. Ex Mileto fuerunt Thales, vnus de septem sapientibus: & Anaximander, & Anaximenes. Itē Hecataeus historicus, & Æschines orator. Prouerbiū est apud Aristophanē, & Græcos, de Milesiis, *πῶς ἄν*

*κίμοι μιλῆσιοι*, olim fortes fuere Mile-  
 hij: cūm ampliū non essent, vtpotē  
 luxu emolliti, e-  
 neruatique. Altera  
 quoque parcemia  
 celebratur *οἶκοι  
 μιλῆσια*, id est, do-  
 mi Milesia: de his  
 qui delicias intem-  
 pestiuit, neque  
 vbi conuenit, o-  
 stentant. Nam cū  
 Aristagoras Mi-  
 lesius Lacedæmo-  
 nem venisset, ro-  
 gans ferre suppet-  
 tias Ionibus bello  
 Persarum pressis,  
 cōcionabatur in-  
 dutus veste deli-  
 cata & pretiosa.  
 Tunc vnus ex La-  
 conibus ephoris,  
 ad illum versus di-  
 xit, *οἶκοι τὰ μιλῆ-  
 σια*, hoc est, Domi  
 deliciæ Milesiæ v-  
 surpandæ sunt, nō  
 apud nos, quando  
 videlicet cupitis  
 impetrare auxi-  
 lium: non enim conuenit calamitosus, delicatus apparatus. *Ad  
 spectaculum olympicum.*] Olympiacis ludis apud scriptores ferē o-  
 mnes nihil celebratius, de quibus copiosē apud Suetonium per-  
 scripti: ideoque in præsentia supersedendum. *Famigerabilis.*] Cla-  
 rus, & inclutus, hoc vocabulo significatur, sicut & famigeratus:  
 famigeratores verō dicuntur hi, qui famam rumusculōsque dis-  
 seminant ac circumferunt, vanidici & mendaciloqui, quos senex  
 Plaut. in Trinummo, malo & damno dignos censet. *Fuscis ani-  
 bus.*] malo augurio, & improspero, fusca enim aues nigrique co-  
 loris

loris ominosæ ferè sunt, & infortunium portendunt: sicut e contrario, candidæ aues accipiuntur pro bonis, & foelicitatem prædicunt. In hanc sententiam Horatius: Mala soluta navis exit alite, dixit pro infœlici & diro augurio. Cornix, coruus, bubo, nigro colore & fusco, inter inauspicatas aues numerantur à Plinio in 10. Naturalis historiae. *Larissam.* Jciuitatem Thessaliæ clarissimam, vnde Achilles Larissæus dictus est: & Larissa Argiuorum arx, Cyclopi opus, qui gasterocheres, id est ventrimani appellantur: vt antè diximus. Larissa quoque Ossæ locus est, pensilis nominata. Est & alia in Creta. Fuit & Larissa in Asia, iuxta Cymam. In agro quoque Attico Larissa, & Trallibus vicus nomine Larissa. *Insistebat lapidem.*] Præconem fuisse significat, siquidem ex more prisco solebant præcones ex lapide facere præconium, vbi mancipia quoque venalia, præconis voce venalia proclamabantur. Ob id seruos de lapide emptos, dici reperies. Plautus in Bacchidibus: Ô stulte, nescis nunc vendi te? atque in eo ipso adstas lapide, vbi præco prædicat. M. Tullius in oratione contra Pisonem, translatione decenti tribunos de lapide emptos esse ait: quia, vt interpretatur Alconius Pedianus, mercede id faciebant. De hoc genere seruorum qui de lapide empti sunt, intelligi voluit Columella his verbis, quæ ex libro quarto agricolationis subiecimus: Non tamen excedunt septem iugera vnus operam vinitoris, quem vulgus quidem parui æris, vel de lapide noxium posse comparari putat. Hic de lapide noxius, haud dubiè significatur venalis, de lapide emptus. Corrector Columellæ, vir alioquin eruditus (quem nominari in hac parte, in qua reprehenditur, inhumanum est) in Annotamentis quæ in scriptores agricolationis annotauit, de lapide noxium interpretatur, de Capitolino lapide deiectum, errore non dubio: cum, vt alia omittam, emi non possit is qui ob noxiam de saxo Tarpeio ad mortem præcipitatus sit. Non inficior, de saxo Tarpeio solitos deiici ob atroc delictum fontes, vt olim T. Manlius, & alij: sed ad sententiã Columellæ hoc ad eò non pertinet, vt sit penitus contrarium. *De pretio liceretur.*] indicare pretium faceret, quantum sibi dari vellet qui mortui cadauer sese seruaturum esse promitteret. Hoc enim præconium illic fieri solebat, ad defendendas scilicet magarum præstigias, quæ mortuis irrepentes sub habitu bestiolarum corpora demorsicabant, & frustra amputantes subducebantur. Liceri autem propriè est, pretium differre pro re emenda, vt sibi potiùs quàm alteri venalia addicantur. Vlpianus: Si res eius venierit, & existat qui plus liceatur, an integrum propter lucrum restituendum sit. Præceptum est M. Tullij in Officiis, ne licitatorum ven-

ditor, nec contra se qui liceatur emptor apponat. Apud Curtium Alexander in epistola ad Darium: Impia, inquit, bella suscipitis, & cum habeatis arma, licitamihi hostium capita: hoc est, pretium offertis pro capite meo. Darius enim Persarum rex pro capite Alexandri mille talenta percussori daturum sese promiserat. Plautus in Stichus: Locos ridiculos vendo, age licemini. *Comperior.* ] Pleaque verba utroque modo faciendi scilicet & patiendi, apud priuscos efferebantur: ut luxuriatus, luxuriat, fluctuatus fluctuat, assentior assentio, comperior comperio, auctor Quint. in 9. *Oppidus puer.* ] Valde puer, puerilitatis inscitia præditus. Talia merito dicuntur ad ignarum Thessalici moris. *Saga.* ] Incantatrices, & scietes artis magicæ: super qua dictione in primo commentario factis ac super. *Dic sodes.* ] Dictio comica est: & ut auctor est M. T. in Oratore, ex copularis verbis coagmentata. dicitur enim Sodes, pro si audes, sicut sis, pro si vis. *Custodela feralis.* ] Mortui custodia. diminutivum est: cui consimilia sunt fugela, cautela, axela, mâdatela, ymbela, & huiusmodi alia: de quibus Priscianus in 3. *Feralis.* ] ad mortuos pertinens. feralia dixerunt, Dis manibus sacra facta. *Perpetem noctem.* ] nocte perpetua & integra. Perpetem enim, ut supra diximus, perpetuum dici voluerunt. *Exertis oculis.* ] vigilantibus, & inconiuentibus. Sicut enim exertum dicitur, quod denudatum est, ita exertus oculus eleganter appellatur, apertus & vigilans: talis enim denudatus, inrectusque est. *Acies.* ] scilicet oculorum. *Versipelles.* ] Magas siue sagas intelligit, quæ potentia magica transfigurantur in varias effigies animalium. Versipelles enim dicti sunt, quolibet genere sese commutantes. Plautus in Amphitryone: Versipellem sese facit quando lubet. Plinius ex opinione fabulosa homines tradit in lupos verti, rursusque restitui sibi dicit: inde factum esse, ut in maledictis versipelles habeantur. *Oculos solis & iusticiae.* ] Nihil sole oculatius est: quippe qui omnia intuens, omnia etiam exaudiens esse dicitur ab Homero & Plinio. Ambrosius in Hexamero, solem esse ait mundi oculum, iucunditatem diei, cæli pulchritudinem. A Græcis *πᾶσι ὀφθαλμοῖς*, id est, omnia videns. Osiris, qui est sol, interpretatur multioculus: ut Diodorus & Eusebius prodidere. Iusticia quoque oculatissima esse fingitur, oculo vegetissimo, acie perspicaci, & cuncta perspiciente: quam Chrysippus fieri solitam esse prodidit aspectu formidabili, luminibus oculorum acribus: neque humilis, neque atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Plautus volumine de legibus nono, Iustitiam omnium specularicem atque vindicem appellat, & ita dici à priscis sacerdotibus tradit. Lucius noster itidem in tertio, iunctim ponit: Solis & iusticiæ re-

status oelum. Quod autem quidam dicunt, de oculo iusticiæ mentionem fieri à Diodoro, & inter sacras Ægyptiorum literas referri, id haud utique verum est: etenim Diodorus in 4. Bibliothecæ, differens de literis Hieroglyphicis, ait, in illis oculum hominis scribi, qui significat iusticiæ seruatorem, & totius corporis custodem: nulla facta mentione de oculo iusticiæ. Lege & pensata diligenter verba Diodori, apertissimè cognosces ita esse & significare, uti nos docuimus. *Muscas induunt.*] in muscas & aures transfigurantur. Induere autem est, in aures transformari. A Virgilio dictum est, Induit mucronem, pro mucrone confoditur. *Pene præterieram.*] Sic Plinius: Pene præterij, quod minimè prætereundum fuit. *Corpus.*] defuncti, quod custodiendum receperit. *Manè.*] hora matutina. *Sarcire compellitur.*] tanquam talionis pœnæ subiiciatur, quæ oculum pro oculo, dentem pro dente, membrum pro membro reposcit.

*His cognitis, animum meum commasculo. & illicò accedens præconem: Clamare, inquam, iam desine, adest custos paratus, cedo premium. Mille, inquit, numi deponentur tibi. Sed heus, iuuenis, caue diligenter, principum ciuitatis huius filij cadauer amalis harpyis probè custodias. Ineptias, inquam, mihi narras, & nugas meras. vides hominem ferreum, & insomnem certè, perspicacior em ipso Lynceo, vel Argo, & oculum totum. Vix finieram, & illicò me produxit ad domum quampiam, cuius ipsis foribus obseptis, per quandam breuem posticulam intrò vocat me, & conclauè quoddam obseratis liminibus, umbrosam demonstrat cubiculum, matronam flebilem, fusca veste contectam. Quam propter assistens: Hic, inquit, auctoratus ad custodiam mariti tui fidenter accessit. At illa crinibus antependu-*

*Commasculo.*] *Commasculo.*] roboro, firmo, & mascula quadam virilitate perfulcio. Nam quæ mascula sunt, valentiora sunt, & robustiora. Vnde masculum pro forti & vehementi vsurpat antiquitas, ut testatur Nonius. Arboribus, immò potiùs omnibus quæ terra gignit, herbisq; etiam, vtrumque sexum esse, diligentissimi scriptores tradunt: marisq; que in omni genere fortiores esse, præterquàm in pantheris & vrsis. Masculescere verbum Plinianum est, pro eo quod est

masculinum fieri. Masculeta quoque in vipeis dicta, cum palmites induruerunt per pedamenta propagati. *Adest custos paratus.* } id est, ego adsum.

nam de nobis, ut auctor est Quint. loquimur tanquam de aliis: ut, dicit Seruius, negat Tull. pro eo quod est, Ego Seruius dico, Ego Tullius nego. *Cedo.*] dic, da præmium. Verbum comicum, & apud Plaut. frequentissimum. *Clamare desine.*] Tandiu clamat præco in re aut vendenda, aut locanda, quando non adest emptor vel conductor: quo parato, clamare desistit. *Cadauer à malis harpyis.*] Præcipit præco, cadauer illud primarij iuuenis solerter custodiendum esse à nequissimis mulieribus, quas scitè appellat malas harpyias, quoniam instar harpyiarum rapiebant, & rapta immundo furtiuoque cuncta prophanabant. Harpyias Iouis canes dictas esse tradunt, quas Apollonius duas esse dixit, alij tres, quas poëta inclytus luculentis versibus ita describit: Virginei volucrum vultus, foedissima ventris Proluuiæ, vncæque manus, & pallida semper Ora fame. Ab *αῤῥίω*, quod est rapio, harpyias nominari autumant: quas quidem Neptuni filias esse prodiderunt, quia ferè prodigorum omnium pater est. Alij dicunt harpyias filias Thaumantis & Electræ. Nomine harpyiarum, rapaces, furtifici, avari significantur. *Hominem ferreum.*] Semetipsum Telephron signat, qui loquendi modus est vitatissimus. *Insomnem.*] pervigilem, ac sine somno. Insomnia dicitur vigilia, & insomnis vigil. Vnde apud Virgil. grammatici ita legunt: Anna soror, quæ me suspensam insomnia terret? ut insomnia generis foeminini, & numeri singularis, vigiliam significet. *Ipsò Lynceo.*] Valerius Flaccus in primo Argonauticòna, Lynceum memorat in catalogo Argonautarum: quem dicit fuisse oculatissimum perspicacissimumque mortalium, his versibus: Fluctibus & mediis terras dabit ille magistro, Et dabit astra rati, cumque æthera Iuppiter umbra Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus. Autumat Plin. fabulam cernendi Lynceo inde ortam, quod nouissimam primamque lunam in ariete primus eadem die conspexerit: quod nullo alio in signo contingit. De Lynceo sic scribit Hieronymus contra Iohannem Origenistam: Lynceus, ut fabula ferunt, videbat trans parietem, hinc prouerbialiter Lynceus pro

ocula-



oculatissimo, & acutissimi visus vsurpatur. M. Tull. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? Horat. Non oculo possis quantum contendere Lynceus. Item: Ne corporis optima lyncis Contemplerè oculis. Quidam oculos lynceos à lyncibus quæ clarissimè omnium quadrupedum cernunt, falsò deducit. *Argo.* Argum torum stellarum oculosque fuisse, nullus ignorat, qui vel illud Nasonis notissimum legerit, Centum luminibus cinctum caput Argus habebat. Huic custodi Ionis vigilantissimo, Mercurius falcato ense caput amputavit: cuius oculos excepit Iuno, eosque collocans in pennis pavonis, caudam gemmis stellantibus implet. hinc Argiphontes poetis dictus Mercurius, quasi Argi peremptor. Mysticè autem Argus est, cælum stellarum luce distinctum, quibus inesse quædam species cælestium videtur oculorum. Cælum autem Argum vocari placuit, à candore & velocitate. Hic ergo ambitus cæli stellarum luminibus ornatus, existimatur enectus esse à Mercurio: quia sol, qui & Mercurius est, diurno tempore obscurando sidera veluti enecat, vi luminis sui conspectum eorum auferendo mortalibus. *Illicò.* ] statim. *Olseptis.* ] oclusis, obfirmatisque. *Posticulam.* ] hoc est, per postes tergo relictos, & posteriorem domus partem, quod & posticum dicitur: diminutiue posticulum. Plautus in Trinummo: Posticulum hoc recipit, cum ædes vendidit. Servius grammaticus ait posticam scæminini generis à postico differre, eo quod postica verbum augurale sit, & ad augures tantum pertinet, quæ in cælo designatur. de qua M. Varro: Templi in cælo quatuor partes dicuntur: Sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. Annotauimus in Tranquilli commentariis, pseudothyron perquam eleganter & scitè pro postico vsurpari ab Ammiano Marcellino, M. Tullio, Paulo Orosio, aliisque scriptoribus luculentis. *Conclauæ quoddam.* ] Conclauia dicuntur loca, quæ vna clauæ clauduntur. Conclauata quoque dicebantur apud veteres, quæ sub eadem erant clauæ. Mart. In omnibus Vacerra quod conclauibus. *Fusca veste.* ] Nigra vestimenta lugentibus accommodata sunt, à Varrone amiculum nigellum dicitur, vestitus lugubris. Prisci anthracinū nigrum dici voluerunt: anthrax enim Græcè carbo appellatur, vnde anthracina lugentium vestis. Illud notabile, quod tradit Plutarchus in problematis: mulieres scilicet in luctu albis vestibus indui solitas, vt quemadmodum mortui corpus albis vestibus velabatur, idem & propinquos factitare voluerunt. Alba autem veste idcirco cadauer exornabant, quia solus albor, color sincerus ac purus, minimèque inquinatus est, & ob id mortuis

aptissimus. De nigris autem vestibus non minùs quàm purpureis illud dici meritò potest: Dolosæ vestes, dolosi colores. *Propter.* ] propè, iuxta: vt Virgilius, Propter aquæ riuum. *Auctoratus.* ] Id est, auctoramento obligatus, & mercede conductus, & pretio emptus ad custodiendum cadauer. Interpres Horatianus illud ex Sermonibus, auctoratus eas, haudquaquàm in se itè interpretatur tali interpretamento: addictus, condemnatus. Qui se vendunt ludo, auctorati vocantur. In tertio Suetonij commentario non parùm multa perscripsi super auctoramento, & auctoratis gladiatoribus. Porphyrius signans gladiatorem, inquit: Auctorabitur in ludum. Illud adde, quòd auctorandi potestatem, hoc est vouendi consecrandique, nisi patres, non habebant: est enim auctorare, obligare: auctoratus, obligatus. quod nomen maximè ad gladiatores refertur, qui auctoramento & mercedis obligatione addicuntur, mancipanturque gladiatoræ: & propriè auctorati ad periculum conducuntur. Contrà exauctorati dicuntur milites, quasi obligati solutique à militari consecratione, obligationeque. quod interdum per ignominiam contingit, vt legiones exauctorantur ab Imperatore, nonnunquam citra ignominiam. Plin. in 14. Vindemitorè auctoratum decenter dixit, mercede conductum, & sublimitate vitis periclitantem. Item 36. populùm Rom. decenter auctoratum appellat, in spectaculis periclitantem instar gladiatorum, qui auctorati, id est, conducti sunt ad mortem. De auctoramento mentio est apud Senecam, M. Tullium, & Suetonium. In hanc ferè sententiam Lilius in 37. Eo verò pignore velut auctoratum sibi proditorem ratus est. Pomponius poëta Bononiensis, scriptor Attellanarum, fabulam scripsit, cui tit. est Auctoratus, cuius testimonia grammatici identidem aduocant. Quint. quoque senior in declamationibus vnam condidit, quæ inscribitur Auctoratus. vbi hoc legimus: Illum maiores prohibuerunt teatro, qui vilitate, qui gula se auctorasset. *Crimibus antependulis.* ] Caproneas dici voluerunt veteres, capillos, qui ante frontem sunt, quasi à capite pronos: qui alio nomine antiæ nominantur, quos in præsentia Apuleius antependulos vocat, quos alibi anteuentulos dixit, & propendulos. In Floridis: Iam primùm, inquit, crines eius præmulsis antiis, promulsis caproneis anteuentuli & propenduli. *Etiã in mœrore luculentam.* ] Mira profectò & exuperantissima esse creditur formositas illa, quæ etiam in mœrore & ægritudine luculenta conspicitur. *Quàm expèrgitè minus obeas.* ] vt vigilanter officium iniunctum peragas. Obire manus, est officium facere. Namque hac præpositione Ob, antiqui vsi sunt pro ad: vt ob os,

ad os

ad os: obmoueto, pro admoueto: occensos dixit Ennius, pro accensos, & in Iphigenia, Acherontem obibo, inquit, pro adibo. Item, ob Romam dixit, pro ad Romam, illo versu, Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. Obire diem significat mori, quasi ire ad diem fato destinatum. Apud Suetonium & M. Tullium obire diem significat adire diem, & in tempore esse ad munus obeundum die præstituto. Modò *corollarium*] Sensus est: omnem curam exue, & sollicitudinem missam facito, ô matrona: modò mihi præpares aliquod quasi auctarium & munusculum, præter legitimam constitutamque mercedulam. Nam corollarium dixerunt antiqui id, quod additum foret legitimo præmio ac mercedi, præterquam quod debitum. Vocabulum à corollis ductum: quòd hæc, cum placuerunt auctores in scena, dari sunt solitæ: auctor M. Varro. Scribit Sueton. quòd Augustus corollaria præmia, in alienis quoque muneribus ac ludis & crebra & grandia de suo offerebat: quo loco pauca quædam annotauimus. Apud scriptores idoneos corollarij mentio fit in hoc significato, vt accipiatur pro quodam additamento & re tenuissima, cum corollæ, quæ & ipsæ corollaria nominantur, minimi ob gracilitatem pretij, dari soleant histrionibus: de quibus Plin. hæc in 21. Paulatim & Romæ subrepfit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & corollariis. Item in 9. Corollarium pro re minimi pretij vsurpauit: sicut M. Tullius corollarium nummorum dixit in Verrinis. quasi (vt ita dicam) pro accessorio atque appendicula. Infrà Apuleius festiuiter appellat puerile corollarium, præposterum concubitum. Plinius neoteros, operæ theatralis corollaria posuit pro mercedula & præmio laboris theatrici.

*Ibi corpus splendidibus linteis compertum, introductis quibusdam septem testibus, manu releuat: & diuinè visu præfeto, obtestata fidem presentium, singula demonstrat anxie, verba concepta de industria quodam tabulis prænotante: Ecce, inquit, nasus integer, incolumes oculi, salua aures, illibata labia, mentum solidum. Vos in hanc rem, boni Quirites, testimonium perhibetote. & cum dicto, consignatis illis tabulis faces-*

*Splendentibus linteis.]* Suprà diximus, quòd color albus ob sinceritatem, puritatemque defuncti est accommodatissimus. Velamenta quoque linea nõ modò indutui & amictui, & sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed operui quoque in re-

bus facris vsurpatur. In euangelio scriptū legimus, corpus Domini sindone indutum fuisse: quo vocabulo significatur lineum velamentum. *Septem testibus.*] Alludit ad numerum testium, qui ex constitutionibus leguntur, & edicto prætoris adhiberi solent & debent faciendis testamentis, quorum signacula & subscriptiones necessariae sunt. Possunt at-

tem septem testes omnes signare vno annulo testamentum. Quod si quis sine scriptis voluerit ordinare testamentum iure civili, septem testibus adhibitis, & sua voluntate coram eis nuncupata, sciat hoc perfectissimum esse testamentum. *Reuelat.*] discooperit, renodat, reteggit. *Vsu perflato.*] Legendum Visu, hoc est diffletis oculis. *Verba concepta.*] Dicimus verba concepta, quæ, prout enuntiantur, ita perscribi solent: nec aliquid præposterum dici fas est. Sæpe iururandum offerri solet conceptis verbis. Plautus in *Afinaria*: Vbi verbis conceptis sciens periuraris. *Tabulis prænotante.*] Notarium, siue tabellionem significat quem & libellionem vocant. Papinius in *Syluis*, De capsâ miseri libellionis. Ex eodem ordine videntur esse nouatæ, quorum meminit Horatius illo versu: De re communi scribæ magna atque nouatæ, Titulus est apud Iurisconsultos de nouationibus, vnde & nouatis nomen. *Ecce nasus integer.*] Matrôna coram testibus membra defuncti integra assignat custodi: quæ ille ex pacto integra & illibata debet repræsentare, peractâ custodia. *Illibatæ labiæ.*] integra labra. Labia & labias neutro & fœminino genere indifferenter apud antiquos vsurpata reperies: proinde quidam inanem facere discretionem voluerunt, vt virorum labra, mulierum labia esse dicerent. Antiquus versiculus est memoratu dignus, qui ait Anima

*fit. At ego: lube, inquam, domina cuncta, quæ sunt vsui necessaria, nobis exhiberi. At quæ inquit, ista sunt? Lucerna, aio, prægrandis, & oleum ad lucem luci sufficiens, & aqua cum œnophoris & calice, cœnariumq; reliquijs discus ornatus. Tūc illa capite quassanti: Abi, inquit, satue, qui in domo funesta cœnas & partes requiris, in qua totiusq; iā diebus ne fumus quidem visus est ullus. An istic comessatum te venisse credis? quin sumis potius loco congruentes luctus & lacrymas? Hæc simul dicens, respexit ancillam, & Myrrhene ( inquit ) lucernam & oleum trade confestim, & incluso custode cubiculo protinus faceffe.*

ægra & faucia cucurrit ad labias mihi. Donatus in Eunuchum: Labra, inquit, sunt superiora, labia inferiora; labiæ afinorum propriè dicuntur. *Mentum.*] Nulli præter hominem mentum est. Antiquæ Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat: auctor Plin. De feris quoque dici mentum posse, scripturæ canonicæ testantur, apud quas libro Regum primo scriptum legimus: Leo & vrsus consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam interficiebámque eos. Vetus prouerbius est, Inter manum & mentum: idem ferè significans quod illud, Inter os & offam, de quo supra diximus. *Consignatis.*] signo scilicet septem testium. *Facebit.*] abit, recedit. verbum comicum. *Oleum ad lucem sufficiens.*] Petit tantum olei sibi exhiberi ad noctem illuminandam, lucemque in loco tenebroso faciendam, quantum per totam noctem durabile sit vsque in lucem matutinam. Decenter autem dictum, Ad lucem luci diei venientis: alterum ad lucem illuminationis, quam facit lucerna. *Oenophoris*] vasis vinariis. œnophorum enim, vt nominis argumento liquet, significat vas vinarium, apud Lucianum & Mart. reliquosque. Aug. in 7. de Ciuitate Dei auctor est, in Liberi e de œnophorū sisti solere: quod significaret vinū, per id quod continet, id quod cōtinetur. Praxiteles inter cætera opera quæ percēset Plin. fecit & œnophorū: quod, vt opinor, non tam vas vinarium significat, quàm ministrum vini poculum inferentem. *Discus.*] Discum vocant vas escarium: vnde discophoros dictus, qui in disco, in mensa prandium refert. Diuus Hieronymus discophorum sci to elegantiq; vocabulo appellat Abacuch, quia scilicet prandium Danieli deportauit, in lacum leonum coniecto. Legimus in euāgelio, caput Ioannis Baptistæ allatum in disco, & puellæ datum fuisse. Apud antiquos aristophorum quoque dicebatur vas, in quo prandium offertur. Aliàs discus pro massa plumbi siue ferri accipitur: quod genus est ludi, quo iuuenes in ludo contendebant. Disco periit Hiacynthus, deliciolum Apollinis. Poëtæ frequenter disci meminerunt: aliter possinaculum vocant. Inde discobolos dictus, qui discum iaculatur: in quo significato accipitur apud auctores, scribentes discobolon factum esse à Myronē, aliisque artificibus. *Capite quassanti.*] Indignantis specimen est: vt apud Virg. de Turno in 12. Ille caput quassans, & apud Plautū Trinummo: Quid quassas caput? *Partes.*] Significantur locus est: nam partes dicuntur eduliorum in mensa, quas amoris testificandi causa solent principes conuictoribus dare: vt apud Suetonium & Xenophontem legimus, & infra apud Lucium quoque euidenter ostenditur. Græcè *μεγίστη* dicuntur. Scribit Dic-

archus, non fuisse moris apud antiquos in cœnis partes distribuere: postea obtinuit consuetudo, vt deficientibus eduliis partes viritim darentur, cum prius potentiores infirmorum alimenta corripent: & inde contingeret, vt ex voratrina suffocarentur. Vnde factum est prouerbium, *μῆτις ἔπιζῆται*, id est, Pars non stragulat. Hæc ex monumentis Græcorum, secretariisque deprompsimus, studiosorum vtilitati consulentes, qui frequenter legent, partes in cœna dari solitas. *Tottiugis diebus.* Id est, tot diebus: nã qua forma multiuga pro multis, eadem tottiuga pro tot vsurpamus. Et sicut in postliminio & legitimo, illud liminium & illud tinum nihil significant, sed pro nominis supplemento ponuntur, ita multiuga & tottiuga & horum nominum opinor esse producta, vt iuga pro additamento superuacue ponatur. In Apologia: Legistis Aristotelis multiuga volumina. M. T. ad Atticum scribens ait, se multiugas literas accepisse. *Comessatum.* conuiuatum, epulatum, compotatum, vt scilicet & gulæ ventrique genialiter indulgeas. De comestationibus & comestatoribus scripsi affatim in nono Suetonij commentario: vbi id quoque annotauimus, comessari proprie dici, post cœnam epulari & compotare. *Myrrhene.* Nomen ancillæ *μυρρίων* Græcè dicitur myrrhus, *μύρανα* muræna. *Custode.* Isto scilicet Telephone, qui se custodem cadaueris futurum ipopondit. *Faceffe.* abi, discede.

*Desolatus.* quasi solus, solitariiufque relictus. *Perfrictus oculis.* Moris est oculos digitis perfricare, ad somnum repellendũ, quando reluctantes & inuitos placidissimus ille Deorum cogit coniuere, & ramum letheo rore madentem supra capita dormitantium quassat. *Crepusculum.* Post occasum solis dicitur tempus illud crepusculum, à crepero, quod

*Desolatus, ad cadaueris solatium, perfrictis oculis, & obarmatis ad vigilias, animum meum permulcebam cantationibus. Cum statim esse crepusculum, & nox prouecta, & nox altior, & deinde concubia altiora, & iam nox in tempesta, mihi que oppido formido cumulatior quidem: cum repente introrepens multa contra me constitit, obtutuque acerrimum in me destituit, vt tantillum animalis præ nimia sui fiducia mihi turbauerit animum. Denique sic ad illam: Quin abis, inquam, incurata bestiola, teque ad tui similes musculos recondis, antequam nostri vim presentariam experiaris? quin abis? Terga vor*  
tithe



tit, & cubiculo protinus exterminatur. Nec mora, cum me somnus profundus in inum barathrum repente demergit, ut ne Deus quidem Delphicus ipse facile discerneret, duobus nobis iacentibus, quis esset magis mortuus. sic inanimis & indigens alio custode, penè ibi non eram.

vocabulo Sabino significat dubiū: à quo res dubiæ dictæ creperæ. & à Lucretio dictum est, Creperi certamina belli. Est enim crepusculum id tempus, quo dies sit an nox est

dubium. Crepusculi apud antiquos nominati, qui eo tempore erant nati: vt Lucij, qui prima luce, Manij, qui hora matutina. A Sidonio Apollinari crepusculascens hora eleganter dicta est, pro vespertina, temporèq; crepusculi. *Altior.*] profundior. *Concubia,*] apud Macrobi. dies ita diuiditur, vt post vesperam prima fax dicatur, deinde concubia, & inde intempesta, quæ non habet idoneum tempus gerendis rebus. M. Varro noctem intempestam ab aliis concubium appellari docet, ab eo quod ferè omnes cubent: ab aliis, quòd sileretur, silentium noctis: quod idem tempus conticinium Plautus vocat. Hinc apud historicos, maximèque apud Liuium, identidem leges, silentio noctis eductas copias. Vbi accipe pro nocte intempesta siue concubia: super qua re in superioribus quoque non indiligenter scripsi. Scito autem, me non tam ex obliuione, quàm animi sententia, non parū multa bis ter que repetere, vt scilicet satisfaciā veteri prouerbio. quod inquit, *δις ἡ τρις τὸ κελον*: quo significatur, quæ pulchra sunt, bis, & ter, & sæpius dici oportere. *Mustela.*] Significatur maga, quæ in mustelam transfigurata introrepsit intra cubiculum. Placita magorū, vel potiùs vaniloquia existimāt vi magica homines, potissimū que mulieres, transformari in mustelas, mures, feles, & id genus bestiolas. quod & vulgus credit: cui id quoque persuasum est, fœminas certis quibusdam diebus equitare super bestiolas, & cum Diana siue Nerodia de silentio noctis loca multa peragrarè. Cuius rei mentio fit in decretis canonicis 26. quæst. 5. Caterū hæc omnia falsa esse, cōfidēter existimare debemus. Etenim vt docet diuus Augustinus, nō potest homo immutari in aliā effigiē: sed illusiones sunt, & phāta smata demonū, q̄ ludificatores sunt mortaliū: qui instar Protei oīa trāsformāt se in miracula rerū, quibus homini prestigiē difficiles esse nō possūt. Deniq; huc referūt ecclesiastici scriptores oīa illa, quæ de Circe, quæ socios Vlyssis mutauit in bestias: quæ de Arcadibus, qui in lupos trāsfigurabātur: quæ de his, qui in iumētaversi annonā baiulabant, memorātur. Sed ad

propositum: Mustelarum duo sunt genera: distant magnitudine, Græci vocant *ιτιδα*, dicitur & *μαλιν*. Est quædam mustela domestica, quæ in domibus nostris oberrat, & carulos suos (vt auctor est Cic.) quotidie transfert, mutatque sedem: ob hoc dixit Plaut. in Stich. Certum est mustelæ posthac nunquam credere: Nam incertiore nullam noui bestiam, Quin & ipsa decies in die mutat locum. Plinius & Solinus tradunt, mustelarum virus exitio esse basiliscis, quos interficiunt in cauernis sola tabe. Necantur illi simul odore, commoriunturque & naturæ pugnam conficiunt. Fel stellionum tritum in aqua, mustelas congregare dicitur. Scribunt grammatici, mustelam dici, quasi murem longum, à longitudine, vnde & telum dictum. Genitalia ossea sunt mustelis. Catulus mustelæ efficax est contra mala medicamenta. *Tantillum animalis.*] Elegantiùs dicimus tantillum animalis, pro parua bestiola, quàm tantillum animal. Ita enim enuntiatum, refertur ad contemptum. Annotat Donatus, hac elocutione per obliquum, vt quid hominis, quid mulieris, contemptum significari: quod si recto casu proferatur, non esse contumeliosum. *Incurata bestia.*] impura, maculosa, scæda. Impurus aliquo vitio maculatus dicitur & improbus. Plautus: Incurate leno. *Musculos.*] tanquam & mustela ipsa ex musculorum genere sit. Iecuscula musculorum bruma dicuntur augeri: auctor M. Tullius in 2. de Diuinatione. Inter ea, quæ neque placida sunt, neque fera, sed mediæ inter vtranque naturæ, numerantur à Plinio mures domorum incolæ: qui tradit, musculis inesse præfagia, vt scilicet ruinis imminetibus præmigrant. Hinc festiuiter M. Tullius: Reliquæ tabernæ rimas agunt: itaque non solum inquilini, sed mures migrauerunt. Scitum est illud M. Catonis. Consultus à quodam, qui sibi à foricibus siue musculis erosas caligas diceret, respondit, illud monstrum non esse: sed monstrum illud habendum fuisse, si forices à caligis roderentur. De musculis, quàm in homine sint innumeri, suo loco mox plura dicentur. *Præsentariam.*] quæ nunc & in præsentia siue procrastinatione exhibetur: præsentaria remedia, quæ illicò sanant: & præsentaria pecunia, quæ præsens numeratur. Venenum non præsentarium ab A. Gellio dictum, quod nõ statim necaret, mortemque in diem proferret. Plautus in Mostellaria: Vbi id erit factum, à me argentum petito præsentari. Plin. remedia præsentissima identidem ea vocat, quæ ocysissime auxiliantur. *Somnus profundus.*] Intelligi vult, hunc somnum altissimum vi magica immissum esse ab illa maga, quæ sub specie mustelæ introrepens, fuerat exterminata, eiecctaque. *Inimumbarathrum.*] in ipsam quasi mortis & Manium profunditatem.

Poëtæ celebrant barathrum pro inferorum profunditate. Propriè apud Athenienses barathrum locus erat, in quem noxij præcipiebantur, cuius meminit Diomedes : ad quem referendum est illud Plautinum ex Bacchidibus: ô barathrum vbi nunc es, vt ego vsurpem te lubens. Per translationem ad alia quoque decenter vsurpatur: vt apud Mart. fœmineum barathrum, pro locis muliebribus. Aliubi & pro stomachi profunditate, cùm ait: Extremo ructus cùm venit à barathro. Barathrum pro voragine & vétre vsurpat Horat. cùm ait in secundo Sermonum: Quid enim refert, barathrone Dones quicquid habes, an nunquam vtare paratis? Malè literati grammaticæ barathrone legunt, vt vna sit dictio tantùm: cùm seiunctim legendum sit, Barathró ne, hoc intellectu: an barathro, id est ventri & gulæ dones patrimonium. Inde barathrones dicti, qui bona sua lacerant: id est, in barathrū gulamque demittunt. Apud eundem Horat. legere malim Mendici, mimæ, barathrones, hoc genus omne: quàm vt vulgo legitur, balathrones, quos à balatu & vaniloquentia dici interpretantur interpretes Horatiani. De barathro & barathronibus, etsi iam dictum sit, tamen non ab re est & iterùm dixisse: nunquam enim nimis dicitur, quod nunquam satis. *Deus Delphicus.* [Apollo, qui Dèus est diuinationis. Delphis fuit clarissimum in terris oraculum Apollinis, sub monte Parnaso, vbi medium & umbilicus terrarum esse traditur: quod negat Varro. *Inanimis.*] quasi sine anima & spiritu, hoc est, exanimis. M. Tul. in Hortensio, solertia effici dicit, vt in anima quæ sunt, viuere & spirare videantur.

*Comodum noctis inducias catus perstrepebat cristata cohortis. Tandem expergitus, & nimio pauore perterritus, caudauer accurro: & admoto lumine, reuelatæque eius facie, rimabar singula, quæ cuncta euenerunt. Ecce uxor misella flēs, cum hesternis testibus introrupit anxia, & statim corpori superruens, multùmque ac diu deosculata, sub arbitrio luminis recognoscit omnia. & conuersa, Philodestotum requirit auctorem: eique præcipit, bono custodire dederet sine mora premium. & oblato sta-*

*Comodum.*] iã iam, illo horæ momento: vt sepe diximus, aduerbium est. *Cantus cristatæ cohortis.*] Gallos gallinaceos significat, qui, vt Plin. noster eloquenter tradit, vigiles nocturni sunt, atque excitandis in opera mortalibus, rumpendoque somno geniti, norunt sidera, & ternas distinguunt horas,

quartaque castrensi vigilia ad curas laborumque reuocant. Ambrosius in quinto Hexameri, de galli cantu hæc refert: Est galli cantus suavis in noctibus: nec solum suavis, sed etiam utilis: qui quasi bonus cohabitator, & dormientem excitat, & sollicitum admonet, & viantem solatur, procellum noctis canora voce protestans. Hinc tempus post mediam noctem, auctore Macrobio, gallicinium dictum. Noctis inducias non minus scite quam eleganter appellat, horas nocturnæ quietis, quibus per quasdam quasi inducias animantes tunc dormiunt, quiescunt, recreantur: id quod induciis datis fieri solet. Induciæ autem sunt, vt docet M. Var. pax castrensis paucorum dierum. Item alio in loco: Induciæ, inquit, sunt belli feriæ. Donatus, inter grammaticos classicus, atque emuncte naris, Inducias dici ex eo autumat, vel quod in diem datur, vel quod in dies otium præbeant. Aliter Aurelius Opilius, & A. Gel. super induciarum etymologia. Græci ἐνεχρίδιον, ab abstinendis manibus appellarunt. nam per cessationem istam pugnae pacticiam non pugnatur, & manus cohibentur. Inducias primus inuenit Lycaon. *Expergitus.* ]euigilans. Apud antiquos expergere accipitur pro expergefaceri & excitari. Iidem dicebant expergisceret, pro expergisceretur. Pomponius: Vt si quis dormitaret, expergisceret. *Reuelata.* ]relecta, discooperta. *Rimatar.* ]curiosè scrutabar. Rimari enim est scrutari, & quærere. Rimari propriè dicuntur sues, vt grammatici tradunt, cum pascentes cibi gratia glandes rimantur de rimis terrarum: vnde rimari significat

significat pascere. Virg. Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. *Hesternis*.] qui hesternis die euocati introductique fuerant. Ab heri hesternus, non ab extrà. *Sub arbitrio luminis*.] sub speculatu & inspectione, quæ facta est adhibita lucerna. *Philodespotum*.] Nomen proprium est, ex duabus dictionibus Græcis compositum: quod significat domini, siue dominæ amatorem. *Hercules*.] Iusiurandum est. *Sedulum*.] nauum, diligens, industrium. Sedulò aduerbium est, quod significat sine dolo & impense: auctores Donatus & Nonius. *Identidem ventulabam*.] frequenter agitabam. Signatè locutus est: ita enim facere solemus, vt nummos manu tractantes quasi ventilemus. Columella præcipit, ne frumenta in horreo ventilentur. Notissimum illud: Ventilat æstiuum digitis sudantibus aurum. *Omnifariam*.] ex omni parte. Aliquotfariam dixit Varro in primo de Re rustica, pro eo quod est, in aliquot partibus & locis. Tradit Festus, antiquos dixisse multifariam, quod videlicet in multis locis fari poterat. *Omnifariam* doctrinã vocant omnigenam, & omni disciplinarum genere confarcatã. *Exertis*.] deductis, expositisque. Exertare enim denudare est. Claudius Quadrigarius: Gallus irridere cœpit, atque linguam exertare. Peculiare fuit & gentilicium Cethegorum, vt humero exerto irent in expeditionem: vnde nudi poëtico epitheto appellati. Silius: Ille humero exertus gentili more parentum. *Offendere*.] pro offendebat: infinitiuus pro indicatiuo, apud historicos & poëtas frequentissimus. *Impingere*.] impingebat, contundebatque. Hieron. Impegi nouissimè in Danielè. *In modum Adoni*.] Adonis Myrthæ filius, Veneris deliciũ, formositate præcellens, apri dente sub inguine percussus, laceratũsq; prosternitur letho, vt canũ nostri. Græci verò tradunt, Martè sub specie apri ob zelotypiã id factitasse. Venus miserata, in florè Adonidè transformauit, qui sanguineo est colore. Scribit Plin. in 21. Adoniũ florem esse aliosum. vbi annotandũ, dici aliosũ id quod frigore infestatur, & algore ferre non potest. M. Varro pecus caprinum aliosum esse ait. Ob interfectum ab apro Adonim, suillum genus inuisum Veneri esse prodiderunt. Adonis in mysteriis arcanis symbolum est frugum, & fructus perfectos significat: auctor Eusebius in 3. Præparationis euangelicæ. Adonia antiqui dixerunt diem festum, & solennia Adonidi dedicata, quæ cum planctu colebantur, ob planctũ Veneris repræsentandum. Hinc ait Venus apud Ouidium. Luctus monumenta manebunt Semper Adoni mei. Ezechiel quoque propheta: Ecce, inquit, tibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Physici tradunt, Adonim esse solem: ab apròque interemptum fingunt, Herculis imaginem in hoc animali figurãtes,

quòd scilicet aper hispidus & asper gaudet locis brumalibus, propriè hyemali fructu pascitur glande. Hyems autem veluti vulnus est solis, quæ & lucem eius nobis minuit, & calorem. Aufonius Adoneum vocat: aitque eum hoc nomine coli à gente Arabum, qui idem sit Osiris & Bacchus & Dionysius. De his Ammianus Marcellinus volumine 22. sic refert. Euenerat iisdem diebus, annuo cursu completo, Adonia ritu veteri celebrari, amato Veneris, ut fabulæ fingunt, apri dente ferali delero: quod in adulto flore sectarum indicium est frugum. Adon dicitur Fulgentio, recto casu, qui à cæteris Adonis, à Plauto Adoneus. Adō Græcè suauitas dicitur: & quia myrrha odore suavis est, Adonē dicitur genuisse. Ideo autē Venerē amasse dicunt quòd hoc genus pingmētī sit valde feruidū Lego apud Lucianū in libro de dea Syria, Adonim fluuium ex Libano monte profluentem, singulis annis sanguinolentum fieri: per eos dies maximè, quibus Adonis fuit interfectus: & sanguinem in aquam profluentem, immutasse fluminis colorem. Idem tradit, Orgia fieri in honorem Adonidis: quibus cæduntur, lamentantur, & capita radunt. Apud Græcos prouerbiū est, ἀκαρπώτερος εἶς ἀδωνίδος κηπῶν: id est, infructuosior es quàm Adonidis horti: de his, qui nil pariunt generosum. Hortorum Adonidis meminit Plato in Phædro. Attamen Plinius non ster tradit, antiquitatem miratam esse hortos Adonis & Alcinoi. Extat apud eisdem Græcos epitaphion siue nænia de morte Adonidis, cuius principium est ἀΐζω τὸν ἀδωνίην, ἀπώλετο καλὸς ἀδωνίης. *Mustelatis piletis.*] Lego mustelatis peplis, hoc intellectu, ut dicat, vestimenta quibus erat indutus, sanguine suo perfusa, fuisse ad instar mustelini coloris. Peplum vestem dici, nullus ignorat: quæ dictione scatent libri Græcorum & Latinorum: hinc Homerus, ἑλασιπέπλοις vocat fœminas vestes trahentes. Autumat Seruius, peplum propriè dici pallam pictam fœmineam, Mineruæ consecratam: hodie tamen multi abutuntur hoc nomine. Mustelatis autem dixit, à colore mustelino. Terent. Senex veterinosus colore mustelino. Vbi exponit Donatus, mustelinum colorem dici sublimidum ac lentiginosum. Talis color fieri solet vestibis, quæ sanguineis guttis inspersæ, quasi lentiginosæ fiunt, & maculosæ. In vetusto codice manuscripto emendatiùs legitur, Musæ vatis Pimpleidos, quæ lectio probabilis est, referturque ad Orpheum, hoc intellectu puro & congruente: Ego domo proturbor, lacertus, discerptusque in modum Adonis, quem aper discerpsit, & ad instar Orphei, quem à fœminis diuulsum dilaniatumque frustatim sciunt omnes, & canunt poëtæ. Ita ergo legetur, discerptus in modum



modum vatis Musæ Pimpleidos, id est Orphei, filij Musæ Calliopes. ex Græca loquendi formula. Illis enim familiare est sic loqui, ut dicant, κλεομβροτος ὁ παυσανίης, id est Cleombrotus Pausania, & subintelligatur filius: λεονίδης ὁ ἀναξανδρίδης, Leonidas Anaxandridæ, scilicet filius: εὐδαμίδης ὁ ἀρχιδάμους, Eudamidas Archidami, videlicet filius. Ita & hic, vates Musæ dicitur Orpheus, Musæ scilicet filius. Pimpleidas autem vocari Musas, poëtico nominato, quis ignorat: siue à loco Pieriæ regionis, siue fonte Musis dicato, vbi & Calliope Orphea genuisse fertur.

*Ac dum in proxima platea refouens animum, infausti atque improvidi sermonis mei serio reminiscor, dignumque me pluribus etiam verberibus fuisse merito consentio, ecce iam ultimum defletus atque conclamatus processerat mortuus, ritumque patrio (utpotè unus de optimatibus) pompa funeris publici ductabatur per forum. Occurrit ad latus quidam mœstus, in lacrymis genialem caniciem reuellens senex, & manibus ambabus inuadens torum, voce contenta quidem, sed assiduis singultibus impedita: Per fidem vestram, inquit, Quirites, per pietatem publicam, per empto civi subsistite, & extremum facinus in nefariam scelestamque istam mulierem seueriter vindicate. Hæc enim, nec ullus alius, miserum adolescentem, sororis meæ filium in adulteri gratiam, & ob prædam hereditariam, extinxit veneno. Sic ille senior, lamentabiles questus singulis instrepebat. Scuire vulgus interdum, & facti verisimilitudine ad criminis credulitatem impelli. Conclamant ignem, requirunt saxa, parvulos ad exitium mulieris hortantur. Eme-*

*Improuidi sermo nis.]* Quo scilicet impuratam bestiam mustelam appellauerat, eique vim præsentariam, ni abiret, fuerat comminatus. *Vltimum conclamatus.]* Vltimo clamore & nouissimis lacrymis deploratus. Nam per interualla mortui identidem conclamabantur: & post vltimam tandem conclamationem efferebantur, cremabanturque, ut antè diximus. *Defletus.]* Participium est, ut inquit Serui. ab eo quod est fleor: si tamen inueniatur. Aliàs sine verbi origine esse dicemus. Virgil. Fit gemitus, tum membra thoro defleta reponunt. *Processerat.]*

efferebatur. Ritu naturæ, vt auctor est Plin. capite hominē gigni mos est, pedibus efferi.

Hinc Persianum illud, In portam rigidos calces extendit. *Pompa funeris.* ] Vlpianus titulo de religiosis: Sumptus funeris pro facultatibus vel dignitate defuncti faciendos esse præcipit. Per forum hodiè que ducuntur funera nobilium: & antiquitus duci solita signat Horatius, cum ait: Plaustraque ducant, Concurrentque foro tria funera, magna sonabit. *Ad anxium.* ] valde anxius. Quidam codices habent ad latus, lucidiorè sensu. *Inuelleras.* ] Corrige reuellens. Hoc enim intellectu, fieri solet vt crines reuellant, & caniciem turpent, iuxta illud Virgilianum: Caniciem immundo perfusam puluere turpans. Genialem appellat, vel quasi voluptuariam, tanquam senex canicie gaudeat, perinde ac ex illa venerabilis: vel genialem expone pro ingenitam, quasi genitalem. *Contenta.* ] exerta & clamosa. Vnde contentio vocis apud scriptores: & contentio, vt in Rhetoricis traditur, est oratio acris, ad confirmandum & confutandum accommodata. *Subsistite.* ] opem ferte, & succurrite. *Istam mulierem.* ] Vxorem significat defuncti, cuius pater eam arguit veneno filium extinxisse, vt adultero gratificaretur, & hæreditatem mariti occuparet. Hæc enim proxima sunt, & quadam quasi cognatione connexa, vt mulier quæ impudica est, eadem quoque sit venefica. Nam M. Cato: Nullam adulteram nisi eandem esse veneficam dixit. Quod & Quint. tradit in 5. Istam autem dixit, p. ssimam intelligi volens: nam in pronomibus, vt antè dictum est, maximum est pondus. *Sæuire.* ] sæuiebat. locutio vsitatissima. *Credula.* ] Emenda, Credulitatem. Narratio enim, quæ probabilis est, & verisimilis, facit criminis credulitatem. *Emeditatu fletibus.* ] Fœminarum hoc propè peculiare est, vt fletus & lacrymas habeant paratas, ac velut in promptuario positas, vt cum velint præstò sit secundus lacrymarum fons, iuxta illud: Vberibus semperque lacrymis in statione sua paratis. *Abnuebat.* ] negabat, inficiabatur, depellebat. Controuersia enim & lites constant ex intentione & depulsione. Intentio est, quod accusator proponit, quæ facit litem: vt Occidisti Aiacem. Depulsio est, quod defensor respondet: vt, Non occidi. Id Græci vocant apophasin, quasi dicas abnuentiam criminis eius quod accusator intenderit: auctor Fortunatianus. Meritò ergo dixit, abnuebat, quasi per *Abnuebat.* id est, abnuentiam crimen obiectum inficiabatur ac negabat.

Ergo igitur senex ille: Veritatis arbitrium in diuinam providentiam reponamus. Zachlas adest Ægyptius, Propheta primarius, qui mecum iam dudum grandi premio pepigit, reducere ab inferis spirituum, corpusque istud postliminio mortis animare. Et cum dicto, iuuenem quempiam, linteis amiculis intectum, pedesque palmeis baxeis indutum, & adusque de raso capite, producit in medium. Huius diu manus deosculatus, & ipsa genua contingens: Miserere, ait, sacerdos: miserere per coelestia sidera, per inferna numina, per naturalia elementa, per nocturna silentia, & adepta Coptica, & per incrementa Nilotica, & arcana Memphitica, & supra Phariaca: da breuem solis vrsuram, & in aeternum conditis oculis modicam lucem infunde. Non obnitimur, nec terra rem suam denegamus: sed ad ultionis solatium, exiguum vita spatium deprecamur.

Ægyptius Propheta. ] Ægyptij diuinorum omnium conscij dicuntur: à quibus clarissimi in studiis literarum disciplinas ingenuas hausert. Apud hos sacerdotes fuerunt & prophetæ rerum cœlestium scientia præcellentes, qui mystici erant, & vt Græci dicunt, ἀνοικώτους, id est, incommunicabiles: qui cum arcana doctrinarum occultarent, vix pauca quædam communicarunt cum Platone & Eudoxo, qui annos 14. in Ægypto commorati sunt. Pythagoras quoque Ægyptias disciplinas petiisse memoratur, atque ibi à sacerdotibus cerimoniarum incredendas potentias didicisse. Apollonius ille Tyaneus Ægyptios prophetas accessit eruditionis causa. Hermes Trismegistus Ægyptum vocat cœli imaginem. Zachlas. ] Nomen prophetæ. Apud Plin. Zachlias Babylonius celebratur, qui in libris, quos scripsit ad regem Mithridatem, humana gemmis fata attribuit. In canonicis scripturis Zachariæ prophetæ nomen est celeberrimum. Postliminio mortis. ] reuersione à morte, & post mortem. nam postliminium ex notatione nominis ita clarescere potest, auctore B. etio, vt quia semper post id significat quod retrò relinquitur, postliminij vocabulo quædam reuersio significetur. Quod & Seruius probat, qui ex aduerbio post vim nominis interpretatur: reliquam vocabuli partē protractionē solam esse significans. Nam in eo quod est postliminiū,

ex eo quod post dictum, interpretationem nominis sumit. Liminium verò putat esse productum ea forma quæ meditullium, legitimum, editimum dicunt: illud enim tullium & timum nihil omnino designant. Alij postliminium à post & limine deduci volunt: vt qui extra limina, hoc est, terminos prouinciæ in captiuitate detentus, rursus ad propria limina reuertatur, is iure postliminij in statum pristinum restitutus esse dicatur. Paul. iuriskon. rit. de postliminio reuersis: postliminium, inquit, est ius amissæ rei recuperandæ. Postliminio redeunt, homo, nauis, mulus clitellarius, equus, equa, quæ fræna recipere solent edomita. Quæ genera rerum ab hostibus ad nos postliminio redeunt, eadem genera rerum à nobis ad hostes redire possunt. Duas species postliminij Papinianus esse autumat, vt aut nos reuertamur, aut aliquid recipiamus. In bello & in pace postliminium est, vt docet Triphon iuriskon. *Illectum*.] Lego inteectum, vt significet sacerdotè linea veste & candida indutum, ab integendo dictum. Amicula autem, ab amiciendo, vestimenta nominamus, quibus linteis sacerdotes vestiuntur. Est enim lineum textum purissimum, rebus diuinis velamentum: quod non modò indutui & amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris vsurpatur: idq; ex Orphei & Pythagoræ decretis. Hinc apud Iuuenalem, Martialem, Ouidium, ceteros, linigeri dicti sacerdotes Ægyptij, quasi gerentes linea vestimenta. Apollonius Tyaneus apud Philostratum accusatur, quòd vestitu linteo amictiatur, seque inibi ratione reddita defendit: erat enim Pythagoricus, & ad Pythagoræ præscripta viuebat. De Isiacis sacerdotibus, qui lineo amictu vestiebantur, affatim in Suetonij commentariis. *Palmeis baxeis*.] Baxeæ sunt calciamenta, de quibus Plautus in Menæchinis: Quis iste est peniculus, quo extergentur baxeæ, Mendosè in codicibus Plautinis impressum est, baxeæ. Peniculo quoque vt id transeunter attingam, baxeas extergi dixit, alludens ad spongiam nomine peniculum, qua & ad mensas calcèos que extergendos utebantur. De baxeis ait in Floridis: Vestem de texterna emere, baxeas istas de suterna præstinare. Vbi annotandum, texternam pro tetrina, suternam pro sutrina, præstinare pro emere decenter vsurpari. Item in vltimo huius operis docet, baxeas esse calcèos propriè philosophorum. *Indutum*.] calciatū. Plin. consimiliter in secundo: Diuus Augustus læuum prodidit sibi calcèum præposterè indutum. Dicimus, vt ait Seruius, induo illa re, & illam rem. Catachresticòs dixit Virg. in 10. An sese mucrone ob tantum dedecus amens Induat? Quidam illud Plinij indutum, legunt inductum: quoniam & calcèi induci dicuntur.

Aduf.

*Adusque.* ] Licenter adusque & abusque vsurpantur, vt notant grammatici. Virg. Atides Protei Menelaus adusque columnas. *Derafo capite.* ] Sacerdotem designat, cuius vertex deradi solet. ob hoc ait Satyrographus: Qui grege linigero circumdatus, & grege caluo. Scribit Plinius, sacerdotes Ægypti derafis capitibus mœrere, & in luctu esse ex morte Apidis, qui in Ægypto numinis vice colitur. Auctor est Herodotus in Euterpe, sacerdotes Ægyptios totum corpus eradere, vestem tantum lineam induere, calceos papyraceos gestare. Hinc, opinor, fluxit ritus nostrorum sacerdotum, qui iubentur caput radere, & comam nutrire prohibentur. Hieronymus (quod & in decretis canonicis 22. quaestio. 1. scriptum legas) rasionem capitis & coronam designare autumat temporalium omnium depositionem. Capilli verò qui remanent, designant aliqua sacerdotibus esse retinenda ad sustentationem. Paulus Apostolus in Cenchrus totondit comam, rasi caluicium, exercuit nudipedalia. *Genna.* ] vtpotè misericordiae consecrata. Homini, inquit Plin. genibus quædam & religio inest obseruatione gentium: hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc vt aras adorant. *Per nocturna silentia.* ] quæ scilicet plena sunt venerationis. Alludere videtur ad illud Virgilianum: Loca nocte silentia latè, & Tacitæ per amica silentia lunæ. Præterea noctu cuncta silent, vt idem inquit: Tunc tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres. Aristoteles in Problematis tradit, ideò per noctem melius quæcunque audiri quàm per diem, quia tunc nullus est strepitus, & (vt Anaxagoras ait) aër qui interdum stridet à sole concalescens, noctu requiescit: præterea tempus id nocturnum, quod quidam concubium, alij intemptam noctem appellant, silentium noctis vocauerunt, ab eo (quod id temporis sileretur, vt docet M. Varro. In hoc significato silentium noctis frequenter à Liuius vsurpatur. Dicitur & silentium in auspiciis, quod omni vitio caret: quod intelligere perfecti auguris est. Silet cœlum, Plinio significat, serenum & tranquillum: sicut Columellæ. Silet herba, quæ non germinat. *Coptica* ] Sic enim legendum est. Significat autem aggerem hirundinum, quem scilicet in Ægypto iuxta oppidum Copton hirundines muniunt, opere inexpugnabili, palea & stramento rostro firmantes continuatis per triduum noctibus tanto labore, vt multas in opere emori constet: eaq; militia illis verna est, & cum anno redit semper. Eadem hirundines molem continuatione nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt, stadij ferè vnus spatio: quod humano opere perfici non posse, auctor Plin. in 10. Ob hoc dixit Papinius in Syluis: Ripam Nili luto Cecropio, id est nidis hiru-

dinis signatam esse & coërcitam: quod & in libro Annotationū  
 copiose explicauī. Nunc Apuleius adepta Coptica vocat, illud  
 incrementum & opus, quod muniunt hirundines iuxta Copton:  
 quæ res religione quadam prædita esse videtur. Illud adde, quod  
 legimus in libris Iuriconsultorum, vbi Vlpianus ad titulum de  
 extraordinariis criminibus scribit: *Commata dici aggeres*, qui  
 oppositi sunt coërcendo euaganti Nilo: quos qui ruperit, extra  
 ordinem plectitur. *Mendosæ sunt dictiones in voluminibus im-*  
*pressis, in quibus passim legitur: Aggeres solent aquam in otitâ*  
*contingere. Tu verò lege, Solent aquam Niloticam continere. I-*  
*deò enim illi aggeres extruuntur, vt aquam Nili euagantis coër-*  
*ceant atque contineant. Per incrementa Nilotica.*] Nilus coloni vi  
 ce fungens, quotannis euagatur à solstitio: à primo lentè crescit,  
 deinde vehementiùs, quamdiu sol in Leone est: mox pigrescit,  
 sole in virginem transgresso: in totum reuocatur intra ripas, in  
 Libra, vt tradit Herodotus. Centesimo die, incrementa eius per  
 puteos mensuræ notis deprehenduntur: Nilometria vocant. Ius-  
 sum incrementum est cubitorum 16. minores aquæ non omnia  
 rigant: in duodecim cubitis famem sentit Ægyptus, in tredecim  
 etiamnum esurit: quatuordecim cubita hilaritatem afferunt,  
 quindecim securitatem, sexdecim delicias: maiora incrementa  
 maiores proventus denuntiant, minora sterilitatem. Causas hu-  
 iusce incrementi varias prodidere: sed maximè probabiles, ex  
 repercussu Etesiarum, qui venti sunt anniuersarij. De incremen-  
 to Nilotico, & causis, affatim scripsere Herodotus, Diodorus, Pli-  
 nius, Strabo, Seneca, & carmine luculentissimo Lucanus: qui  
 multiugas causas explicaturus ex philosophorum secretariis  
 depromptas, sic cecinit in 10. Sic iussit natura parens discurrere  
 Nilum, Sic opus est mundo. Philosophi verò, qui de Nilotico au-  
 ctu scripserunt, fermè sunt hi: Thales, Anaxagoras, Democritus,  
 Ephorus, Agatharchides, & Timæus mathematicus. Memphiti-  
 ci quoque philosophi rationem huius incrementi reddere cona-  
 ti sunt, magis quod non reprehendi quàm quod probari possit,  
 referentes. Dixerunt enim, Nili fontem esse in zona nobis oppo-  
 sita: ibique hiemem esse, nobis æstatem agentibus, ideòque in-  
 gentem aquarum vim eo tempore manantem, causam præbere  
 incremento. *Arcana Memphitica.*] Memphitici sacerdotes arcana  
 cerimoniarum mysteriorumque cum nullo communicant: ob  
 id ἀνομιάνους, id est, incommunicabiles dicti: ob hoc ipsum inui-  
 da Memphis dicta Papinio in Syluis. Est autem Memphis ciui-  
 tas magna & populosa, & post Alexandriam secunda, vbi multæ  
 pyramides fuerunt, regum sepulture Plinius Memphim quondã  
 arcem



arcem Ægypti regum fuisse tradit. *Sistra Phariaca.*] *Sistrum* instrumentum est stridulum & sonabile, Isiacorum peculiare: qui ob id *sistrati* nominantur. *Martialis*: *Linigeri* fugiunt calui, *sistra* tæque turba. *Isis* maxima Ægyptiorum Dea, *sistrum* in dextra gerens figuratur, quo *Nili* accessus significatur. *Valerius Flaccus* in quarto *Argonauticôn* de *Iside* scribens sic inquit: *Aspide* cincta comas, & ouanti persona *sistro*. & *Ouid.* *Isim* Deam describens cecinit in nono: *Cornua* fulserunt, crepuitque sonabile *sistrum*. *Phariaca* appellat à *Pharo* Ægypti, notissima *Cæsaris* dictatoris colonia, olim iuncta ponte *Alexandriæ*: vbi fuit turris, & ipsa *Pharos* nominata, à *Ptolemæo* rege facta talentis 800. cuius structure architectus fuit *Solstratus*, quæ nocturnis ignibus cursum nauium nocturnum regere solebat. Tales turres in compluribus locis extractæ præcis temporibus viscebantur, quas *Pharos* vocant: de quibus scripsimus assatum in *Propertium*, & mox *Tranquilli* commentariis. *Egesippus* autumat, *Pharon* dici quasi *phanon*, quia procul appareat. *Vsuram.* } vsum. *M. Cicero*: *Huic* latroni vnus diei *vsuram* non dedissem. Item audita *Vatini* morte, cuius parum certus dicebatur auctor: *Interim*, inquit, *vsura* fruar. *Vxorem vsurariam* dixit *Plautus*, cuius *vsuram* & *vsum* capiebat *Iupiter*. *In æternum conditus.*] morte perpetua clausis. *Virgil.* *In æternam* conduntur lumina noctem.

*Propheta sic propitiatus, herbulam quampiam ter ob os corporis, & aliam pectori eius imponit. Tunc orientem obuersus, & incrementa solis augusti tacitus imprecatus, venerabili scena, facies & studia presentium ad miraculum tantum certatim adrexit. Immitto me turba socium, & pone ipsum lectulum editiorem quendam lapidem insistens, cuncta curiosis oculis arbitrabor. Iam tumore pectus extolli, iam salubris vena pulsari, iam spiritu corpus impleri, & adsurgit cadaver, & profatur adolescens: Quid oro, me post lethæa pocula iam Stygijs paludib. immatantem, ad*

*Propitiatus.* ] placatus, exoratus: quæ illæ tres *lineolæ* significant. *Ter.*] *ternarium* autem numerum *Pythagorici* potentissimū esse prodiderunt, eoque ad *cerimonias Deorum* utebantur, vt docet *Aristot.* libr. 1. de *Cælo & mundo.* *Idem numerus* in rebus magicis plurimum pollebat: & , vt auctor est *Plin.* *terna* deprecare

tione in omni  
 medicina mos  
 est, atque effectus  
 adiuuare. Hinc Ti  
 bull. Ter cane, ter  
 dictis despue car  
 minibus: & poëta  
 in cantamentis a  
 matoriis cecinit:  
 Necte trib. nodis  
 ternos Amarylli  
 colores. Martia  
 nus, Plutarch. cæ  
 teri, triada siue ter  
 nionem, hoc est,  
 ternarium nume  
 rum, qui mascu  
 lus est, & efficax,  
 extollunt. *Herbu  
 lam quampiam.* ]  
 De qua herba lo  
 quatur, ambigi po  
 test, cum eam no  
 minatim non desi  
 gnet. Forfan intel  
 ligit balin, qua  
 Xanthus historia  
 rum auctor tradi  
 dit occisum draco  
 nis catulum, reuo  
 catum ad vitam à  
 parente: eadèmq; Chilonem, quem draco occiderat, restitutum  
 salutem. & Iuba, in Arabia herba hominem reuocatam ad vitam  
 tradit. Plerique existimant, nihil non herbarum vi effici posse. Ab  
 Herophilo dictum ferunt, quasdam etiam calcatas herbas pro  
 desse. Orpheus de his herbis curiosus aliqua prodidit: post eum  
 Musæus: Pythagoras quoque & Democritus de magicis herbis  
 volumina composuerunt, de quibus & Plinius noster non parum  
 multa in 24. *Oriente obuersus.* ] Adoratoris hoc proprium est, ex  
 mystica religione, ut in adorando ac salutando Deo, ad orientem  
 conuertatur, totumque corpus circumagat. Sic enim apud anti  
 quos factitabant adoratores, ad solem respicientes. Mundi enim  
 momentaria vite reducit officia? De  
 sine iam precor, desine, ac me in me am  
 quietem permitte. Hæc audita vox de  
 corpore, sed aliquantò Propheta com  
 motior: *Quin refers, ait, populo singula,  
 tueque mortis illuminas arcana? an  
 non putas, deuotionibus meis posse diras  
 inuocari? posse tibi membra lassa tor  
 queri? Suscipit ille de lectulo, & uno  
 congestu populum sic adorat: Malis no  
 ua nupta peremptus artibus, & addi  
 ctus noxio poculo, totum repente adulte  
 ro mancipauit. Tunc uxor egregia capit  
 presentem audaciam, & mente sacri  
 lega coarguenti marito resistens alter  
 cat. Populus aestuat, diuersa tendentes:  
 hi, pessimam foemina viuentem statim  
 cum corpore mariti sepeliendam: alij,  
 mendacio cadaueris fidem non haben  
 dam. Sed hanc contationem sequens, a  
 dolescentis sermo distinxit. nam rursus  
 alius ingemiscens: Dabo, inquit, dabo  
 vobis intemerate veritatis documenta  
 perlucida, & quod prorsus alius nemo  
 cognouerit, indicabo.*

ortus à læua est, vnde sinistrum & læuum fulmen inter prospera est. In cœlo templum est locus auspicij, cuius partes sunt quatuor: sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. Hermes Trismegistus præcipit, cum quis Deum orare voluerit, respiciendum esse in austrum sole occidente: sole verò oriente, in eum qui subsolanus dicitur. *Augusti.* ] venerabilis & sancti. Solem mundi totius animum, ac planius mentem & principale naturæ regimen ac numen, plerique credidere, opera eius existimantes: vnde merito augustus dictus, quasi sanctus, diuinusque. *Tacitus imprecatus.* ] Non voce, sed corde orandum Deum esse, præcipit diuus Hieronymus. & in decretis canonicis, distinctione vltima, de consecratione, scriptum legimus: Non verbis, sed corde adorandus Deus est. Cyprianus in expositione illa orationis Dominicæ luculenta, secretè adorandum esse ex Dominico præcepto demonstrat, in abditis & secretis vel semotis locis: quia Deus non vocis, sed cordis auditor est: nec admonendus est clamoribus, qui cogitationes videt. Hoc declarat scriptura diuina, quæ dicit: Loquebatur in corde suo, & labia eius mouebantur, & vox eius non audiebatur: & exaudiuit eam Deus. Item legimus in Psalmis: Dicite in cordibus, & in stratis vestris, & transpungimini. Hieremias quoque hoc idem docet dicens: In sensu tibi debet adorari Deus. *Imprecatus.* ] In bonam partem hîc accipitur imprecatus: cum aliubi ferè semper malum significet. *Scena.* ] apparatu & spectaculo. *Ponè.* ] post: aduerbium est. ita Virg. Ponè subit coniunx. *Lectulum.* ] in quo defunctus iacebat. *Arbitrabar.* ] spectabam ac rimabar. *Extolli.* ] extollebatur. Significat autem, defunctum illum potentia Ægyptij prophetæ animatum reuiuiscere cœpisse, ita vt pectus iam intumesceret ex anhelatione pulmonis. *Venapulsari.* ] Medici recentiores venas pulsatiles appellant, quibus pulsus exploratur: quas antiqui *ἀρτηρίας* vocant. Sunt autem arteriæ spiritus semitæ, sicut venæ sanguinis riui. Arteriarum pulsus gubernacula vitæ temperat. Herophilus medicinæ conditor subtilissimus, descripsit leges & modulos, quibus pulsus per ætates citatior aut tardior moueatur: qui euident index ferè morborum est. Græcè dicitur *σφυγμός*. *Lethæa pocula.* ] Animæ mortuorum, vt Poëta nobilissimus canit, Lethæi ad fluminis vndam, Securos latices & longa obliuia potant. Cui succinit Silius versu consimili: Lethæos potant latices, obliuia mentis. Philosophi autumant, animam, cum cœperit in corpus descendere, potare stultitiam & obliuionem, aliàs verò magis, aliàs minùs. Ideòq; qui minùs obliuionis hauriunt, hi magis verum inueniunt. Et hoc est quod veteres Le-

thæum fluuium vocauerunt, vt eleganter & scitè refert Macrobius in somnio Scipionis. Apud antiquos in funeribus indictiuis dicebatur, Ollus letho datus est: quod significat, illum qui mortuus est, datum esse *λίσθη*, id est obliuioni. *Momentaria vite.*] temporaria, & breui momento duraturæ: videlicet, tantisper dum enuntiet ipsius mortis causam, & auctores. *Deuotionibus.*] magico cantamine. Deuotiones enim execratoria sunt carmina: vulgò accipimus in bonam significationem. Deuotum quoque pro detestabili & execrando. De hoc aliubi plura. *Diras.*] Virg. in 12. Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ. Hæ vnà cum furijs vno eodemque partu ex intempesta Nocte progenitæ sunt. Diras dici autemant grammatici, quia non nisi ante iratum Iouem videntur: prætereà diras dici voluerunt imprecationes quasdam horrendas, quibus Deos quosdam inauditos & formidandos inuocabant: quibus quicumque deuotus damnatusque fuisset, eum maximo infortunio affici necesse erat. Quamobrem non temerè in quenquam, nec leui de causa, dirarum vti obnuntiatione consueuerunt. Atteius tribunus plebis Crassum ad expeditionem Parthicam properantem, hisce dirarum imprecationibus deuotauit (auctores, Plutarchus & Appianus) quod & Lucanus signat in 3. sic scribens: Crassumque in bella secutæ Sæua tribuniciæ vouerunt fanera diræ. *Adorat.*] alloquitur. Orare enim dicere est: vnde & adorare, alloqui. *Malus nouæ nuptiæ.*] Significat defunctus, se perisse veneno ab vxore sacrilega sibi propinato, vt ita aduulterio liberior potiretur. Nam quæ impudica est, eadem venefica esse solet: vt dicebat M. Cato. *Adductus.*] coactus. Nitidior lectio est, addictus. Quidam exponunt adductus, quasi ad Adin, id est Plutonem ductus: quod etsi sententiæ quadrat, tamen elegantia Latinæ non conuenit. *Egregia.*] Ironicòs pronuntiandum. *Altercat.*] altercatione repugnat. Apud Quintil. caput est de altercatione, vbi præcipitur, ne altercator sit clamorosus, nèue iracundus. *Diuersa tendentes.*] Iuxta populi vulgique consuetudinem. Nam, vt illo versu notissimum est, Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Figurata autem locutio est, populus diuersa tendentes. *Adolescentis.*] defuncti.

*Me demonstrans.* } de seipso loquitur Telephron, à quo omnia ista dicuntur. *Exertam.* } in somnem, sedulã,

*Tunc digito me demonstrans: Nam cum corporis mei custos hic sagacissimus, exertam mihi teneret vigiliam, cantatrices anus, exuuijs meis imminentes, atque ob id reformata frustra sapius, cum industriam sedulam eius*

fallere nequiuissent, postremum iniecta somni nebula, eoque in profundam quietem sepulto, me nomine ciere non prius desiere, quam dum hebetes artus & membra frigida pigris conatibus ad artis magice nitantur obsequia: hic, utpotè viuis quidem, sed tantum sopore mortuus, quòd eodem mecum vocabulo nuncupetur, ad suum nomen ignarus resurgit. Et in exanimis umbra modum ultroneus gradiens, quanquam foribus cubiculi diligenter occlusis, per quoddam foramen profectis naso prius, ac mox auribus, vicariam pro me laniam suscitauit: utque fallacia reliqua conuenirent, ceram in modum profectarum formatam aurium, ei applicant examusim, nasoque ipsius similem comparant. Et nunc adsistit miser hic, premium non industria, sed debilitationis consecutus. His dictis perterritus, tentare aggredior: iniecta manu nasum prehendo, sequitur: aures pertracto, deruunt. Ac dum directis digitis, & detortis nutibus presentium denotor, dum risus ebullit, inter pedes circumstantium frigido sudore defluens euado: nec postea debilis ac sic ridiculus, lani me patrio reddere potui: sed capillis hinc inde laterum deiectis, aurium vulnera celauit, nasi verò dedecus linteolo isto pressim adglutinato decenter obtexi.

Propriè laniena significat locum ubi caro venditur, vulgò macellum vocitant: cùm macelli significantia sit latior, & ad omnia esculenta venalia extendatur, ut alibi docuimus.

oculisque inconniuentibus perspicacissimam. *Reformata.* } transfigurata in mustelas, & alias bestiolas impuratas. *Ciere.* } vocare. *Sopore mortuus.* } Suprà dixit Telephron, se somno profundo in inum barathrum repente demersum, ut vix discerni posset, qui ex duobus iacentibus esset magis mortuus. *Eodem vocabulo.* } Significat ambos fuisse cognomines, & eodem Telephronis vocabulo nuncupatos. *Vicariam pro me laniam.* } Significat defunctus, Telephronem viuum laniatum mutilatumque fuisse vice ipsiusmet à cantatricibus aniculis. *Vicaria enim laniena dicitur, oppidò quam eleganter, laniatus siue laniatio in alienam vicem substituta.*

Lanienam dici locum, vbi caro venit, sicut vbi pelles pelleſuinā, vbi calcei ſutrinam, docet M. Varro libro de Analogia primo, *Examuffim.* } examinatè, decenter, optimè. Eſt enim amuffis, regula fabrorum, quam architecti, cū opus probant, rubrica illinunt. Hinc amuffitatum deriuatur, quod ſignificat examinatū, probatūmq̃. Plautus in Milite: In hoc amuffitata ſua ſibi ingenua indoles. In Plautinis codicibus pro amuffitata, perperam legitur emuffitata, dictione elegantiffima contaminata, interpolataque: quem locum alibi, non inſubtiliter perpendimus. *Sequitur.* } Quia cereus erat naſus, facilisq̃ ob hoc ſequelæ: cera enim lenta ſequaxque eſt materia. *Riſus ebullit.* } ferueſcit cachinnatio. *Linteolo agglutinato.* } Quoſdam vidi, qui cū eſſent denaſati, naſum ſubdititium agglutinauerant tam decenter, vt verus videretur.

*Poſuit.* } finiuit, depoſuit, deſiuit. Oratorum proprium eſt, cauſam ponere: vt apud rhetoricos frequenter. *Bibere ſolitarium.* } ex more & ex ſolito bibere: à ſolito enim, bibere ſolitarium, noua dicendi elocutione deducit: alioqui ſolitarium, à ſolitate ac ſolitudine dictus. iuxta illud Ciceronis: Natura nihil ſolitarium amat. *A primis cunabulis.* } à primordiali origine. Sunt enim cunabula, lectuli & cunæ, in quibus infantes iacere cōſueuerunt: vel loca, in quibus naſcuntur, quaſi cy-

Cū primū Telephron hanc fabulam poſuit, compotores vino madidi, ruſum cachinnum integrant. Dūque bibere ſolitarium poſtulant, ſic ad me Byrrhena: Solennis, inquit, dies à primis cunabulis huius vrbis condite craſtinus aduenit: quo die ſoli mortalium ſanctiſſimum deum Riſum hilaro atque gaudiali ritu propitiamus. Hunc tua præſentia nobis efficiet gratiorem. Atque vtinam aliquid de proprio lepore letificum honorando Deo commiſcaris, quò magna pleniùſque tanto numini litemus. Bene, inquam: & fiet, vt iubes. Et vellem hercules materiam reperire aliquam, quam Deus tantus effluenter indueret. Poſthæc monitu famuli mei, qui noctis admonebat, iam & ipſe crapula diſtentus, protinùs exurgo: & appellata properè Byrrhena, titubante veſtigio domuitionem capeſſo. Sed cū primam plateam vadimus, vento repentino lumen, quo nitebamur, extinguitur.



guitur: ut vix improvida noctis caligine liberati, digitis pedum detunsis ob lapides, hospitium defefsi rediremus.

nam *κύβη* Græcè est eniti. Inde cunabula, pro primordiis aliarum

quoque rerum vsurpantur: ut apud Fortunatianum, qui cunabula verborum decenter dixit, pro originibus. Apud iurifconsultos cunabula legum, pro institutionibus & primitiis legalibus. Cunninam Deam prisca coluerunt, quæ infantium cunis siue cunabulis præsidebat. *Deum Risum propitiamus.*] Antiqui, quod & Augustinus memorat, singulis rebus singulos Deos attribuerunt: ut Vagitanum, infantium vagitibus: ut Murceam, quæ faceret hominem murcidum: ut Agenoream, quæ ad agendum excitaret: ut à stimulis, Stimulam. Consimiliter hilaritatis præsidem & gaudij Risum vocauerunt, quem Græcè Gelora nuncupant. Legimus apud scriptores idoneos, Hilaria quoque festa solennia à veteribus celebrata fuisse, qui dies erat ad 8. Kal. Aprilis, tanquã tunc cuncta hilaritate mulceantur, quo primùm tempore sol diem longiorem nocte protendit. Hoc intellectu accipiendum est illud Flauij Vopisici, sic scribentis in Aureliano: Hilaribus, quibus omnia festa & fieri scire debemus, & dici, impletis solennibus. Herodianus insinuat, Hilaria matri Deum dedicata fuisse: quo die passim omnibus ludendi licentia, lasciuendi que permessa. Igitur, ut ad propositum redeamus, Risus Deus hilaritate & gaudio ac ridiculis rebus erat propitiandus: illique ad festiuitatem celebrandam meritò vocabantur, qui vrbanitate & salibus pollentes, ad risum facilè prouocarent. Ille tamen risus est cauendus, qui Græco prouerbio dicitur *σαρδάνιος γέλως*, Sardonijs risus, ab insula Sardinia, in qua nascitur herba quædam apiastro similis, nomine Sardonia: quæ si in edulio fuerit, neruos contrahit, diducit ora risu: & ita *γαστήρις μετὰ σπασμοῦ ἢ γέλωτος ἀποθνήσκουσιν*, id est, gustantes cum spasmo & risu moriuntur. Hinc illud Ciceronis ex epistola ad Fabium Gallum: Rideamus *γέλωτα τὸν σαρδάνιον*. Græci *παρρημία*, id est, prouerbijs de risu Sardonio variè interpretantur. Nam Æschylus tradit, incolas Sardinia colonos extitisse Carthaginensium: ideòque Saturno immolasse senes, qui annos septuaginta excessissent. Idque fecisse ridentes, seque inuicem amplexantes, tanquam indecorum foret lacrymare, & lamentari: vnde simulatus risus dictus est Sardonijs. Aliter Timæus, aliter Simonides, aliter quoque alij prodiderunt: verum illud de herba Sardonia tam nostris quàm Græcis vsurpatum, videtur probabilius. *De proprio lepore.*] genuina & natiua vrbanitate. Pronuntiandum est media producta, ab eo

quod est lepos. Catullus, de versiculis, Qui tum denique habent  
 salem ac leporem, Si sint molliculi, ac parum pudici. Item: Est le-  
 porum Disertus puer ac facetiarum. Inde lepidus dictus: quam-  
 uis Donatus lepidum, qui politus est, dici velit à *λεπτός*, id est, la-  
 ma, siue squama, de quibus Plinius in 34. Excutiuntur, inquit, ve-  
 lut milij squamæ, quas vocant lepidas. *Lætificum*.] quod læticiam  
 faciat. Aliàs mortiferum, quod lethum, id est, mortem afferat.  
*Numini litemus*.] Risum Deum propitiemus. Litare enim pro-  
 priè est Deum propitiare, & sacrificio factò numen placare: au-  
 ctōres Macrobius & Nonius. Hinc illud Plautinum ex Penulo:  
 Tum me Iupiter faciat vt semper sacrificem, nec vnquam litem.  
*Deus tantus*.] scilicet Risus. *Noctis admonebat*.] quia aduersa scer-  
 re iam ac noctescere significabat. Est enim verbum vetus no-  
 ctescere, quod significat noctem fieri, & in noctis modum obscu-  
 rari: quod Furius vetus poëta primus finxisse creditur, illo versu,  
 Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ. *Distentus*.] vino cibo-  
 que fartus ad saturitatem. *Prosperè*.] Lego prosperè: vt dicat, se sta-  
 tim & festiuiter allocuta Byrrhaena, domum repetiisse. *Tituban-  
 te*.] lapsante, vacillante, nutabundo: quod proprium vinolentorū  
 est. Nam, vt inquit scitè & eleganter Plautus, Vinum luctator do-  
 losus est, pedes captat primulū. *Domuitionem capeffo*.] id est, itio-  
 nem ad domum capio. Est enim dictio composita, quasi domus  
 itio, ab eundo domum: non tam Apuleianum vocabulum, quàm  
 Ciceronianum. Namque ante Apuleium M. Tul. in primo de  
 Diuinatione sic scripsit: Sed Rhodiorum classi propinquum re-  
 ditum ac domum itionem dari. A Martiale domicenium ele-  
 ganter fictum est vocabulum, pro eo quod est cœnare domi. *De-  
 iunsis*.] contusis, oblisus, impactis. *Ob lapides*.] ad lapides. Ob enim  
 pro ad antiqui dixerunt. nam præpositionem Ob pro Ad antiqui  
 ponebant, vt testis est Ennius, cūm ait: Ob Romam noctu legio-  
 nes ducere cœpit.

*Vastulis*.] va-  
 stis & enormibus  
 ac magnis: sed  
 cum mediocrita-  
 te. *Tantillum*.] mi-  
 nimūm, paulūm-  
 que, aduerbium  
 est. *Ad hoc vs-  
 que*.] id est, vsque  
 in id temporis  
 momentum. Co-

*Dūmque iam iunctim proximamus,  
 ecce tres quidam vegetis & vastulis  
 corporibus fores nostras, & summis vi-  
 ribus irruentes, ac ne presentia quidem  
 nostra tantillum conterriti, sed magis  
 magisque cum emulatione virium cre-  
 brius insultantes, vt nobis, ac mihi potif-  
 simūm, non immeritō latrones esse, &  
 quidem sauisissimi viderentur. Statim  
 d'enique*

denique gladium, quem veste mea con-  
 tactum ad hos usus extuleram, sinu li-  
 beratum \* arripui: nec cunctatus, me-  
 dios latrones \* inuado: ac singulis, vt  
 quemque colluctantem offenderam, al-  
 tissimè demergo: quoad tandem ante i-  
 psa vestigia mea, vastis & crebris per-  
 forati vulneribus, spiritum efflaue-  
 rint.\* Sic preliatus, iam tumultu eo Fo-  
 tide suscitata, patefactis adibus anhe-  
 lans, & sudore perlitus, inrepo: meque  
 statim, utpotè pugnantium latronum in  
 vicem Geryoneæ cedis fatigatum, læto  
 simul & somno tradidi.

perlinor inflexum est. Geryoneæ cedis.] Ita, inquit, fatigatus sum  
 pugna trium latronum, sicut Hercules tergemini nece Geryonis.  
 Geryones enim tricornis fuisse fingitur: quia tribus insulis præ-  
 fuit, Balearibus duabus, & Ebuso. Aduersus hunc terna arma  
 mouenda, ter letho sternendus erat: quem Hercules extrinxit. Qui  
 idè fingitur ad eum olla ærea transuectus esse, quòd habuit na-  
 uem fortem, & ære munitam. Historici autè autè, idè triplicis  
 naturæ fuisse Geryonem, quia fuerunt tres fratres bellatores, ro-  
 bustissimi: tantæque inter se concordia, vt vno animo omnes  
 geri viderentur, vt pro tribus vnus nominaretur. Geryonis ar-  
 menta speciosa, illo extincto Hercules abegit: vt tradunt Dio-  
 dorus, Iustinus, Liuius, Virgilius, cæteri omnes. Hinc Plautinum  
 illud, Ex genere Geryonaceo.



## LIBER TERTIVS.

### ARGVMENTVM.

Exorto die, magistratus cum ministris domum Apulej petunt: eum-  
 que tanquam homicidam, in iudicium trahunt. Turba populi confluentis,  
 & cuncta stipantis describitur. Accusator homicidij reum agit: reus in-  
 nocentiam suam tutatur, causamque agit argumentis oratoriis. Inter hæc  
 annus adueniat, tanquã parens necatorum: quos iussu magistratus reuelat

*Lucius, ut res esse apparent. Exoritur cachinnus immodicus: & sic Dei Risus celebrata cum hilaritate solennia. Photis causam docet facti vtricius. Mox adhibet Lucium spectatorem Pamphiles, in auem se transfigurantem, unguine magico delibuta: qui & ipse tali desiderio flagrans, dum in bubonem gestit immutari, per errorem pyxidis unguentariae in asinum transfiguratur. In calce latrocinale furtum refertur, quo asinus cum ceteris iumentis onustus gazis Milonis hospitis abducitur.*

**C**ommodum.] Chronographia est. Describit enim horam matutinam, qua solet Aurora cubili croceo surgens, caelum inquietare, aliamque lucem afferre mortalibus. Mythici fabulantur, Auroram bigis per caelum vehi, iuxta illud Maronianum: Aurora in roseis fulgebat lucea bigis. Ob id appellat Apuleius phaleras Aurorae punicantes, ob colorem scilicet croceum, qui in exortu Aurorae conspicitur. nam puniceus color ruffi coloris species est, quem Graeci *ερμινω* vocant, exuberantiam splendorisque ruboris significans: auctor Gellius in 2. Commodum autem aduerbium est, eo significato dictum, quo antea per sepe. *Roseum lacertum.*



*Commodum punicantibus phaleras Aurora roseum quatiens lacertum, caelum inequitabat: & me secure quieti reuulsum, nox diei reddidit. Aestus inuadit animum, vel vespertini recordatione facinoris. Complicitis denique pedibus, ac palmulis \* in alternas digitorum vicissitudines super genua connexis, sic grabatum coisim insidens, ubertim flebam: iam forum & iudicia, iam sententiam, ipsum denique carnificem imaginabundus. An mihi quisquam tam amicus, tamque beneuolus iudex obtinget, qui me \* terra cadis perlitum cruore, & tot civium sanguine delibutum, innocentem pronuntiare poterit? Hanc illam mihi gloriosam peregrinationem fore, Chaldaeus Diophanes obstinate predicabat. Hac identidem mecum replicans, fortunas meas eiulabam. Quati fores \* interim, & frequenti clamore ianuae nostrae perstrepere. Nec mora, cum magna irruptione patrefactis adibus, magistratibus, eorumque ministris,*

*stris, turbae miscellaneae cuncta completa. Statimque lictores duo, de iussu magistratuurum, immissa manu trahere me sanè non renitentem. Ac dum primum angiportum insitimus, statim ciuitas omnis in populum effusa, mira densitate nos insequitur. Et quanquam capite in terram, immò ad ipsos inferos iam deiecto, mæstus incederem, obliquato tamen aspectu, rem admirationis maxime conspicio. Nam inter tot millia populi circumsedentis, nemo prorsus, qui non risu dirumperetur, aderat.*

maritimis æstibus ducta. *Vespertini.* ] homicidij sub horam vespertinam facti, quo scilicet tres instar latronum irruentes obtruncauerat. *Complicitis pedibus.* ] Expressit habitum, quo se conformare solet homo anxius, sollicitusque. *In alternas digitorum vicissitudines.* ] Significat digitos pectinatim iunctos, de quibus Plin. in 28. sic scribit: Affidere grauidis, vel cum remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter sese amplexis, veneficorum est: idque compertum tradunt, Alcumena Herculem pariente. peius, si circa vnum amboue genua, item poplites alternis genibus imponi. Ex hac Pliniana sententia iam satis liquet, id quod ab Ouid. non minùs scitè quàm decenter dictum est lib. 9. Metamorphoseos: Dextròque est poplite læuum Pressa genu, digitis que inter se pectine iunctis Sustinuit partus. Dixit poëta digitos pectine iunctos, quod Plin. pectinatim inter se amplexos: & nunc Apuleius, in alternas digitorum vicissitudines connexas manus. *Cosim insidens.* ] pro in coxas sedens: adverbium est, dictum quasi coxin, id est, in coxas. Pompon. Hoc sciunt omnes quantum est qui coxin cacant, hoc gestu sutores sarcinatorésque sedere solent. Ad hoc referri potest Plautinum illud: Quasi claudus sutor, domi sedet totos dies. *Vbertim.* ] largè & abundanter. Sic Catullus: Vbertim thalami quas intra limina fundunt. *Imaginabundus.* ] imaginatione & mentis visione conspiciens. *An mihi quisquam.* ] Hæc, inquit, animo meo volutabam, mecùmque ruminabar. *Perlitum.* ] inspersum, perfusumque: à perlino nascitur perlitum, sicut à delino delitum, ab obliño oblitum, subliño sublitum. Cicero: Tuli molestè, quòd literæ delitæ sunt à te mihi redditæ.

Poëtica magis quàm oratoria locutio: alludit ad epitheton Aurora, quæ ab Homero dicta est ποδὸς ῥοσειοῦ, quasi roseos digitos habens: talis enim color exorientis Auroræ conspicitur. *Æstus.* ] agitatio curarum: ita Virgil. Et magno curarum fluctuat æstu. Translatio à

Idem in Verrinis: Tabulæ sunt in medio, quæ se interlitas & oblitatas esse clamant. *Delibutum.*] madentem. e contrario dicimus unguento delibutum, pro unctum. Solinus: Nam & pro consul Africae Flavianus imperator eum contigit unguentis & delibuit. Dixit Terent. in Phormione: Satis est, si te delibutum gaudio reddo. Vbi scite exponens Donatus inquit, Ad animum transtulit, quod est corporis: nam delibutus, unctus dicitur. *Pronuntiare.*] Verbum forense est: nam proprie iudices pronuntiare dicuntur, cum sententiam dicunt. Quintil. in 4. Nisi forte etiam tam hebes futurus est iudex, ut secundum id pronuntiet, quod sciet narrare te voluisse. *Hæc identidem.*] hæc frequenter. *Eiulabam.*] cum eiulatu & lamentatione prosequer. Eiulatum & eiulationem dixerunt gemitum flebilem. Eiulatus, ut inquit M. T. in 2. Tusculana, ne mulieri quidem concessus est. Et hic nimirum est fletus, quem 12. Tabulæ in funeribus adhiberi veterunt, quem lessum vocant: super quo in 2. commentario Tusculanarum questionum copiose scripsi. Vnde & ab Horatio dictum est in Epodo: Hinc & illa non virilis eiulatio. *Quati.*] quatiuntur, siue quatiebantur: tempus pro tempore, frequens apud auctores elocutio. *Perstrepere.*] perstrepunt, siue quatiebantur. *Turbæ miscellaneæ.*] Miscellaneam turbam eleganter vocat indiscretè, apparitorumque magistratum, qui colluione variarum gentium commixti esse solent. A. Gellius miscellam doctrinam nuncupat oppidò quàm decenter, quæ multifaria est, & ex mixtura multiugarum disciplinarum quasi confusanea. De miscellis ludis, apud Tranquillum in quarto commentario scriptum leges, ad quos referendum est illud satyroglyphi poetæ: Sic veniunt ad miscellanea ludi. M. Varro miscellum appellat genus columbarum, quod ex agrestibus columbis & domesticis mixtum est. Quidam codices habent, turbæ miscellaneæ, nomine à miseria ducto: misera enim & misella, & consequenter miscellanea esse solet turba eorum qui apparent ac præstò sunt iuridicis magistratibus: quales hoc quoque tempore pretorum familiæ conuiscuntur, famidæ scilicet & pannosæ, & ex miseriæ gurgustio erunt. Misellæ uæ dicuntur Catoni & Varro pro nigris. *Trahere.*] trahunt, vel trahebant. *Angiportum.*] Quod exitum non habet, ac peruium non est, angiportum appellarunt. Ab angendo & portu, ut interpretatur M. Varro. Sententiæ Varronianæ astipulatur illud Terentianum ex Adelphis: Id quidem angiportum non est peruium. Vbi Donatus, angiportum exponit pro angusta & curua via. Alij, quod inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos, quas portus veteres dixerunt. *Immo ad ipsos inferos.*] Correctio est, per hyperbolem, quæ cuncta



cuncta vero maiora facit. Nam correctio exornatio est, quæ pro  
co quod dictum est, id quod magis idoneum videtur reponit:  
quæ, vt lib. 3. Rhet. ad Herennium traditur, rem facit insigniorē.

Tandem pererratis plateis omni-  
bus, & in modum eorum qui lustrali-  
bus piamentis minas portentorum ho-  
stijs circumforaneis expiant, circumdu-  
ctus angulatim forum, eiusque tribunal  
adstitutor. Iamque \* sublimo suggestu  
magistratibus residentibus, iam præcone  
publico silentium clamante, repente cun-  
cti consona voce flagitant, propter cætus  
multitudinem, quæ pressuræ nimia den-  
sitate periclitaretur, iudicium tantum  
theatro redderetur. Nec mora, cum pas-  
sim populus procurrens, cauea \* con-  
ceptum mira celeritate compleuit. A-  
ditus etiam, & tectum omne fartim sti-  
pauerant. Plerique columnis implexi,  
alij statuis dependuli, nonnulli per fe-  
nestras & lacunaria semiconspicui, mi-  
ro tamen omnes studio visendi, pericu-  
la salutis negligebant. Tunc me per  
proscenium medium, velut quandam  
victimam publica ministeria \* produ-  
cunt, & orchestrae mediae sistunt. Sic rur-  
sum præconis amplo boatu citatus ac-  
cusator quidam senior exurgit, & ad  
dicendi spatium vasculo quodam in  
vicem coli graciliter fistulato, ac per  
hoc guttatim defluo, infusa aqua, popu-  
lum sic adorat.

Lustralibus ex-  
piamentis.] Signi-  
ficat se circumdu-  
ctum fuisse per  
angulos omnis,  
sicut hostiæ cir-  
cumduci solent  
in amburbiali sa-  
crificio & ambar-  
uali, quando sci-  
licet vrbes Argi-  
uæ lustrantur.  
Namque ambar-  
uale sacrificium  
id appellauerunt,  
quod arua am-  
biat victima. De  
quo intelligi vo-  
luit poeta in Geor-  
gicis illo versu:  
Terque nouas  
circum fœlix eat  
hostia fruges. Fie-  
ri autem sæpe con-  
sueuerat de por-  
ca fœcunda &  
grauida. Portius  
Cato hoc sacrifi-  
cium signat, cum  
præcipit, Quid  
facere debeas si  
agrum lustraue-  
ris: vbi solitau-  
rilia circummagi  
solita docet, &  
porco præcipue  
fundum lustran-

dū expiandūque. Cuius verba precatória sunt hæc ad Deū: Vt  
vidueratē vastitudinēq; calamitates, intēperiāsq; prohibeßis,

defendas, auerruncéſque. Vbi viduertas ſignificatur calamitas, ex eo dicta, quòd bonis viduet: ſicut auerruncare ſignificat auertere, propulſare, depellere: vnde & auerruncus Deus dictus, quòd mala auerruncaret, hoc eſt, auerteret, abigerétque: ſuper qua re in notis Seruij ſcripſimus non indiligenter. Amburbale verò ſiue amburbium dicitur ſacrificium, quòd urbem circuit & ambit victima. Lucanus amburbium ſignat, cùm ſic inquit in primo Pharfalia. Mox iubet & totam pauidis à ciuibus urbem Ambiri, & feſto purgantes moenia luſtro. Hinc piamenta luſtralia dicuntur, quibus expiatoriis luſtramus, id eſt, expiamus agros urbéſq;. Luſtrare enim expiare eſt: vnde & luſtratus, pro expiatus. Lilius in primo, luſtrale ſacrificium refert apud Plin. luſtrata vrbs ſape, & luſtratum Capitolium. Luſtralia verò exta apud Virg. & Statiuum ſignificantur pingua. Moris enim fuerat, vt grammatici annotauerunt, completo luſtro, id eſt, quinquennali tempore victimas ſacrificari, id eſt, perfectæ ætatis: & ob hoc pingues. Homerus quoque dixit *βουὸν πενταετῆρα*, id eſt, bouem quinquennalé, quem luſtralem vocat. *Minas portentorum.*] quicquid diri portenta minantur, ac denuntiant. *Hoſtys circumforaneis.*] Circumforaneæ hoſtiæ dicuntur, quæ circum agros & vrbes in ambaruali amburbaliſve ſacrificio circumducuntur, circumaguntúrve: à circumferendo dictæ M. Tull. in oratione pro Cluétio, pharmacopolam vocat circumforaneum, qui circuit fora, & circumagitur: quales compluſculi in noſtro foro quotidie conuiſuntur, homines ſcilicet nugatores, impoſtoréſque. Item Hieronymus: Garululum neſcio quem remigerulum circumforaneum. *Angulatum.*] per omnes angulos. Aduerbium eſt, ea forma factum qua oppidatim, vicatim, regionatim: quæ ſignificant, per oppida, per vicos, per regiones. Templatim dixit Tertulianus, quaſi per templa. *Aſtituor.*] ad tribunal iudiciale ſiſtor, ſtatuórque. *Suggeſtu.*] pulpito. *Silentium clamante.*] Plautus in Penulo: Exurge præco, fac populo audientiam. Nam dicere ſolet præco: Silete, & tacete, atque animum aduertite. *Preſſuræ.*] preſſionis: ſubſtantiuum eſt. ſic Lucanus: Corycij preſſura croci. *Periclitaretur.*] Historici prodiderunt, Clodiam Appij Cæci filiam iactatam & malè habitam eſſe, turba vndique confluentis conſtuctuantéſque populi in theatro. *Quin* & ad Cæſaris dictatoris ſpectacula tantùm vndique confluxiſſe hominum fertur, vt præ turba eliſſi exanimatiqué plurimi ſint. *Caueæ conceptum.*] theatri conſeſſum ſignificat. Cauea enim in theatro eſt, vbi ſpectat populus: vt docet Seruius ſuper illud Virgilianum, Conſeſſu caueæ magnis Circeſibus actis. Plautus in Amphitryone; Eant per totam caueam ſpecta-

spectatoribus. Aliàs cauea dicitur septum, quo animalia inclusa continentur. Idem Plautus in Curgulione: Quia enim in cauea si forent inclusi, itidem vt pulli gallinacci. Plinius auctor est, Augustum ostendisse tigrim Romæ in cauea mansuefactam. Cauea theatri Scauri, eodem teste, cepit hominum 80. milia. *Fartim.*] conferri, stipatim: à farciendo derivatum aduerbium. *Columus implexi.*] Euidencia est, siue representatio, quæ Græco vocabulo dicitur Enargia. Res enim ita clarè describitur, ita tota imago verbis quasi depingitur, vt cerni videatur. *Semiconspicui.*] Expressè significanter ac decenter, id quod in spectaculis fieri videmus: vt scilicet dimidiati homines, & (vt hic noster ait) semiconspicui, ex fenestris appareant, visendi studio interdum periclitantes. *Proscenium.*] Locum, qui est ante scenam, proscenium dixere, quasi ante scenam: auctor Diomedes. Ex proscenio actores fabulas agebant. *Publica ministeria.*] publici ministri: quales sunt apparitores, lictores, & accensi. Apud Lacedæmonios, Helotæ vocabantur publica famulicia: apud Thessalos Penestæ, de quibus Plutarchus, Aristoteles, Dionysius. *Orchestra.*] Locus in theatro, ex quo senatores & legati honoratiorum gentium spectare consueverant. De orchestra affatim in Suetonij commentariis. *Boatu.*] sonitu, & clamorosa voce. Boare enim clamare est: vnde verbum ductum esse autumant etymologici, à verum boando, hoc est verum sonando. Virgilius, Reboant syluæque & magnus olympus, dixit, pro resonant, resultant, remugiunt. M. Varro à bove boantes dici tradit: alij à verbo Græco deducunt. Præcones autem solent & dicuntur esse *μεγαλοφωνότατοι*, id est, vocalissimi, & voce sonantissima boantes: vnde à præcanendo, id est, valde canendo nominati. *Vasculo quodam.*] Clepsydram signat. Est autem clepsydra vasculum vitreum, per quod guttatim defluit aqua inclusa, stillicidiòque exhauritur: nomine ducto *ὕδωρ τὸ κλεψιδρῶν*, quod significat furari & abscondere, *ὕδωρ τὸ ὑδωρ*, id est aqua. Consimilia clepsydris sunt vascula illa apud nos vñtatissima, quæ spatia horaria metiuntur puluisculo per foramen angustū minutatim delabente. Tale est illud, quod affabrefactum & ex argento pretiosum nuperrimè ad me missi dono, munifice Antistes: qui vt cæteris virtutibus fulges, ita liberalitate quoque clarissimus es. Et profectò nihil peræquè exornat extollitque opulentos Antistites, quàm munificètia, qua homines Diis simillimi efficiuntur, qua cunctis mortalibus sunt amabilissimi, qua liberati præcones excitantur. Sed ad propositum. Apud veteres auctoribus causarum forensium præscribatur orandi tempus, datis clepsydris; quibus exhaustis, amplius dicere verabatur. Quod

institutum damnat Plinius in epistolis, scribens paucioribus clepsydris causas præcipitari, quæ antiquitus pluribus diebus explicabantur. Inde illa increbuit passim inualuitque consuetudo, binas vel ternas clepsydras, interdum & dimidias & dandi & petendi. Item aliubi: Dixeram horis penè quinque: nam tribus clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor. Clepsydram, ut inquit Seneca, non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid antè defluit. Relege quæ scitu digna annotauimus in secundo commentario Tusculanarum, super clepsydra. Sensus Apuleij est: Accusatori definitum dimensumque esse dicendi spatium, ad modulum vasculi aquarij, hoc est clepsydræ: ut scilicet tantisper oraret, donec efflueret aqua, cuius exhaustu actio finiretur. *In vicem colli.*] Cola vasa sunt linea, à colando dicta: per quæ scilicet vinum defluens percolatur. Virg. Colaque prælorum fumosis deripe tectis. Martialis: Frigidior colo non salit vnda tuo. Idem colum vinarium celebrat in apophoretis. Figuratur autem colum, à summo patulum & satis latum: in imo autem fastigiatur in acutam gracilitatem, quasi in metæ modum. Tali figura dicit fuisse vasculum, quod accusatori datum est, ad tempus dicendi præfiniendum. *Guttatim.*] per guttas cunctanter fluentes, & quasi per stillicidium. *Adorat.*] alloquitur. Adorare apud antiquos significabat agere. vnde & Legati oratores dicti, quia mandata agunt.

*Quirites.*] Ex more Romano sumptum, ubi oraturi ad populum, Quirites appellitant: ut in orationibus Ciceronis sæpissime. Sic Persius: Quod deinde loquere Quirites. Quiritare dicitur is, qui Quiritum fidem clamans implorat. Ut quiritare urbanorum est sic iubilare rusticorum. *Totam ædium lamen.*] Mendosus locus, & defor-

*Neque parua res, ac præcipuè pacem ciuitatis cuncta respiciens, & exemplo serio profutura tractatur, Quirites sanctissimi. Quare magis congruis sedulo singulos atque vniuersos vos pro dignitate publica prouidere, ne nefarius homicida tot ædium lanienam, quam cruentè exercuit, impunè commiserit. Nec me putetis priuatis similitatibus instinctum, odio proprio sentire. Sum namque nocturna custodia præfectus: nec in hodiernum credo ququam peruigilem diligentiam meam culpæ posse. Rem denique ipsam, & quæ nocte gesta sunt, cum fide proferram. Nam cum ferè iam tertia vigi-*

lia \* lapsa diligentia \* cuncta civitatis hostiatim singula considerans circumire, conspicio istum crudelissimum inuenem mucrone districto passim cadibus operantem: iamque tris numero seuitia eius interemptos, ante pedes ipsius spirantes adhuc corporibus in multo sanguine palpitantes. Et ipse quidem conscientia tanti facinoris merito permotus, statim profugit: & in domum quandam presidio tenebrarum elapsus, perpetem noctem delituit. Sed providentia Deum, quæ nihil impunitum nocentibus permittit, priusquam iste clandestinis itineribus elaberetur, manè præstolatus, ad gravissimum iudicij vestri sacramentum eum curavi producere. Habetis itaque reum tot cadibus impiatum, reum coram deprehensum, reum peregrinum. Constantè itaque in hominem alienum ferte sententias de eo crimine, quod etiam in vestrum civem seueriter vindicaretis. Sic profatus accusator acerrimus, immanem vocem repressit.

matus, qui in pristinam elegantiam sic reformari potest: Tot cædium lanienam. Hoc intellectu, ut dicat accusator: providendum est, ne Apuleius, ut potè ne farius homicida, impunè commiserit lanienam, id est, lanienam seuitiamque triplicis cædis. Est enim laniena, locus ubi caro venditur, ut docet Varro: quin etiam accipitur pro laniatione ipsa, & truncatione. Videtur laniena à laniando dici: unde & lanij, siue laniones, qui laniant pecora: & laniste, qui laniandis præfunt gladiatoribus. Legato lanionis instrumeto, men-

sa, pondera, ferramenta, & alia quoque, quæ laniandæ carnis causa parata sunt, contineri docet Paulus iuriconsultus. Nefarius dicitur sceleratus, à farre, quo scelerati uti non debeant. Hinc, qui indigni sunt qui vivant, nefarij vocantur: auctores M. Varro & Nonius. De nefario sic scribit Asconius: Nefarium est, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari. Ergo nefarij, sacrilegi. *Simulacibus.*] inimicitias & odiis. Simultas dicta est ex contrario, quia minime sunt simul, inter quos odium est. Potest & à simulatione dicta existimari, quia simulata loquuntur ad invicem. *Nocturne custodie præfectus.*] Ex disciplina militari, idonei & probatissimi eliguntur, qui vigilias nocturnas circummeant, & renitent si qua emergerit culpa: quos circuitores appellabant. At nunc, auctore

Vegetio, militiae factus est gradus, & circitores vocantur. Apud iuriconsultos scriptum legimus, triumuiros nocturnos esse, ab eo quod excubias agebant nocturnos dictos. Hocce omnis nocturnae custodiae praefectos intelligere merito possumus. Fuit & praefectus vigilum, de cuius officio titulus est lib. I. Digestorum, ad quem pertinet quaestio de urbis custodibus, qui per totam noctem vigilare debet, & oberrare calciatus cum armis & dolabrīs. *Cum fide proferam.*] Oratio est ex praecipione rhetorica, oratoris numeris composita: nam post exordium subiuncta narratio est, quae (ut rhetorici doctores praecipiunt) debet esse dilucida, breuis, & probabilis. *Tertia vigilia.*] Vegetius & Modestus tradunt, vigilias nocturnas in quatuor partes diuisas fuisse, ut non amplius quam tribus horis nocturnis necesse sit primos vigilare. A tubicine omnes vigiliae committuntur, & finitis horis à tubicine reuocantur. Apud historicos frequens mentio est de prima, secunda, tertia, quarta vigilia. Hieronymus in expositione Psalmorum: Nox, inquit, in quatuor vigilias diuiditur, quae singulae trium horarum spatio supputantur. Apud Lucanum secunda vigilia significatur illo versu: Tertia iam vigilēs commouerat hora secundos. Et haec vigiliae castrenses nominantur. Plin. in ro. de gallis loquens, sic inquit: Cum sole eunt cubitum, quartaque castrensi vigilia ad curas laborumque reuocant. Hic per tertiam vigiliam significatur tempus id, quod à media nocte mox incipit. *Lapsa.*] Al. scrupulosa. *Hosiatim.*] Quasi per singula hostia Quint. Eloquentia hosiatim petenda. *Mucrone districto.*] educto gladio. Prosa oratio mucronem pro gladio, & tectum pro domo recipit, auctore Quintiliano. Proprie autem mucro est cuspis testis hinc dixit Seruius, Cuspidem abusiue posuisse Virgilium pro hasta mucrone. Hinc mucronatum deriuatur, pro eo quod est acutum, & mucronis habens effigiem. Plin. lib. 32. scribit, inter pisces xiphiam, id est, gladium rostro mucronato esse, à quo naves perfoctae merguntur in oceano. *Interemptos.*] Repete verbum illud, conspicio. Zeugma est, à superiori praesidio tenebrarum. Consimiliter Virg. Defensi tenebris, & dono noctis opacae. *Perpetem.*] perpetuam, ac totam. Perpetem pro perpetuo dixerunt veteres, & annotant grammatici. Pacuius: Fac ut ceepisti hanc operam mihi perpetem oculis traxerim. *Nihil impunitum nocentibus*] Verbum vetus est, Deos iratos pedes lanatos habere: quia nonnunquam tarde veniunt nocentibus. Hinc illa apud Valerium vulgata sententia: Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira Ex quo satis liquet, Deorum prouidentiam nocentes nunquam impunitos dimittere, etsi interdum serò puniant: ideoque scripsit



psit Horat. Rarò antecedentem scelestum Deseruit pede pœna  
 claudo. Cæsar quoque in commentariis auctor est, consuesse  
 Deos immortales, quò grauiùs homines ex commutatione re-  
 rum doleant, quos pro scelere eorum vlcisci velint, secundas in-  
 terdum res, & diurnam impunitatem concedere. Græcè *αἰ-  
 νόρα* dicitur prouidentia Deorum, qua Stoici dicunt cuncta regi:  
 prouerbiu Græcorum est, *εἰς θεῶν ἄρα ἦλθεν*, id est, ad aures  
 Deorum accedit: quod dicitur de hominibus, qui non latent  
 Deos in suis actionibus. *Clandestinis irineribus.* ] occultis & deuis.  
 Clandestinum penultima longa enuntiandum est, vt Silius Man-  
 liùsque notificant. *Manè præstolatus.* ] matutinam Auroram expe-  
 ctans. Præstolari enim est expectare, vel manere. Aliàs præstola-  
 ri est, præstò esse, & apparere, hoc est obsequi, vt docet Donatus.  
 Coniungitur cum datiuo & ablatiuo. Teren. *Quem præstolare*  
 Parmeno. M. Tull. qui tibi ad forum Aurelium præstolentur.  
*Impiatum.* ] pollutum maculosumque. *Reum.* ] Epanaphora est, si-  
 ue Anaphora, quam nostri Repetitionem dicunt, siue Relatione:  
 quæ fit, quotiens per singula membra eadem pars orationis re-  
 petitur, hoc modo: Verres calumniatores apponebat, Verres de  
 causa cognoscebat, Verres pronuntiabat: auctores Martianus,  
 Diomedes, & M. Tul. in Rhetoricis ad Herennium. *Peregrini-  
 num.* ] Tanquam peregrino minùs fauendum sit quàm ciui, & a-  
 lienus constanter damnari debeat. Nam, vt docet M. Tul. in pri-  
 mo de Officijs, Propior est societatis gradus eiusdem nationis &  
 linguæ: arctior verò colligatio est, eiusdem esse ciuitatis. Hinc  
 scribit Plin. in 36. Agoracritum Parium & Alcamenum Atheni-  
 enses. Phidiæ discipulos, inter se ambo certauisse in Venere fa-  
 cienda: vicissèque Alcamenem non opere, sed ciuitatis suffragiis,  
 contra peregrinum ciui suo fauentis. Atqui peregrinos tamen  
 despiciere non debemus: quin immò, vt præcepit Plato lib. 8. de  
 legib. peregrini viginti annos in aliena ciuitate permaneant ar-  
 tium aliquam exercentes, sine vectigalium solutione. Cùm au-  
 tem 20. anni exacti fuerint, accipiant rem suam, & abeant. Lex  
 quoque Mosaica præscribit, *αλλοφύλοις* (sic enim Græco vocabu-  
 lo peregrini dicuntur) non esse vexandos: Nam & vos, inquit,  
 peregrini fuistis in alieno solo.

*Ac me statim praco, si quid ad ea  
 respondere vellem, iubebat incipere. At  
 ego nihil tunc temporis amplius quàm  
 flere poteram, non tam me hercules tru-*

*Nec ipse igno-  
 ro.* ] Defensio est:  
 cuius status siue  
 constitutio iuridi-  
 cialis, siue qualita-  
 tis nuncupatur.

Non enim factum quod obiicitur negat, sed id iure factum esse demonstrat. Ut in causa Horatij fororicidæ intentio accusatoris est, Sororem occidisti: depulsio defensoris, Occidi, sed iure occidi. Quæstio est, Num iure occiderit. insidiatorem autem cum occidere fas sit: & quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, id fecisse iure existimetur, tris à se insidiatores iure cæcos argumentatur. Orditur autem à pronomine, quoniam magna vis est in pronominibus *Expositis*. ] neci datis. Sensus autem est: Scio esse difficile, eum qui confiteatur crimen, de quo arguitur, vellem tamen persuadere sese esse innocentem. *Audientiam*. ] Ita Plautus: Exurge præco, fac populo audientiam. *Eventu*

*culentam accusationem intuens, quam meam miseram conscientiam. Sed tamen oborta diuinitas audacia, sic ad illa. NEC. ipse ignoro, quam sit arduum, trinis civium corporibus expositis, eum qui cedis arguatur, quamvis vera dicat, & de facto confiteatur ultrò, tamen multitudini tante, quòd sit innocens persuadere. Sed si paulisper audientiam publicam mihi tribuerit humanitas vestra, facile vos edocebo, me discrimen capitis non meo merito, sed rationabilis indignationis euentu fortuito, tantam criminis inuidiam frustra sustinere. Nam cum à cœna me seriùs aliquantò reciperem, potulentus aliquin, quod planè verum crimen non diffitebor, ante ipsas fores hospitij (ad bonum autem Milonem, ciuem vestrum, deuorto) video quosdam senissimos latrones aditum tentantes, & domus iannas cardinibus obortis euellere gestientes: claustrisque omnibus, quæ accuratissimè adfixa fuerant, violenter euulsis, secum iam de inhabitantium exitio deliberantes. Vnus denique, & manu promptior, & corpore vastior, his affatibus ceteros incitabat: Heus pueri, \* quam maribus animis, & viribus alacribus dormientes aggre diamur. Omnis contatio, ignauia omnis cessat è pectore. Stricto mucrone per totam domum cedes ambulet: qui sopitus iacebit, trucidetur: qui repugnare tenta-*

tauerit, feriatur. Sic salui recedemus, si saluum in domo neminem reliquerimus. Fateor, Quirites: extremos latrones (boni ciuis officium arbitratus: simul eximie metuens & hospitibus meis & mihi) gladiolo, qui me propter huiusmodi pericula comitabatur, armatus, fugare atque proterrere aggressus sum. At illi barbari prorsus, & immanes homines, neque fugam capessunt: & cum me viderent in ferro, tamen audaciter resistunt. Dirigitur praeliaris acies. Ipse denique dux & signifer caterorum, validissime \* aggressus, illicò manibus ambabus capillo abreptum, ac retrò \* reflexum, effligere lapide gestit. quem dum sibi porrigi flagitat, certa manu percussum feliciter prosterno. Ac mox alium, pedibus meis mordicis inhaerentem, per scapulas ictu temperato: tertiumque improvide occurrentem, pectore offenso, perimo. Sic pace vindicata, domoque hospitis ac salute communi protecta, non tantum impunem me, verum etiam laudabilem publice credebam fore: qui ne tantillo quidè unquam crimine postulatus, sed probe spectatus apud meos, \* semper innocentiam commodis cunctis antetuleram. Nec possum reperire, cur \* iuste ultionis, qua contra latrones deterrimos commotus sum, nunc istum reatum sustineam: cum nemo possit monstrare, vel primatas inter nos inimicitias praecessisse,

fortuito. ] Cædes enim illorum triū fortuitò, non consultò, fuerat perpetrata. A cæna. ] Foris enim apud Byrrhenam cœnauerat, vt superius demonstraui. Elocutio Pliniana est, à cæna, à cibo, à somno, pro eo quod est, post cœnam, post cibum, post somnum. De vi & significatione huius particulæ à, super Suetonium affatim. Serius. ] hora seriore tardiorèque. Potulentus. ] vinolentus, & bene potus, apud Plautum, vitium vini atque amoris, noxam commissam purgat. Verum crimen. ] Non nego, inquit, me ebrium temulèrumque fuisse. Deuorto. ] Dicimus deuortor & deuorto, in eodè significato: nã & deuortor in præterito actiua habet declinationem deuerti, vt docet Phocas. Verbum autè est proprie

*ac ne omnino mihi notos illos latrones usquam fuisse : vel certè vlla præda monstretur, cuius cupidine tantum flagitium credatur admissum.*

rem in Trinummo : Insanum est & malum, in hospitium deuorti ad cupidinem. M. Tullius in secundo Rhetoricorum : Quare cum in quandam tabernam deuortissent, simul cœnare & in eodem loco somnum capere voluerunt. *Gestientes.* ] cupientes. *Gestire* enim modò cupere est, aliàs lætum esse. *Corpore vastior.* ] maior, enormior, horrentior. Vastum enim dicitur magnum, horrens & ferox. Vetus verbum est vastescere, quod significat desertum & vastum fieri. Vasticies & vastitudo & vastitas, pro horrore & desolatione & contagio accipiuntur apud scriptores idoneos. *Affatibus.* ] alloquio & verbis, quæ magnum persæpe habent incitamentum in vtranque partem, tam ad scelus capessendum, quàm ad virtutem percolendam. Horatius: Hortari cœpit eundem Verbis, quæ timido quoque possent addere mentem. *Maribus animis.* ] masculinis, & planè virilibus. *Cunctatio.* ] Hortabatur comites, vt moram omnem cunctationemque eicerent ab sese, exterminarentque : sæpe enim cunctatio dispendiosa est. Ex quo illud Silij: Pelle moras, breuis est magni fortuna fauoris. Persæpe verò vtilem curationem tarditatemque esse percipimus. vnde ait idem Silius: In rem contari fuerit. & Fabius ob id Cunctator dictus, qui cunctando restituit rem. Dictum vetus est, cuius Sidonius quoque commemorat, Persæpe moram esse meliorem: & vt auctor est Marcellinus, cunctatio præcipuū bonum est in magnis ductoribus. *Faceffat.* ] recedat, abeat, vt illud: Faceffite hinc omnes. Aliàs faceffere, est facere, vt Virgilius: Imperio læri parent, ac iussa faceffunt. *Fateor Quirites.* ] Ex ritu oratorum Romanorum, qui ad Quirites concionantur. *Extremos latrones.* ] Ita ordinandus est textus: Aggressus sum gladiolo fugare extremos latrones, tanquam id officium foret boni ciuis. Extremos autem appellat, intelligi volens perditissimos, nequissimosque. Sic ab A. Gellio extrema malitia dicta est, pro maxima, & ea vltra quam nihil sit. *Dux & signifer.* ] Vexillarium, antesignanumque, ac veluti principem latronum significat. *Certa manus.* ] Dicitur manus certa, cuius ictus non aberrat: sicut incerta, quæ non semper ferit destinata. Quintilianus in 4. Vt certa manus vno telo possit esse contèta, incertę plura spargenda sunt, vt sit & fortunæ locus. *Neque fugam capessunt.* ] Narratio credibilis, & planè oratoria, in quam ex præcepto Quintiliani nō fuerit inutile

inutile semina quædam probationum spargere, nonnunquam etiam argumento aliquo confirmabitur: cum aduersarij dicuntur fuisse robusti, armati contra infirmos, plures contra unum. Aliquando confitebimur vix esse credibile, quod factum est: nos tamen id verum esse probaturos. Sicuti nunc vix videtur esse credibile, tres ab vno peremptos fuisse: tam autem subtiliter narrat, tam probabiliter vt qui audit, statim credat. Mordicus, morsu, & dentibus: aduerbium est: mordicitus quoque veteres dixerunt in eodem significato. Plautus in *Aulularia*: Asini me mordicus scindant, boues incurfent cornibus. A morsu etiam morsicatum ludunt. *Per scapulas.*] Scapulae posteriores dorsi partes & humerorum significantur. Hinc interuallum illud medium inter scapulas, interscapulum dictum. In *Floridis*: Cum interscapulum crates retexisset. Quidam interscapillum legere malunt. Apud *Higinum* crebra mentio est interscapili, à quo in scapulo quoque vsurpatur pro interscapilio, siue pro in scapulis. *Impunem.*] impunitum, & poenæ exortem. Declinatur impunis, vt immunis. *Hospitis.*] *Milonis.* *Prosecta.*] defensa. *Ne tantillo quidem.*] ne minimo quidem. *Postulatus.*] accusatus. Titulus est apud iuriconsultos, de postulando. Cæsar, vt scribit *Tranquil*. *Dolabel* lam repetundarum postulauit. *Reatum.*] accusationem *Messala* orator primus reatum dixit, vt docet *Quintilianus* in 8. Reus, vn de reatus ducitur, non solum est is qui causam dicit, & item qui quid promisit, spondit ve, ac debet, verum etiam qui cum altero litem contestatam habet, siue is egit, siue cum eo actum est. Reus, vt scribit *Gallus Hilius* stipulando est idem qui stipulator dicitur: sicut reus est promittendo, qui suo nomine alteri quid promisit. *M. Antonius* apud *Ciceronem* in 2. de *Oratore*: Reos, inquit, appello non eos modò qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur. Reum fieri *Asconio* nihil aliud est, nisi apud prætorem legibus interrogari. Agi dicitur reus, cum accusatur: peragi, quando damnatur. *Plinius* in *epistolis*: Interea dum peragitur reus. *Vlpianus* ad legem *Iuliam* de adulterijs sic refert: Nisi reum peregerit. Peregisse autem non aliàs quis videtur, nisi & condemnauerit. Idem ad legem *Iuliam* maiestatis: Is, inquit, qui in reatu decedit, extinguitur enim crimen mortalitate. Reis apud *priscos* moris fuit, summittere capillum, & vestem sordidam in publico habere, ad misericordiam conciliandam. *Proprias inimicitias.*] Maleficium sine causa susceptum ferme esse non solet, vt *rhetorici doctores* prodiderunt, qui præcipiunt, in omni lite causam potissimum spectari oportere. Causa autem omnis aut impulsiva est, vt ira, odium: aut ratiocinativa, lucrum, hæredi-

tas. Impulsiuam Græci vocant ὀρμητικὴ αἰτία: ratiocinatiuam  
 verò, τὴν λογικὴν αἰτίαν. Præterea causa est aut efficiens, cum dici-  
 mus: Illa ratione prouocatus est, quod νόησον αἴτιον Græci vocat:  
 aut adiuuans, vt cum dicimus, Etiam illa causa accessit, quod  
 ὑποθετικὸν αἴτιον vocant: aut prohibens, vt, Imò habui causam nõ  
 faciendi, ne ad inimicum meum hæreditas perueniret, quod κα-  
 λυπτικὸν αἴτιον Græci vocant. Nunc Apuleius impulsiuam causam  
 signat, cum ait, inimicitias non præcessisse: ratiocinatiuam verò,  
 cum negat vlla prædæ cupiditate admissum esse flagitiũ. *Cupidi-  
 ne.*] cupiditate. Hor. At bona pars hominũ decepta cupidine falso

*Porrectis in pre-  
 ces manibus.*] Ado-  
 rantes manus at-  
 tollimus, vt docet  
 Quintilianus. Si-  
 ne manibus trun-  
 ca est actio ac de-  
 bilis. Cætera par-  
 tes eloquentem  
 adiuuant: hæc  
 propè est, vt ita di-  
 cam, ipsa actio.  
 Manibus enim lo-  
 quimur, manibus  
 poscimus, mina-  
 mur, supplica-  
 mus: manus vo-  
 uentium leuiter  
 pandata est. *Pigno-  
 rum,*] filiorum,  
 sunt enim filij ve-  
 luti pignora cha-  
 ritatis inter con-  
 iuges: & vt 32.  
 quæstione 2. scri-  
 ptum legimus,  
 coniugij præmiũ  
 & gratia nuptia-  
 rum est partus.  
 Obsecratio autẽ  
 illa iudicum per  
 charissima pigno-

\* *Hic profatus rursum lacrymis ob-  
 ortis porrectisque in preces manibus,  
 per publicam misericordiam, per pigno-  
 rum charitatem, mœstus tunc hos, tunc  
 illos deprecabar. Cũque iam huma-  
 nitate commotos, misericordia fletuum  
 affectos omnes satis crederem, Solis &  
 Iusticiæ testatus oculum, casumque præ-  
 sentem meum commendans Deum pro-  
 uidentie, paulò altius aspectu relato,  
 conspicio prorsus totum populum: risu  
 cachinnabili disfluebant: nec secus il-  
 lum bonum hospitem, parentemque meũ  
 Milonem, risu maximo dissolutum.  
 At tunc sic tacitus mecum: En fides,  
 inquam, en conscientia. Ego quidem  
 pro hospitis salute & homicida sum, &  
 reus capitis inducor. At ille non con-  
 tentus, quòd mihi nec adsistendi sola-  
 tium perhibuit, insuper exitium meum  
 cachinnat. Inter hæc quedã mulier per  
 medium theatrum lacrymosa & flebi-  
 lis, atra veste contecta, paruulum quen-  
 dam sinu tolerans decurrit: ac pone eã  
 anus alia pannis horridis obsita, pari-  
 busque mœsta fletibus, ramos \* oleagi-  
 nos*



nos utraque quatientes, qua circumfusa lectulum, quo peremptorum cadavera contexta fuerant, plangore sublato se lugubriter eiulantes: Per publicam misericordiam, per commune ius humanitatis, aiunt, miseremini indignè caesorum iuuenum, nostraeque viduitati ac solitudini de vindicta solatium date. Certè parvuli huius in primis annis destituti fortunis succurrite, & de latronis huius sanguine, legibus vestris & disciplina publica litate.

*Parentem.* ] Nomen est reuerentiae. *Reus capitis.* ] Cuius causa capitalis est, is reus capitis dicitur: ut reus furti, reus maiestatis, qui de furto & maiestate accusatur. *Assistendi.* ] patrocinandis, fauendisque. Assistere enim quandoque significat defendere, patrocinari, adesse: quod prius adesse & superesse dictauerunt. Sic enim eleganter & scitè loquimur: Tibi adsum, tibi supersum: pro eo quod est, aduocatus tibi sum, causamque tuam defendo. *Cachinnat.* ] cachinno risuque solutiore prosequitur. *Atra veste.* ] Nigra vestis est lugentium. Pullatos dicimus & atratos, qui lugent, & vestibus nigris obsoletisque luctum testantur. Apud antiquos nefas erat, atratum accumbere in epulo. Hinc M. Tullius Vatinius probro dat, quòd cum toga pulla, id est, nigra in epulo Quinti Arij accubuerit, & quòd cenauerit atratus. Anthracinus color dicitur apud veteres, niger, quasi carbonarius. Anthraces. n. carbones Latine appellatur. M. Varro, Amiculū nigellū appellat lugubre vestē. *Ponē.* ] post: Virg. Ponē subit cōiūx. *Pānis obsita.* ] Ita Ter. Video scētū, squalidū, egrū, pānis annisq; obsitū. A Virg. dictus est obsitus quo, pro senex. & ut interpretatur Donatus, obsitū dicimus metaphora ab agro supra. *Oleaginos.* ] olearios. Ab olea oleagin<sup>o</sup> deducitur, sicut à faba fabagin<sup>o</sup>. Sic à Catone acus fabaginū dictū, purgamēto quisquiliisq; fabarū. Qui itē precipit, taleas oleaginas trepedanea esse decidēdas. Idē, codicillos oleaginos amurca pspergi iubet: ita neq; fumosi erūt, & bene ardebūt. Ramus olearū pacis signū est: arbor. n. pacifera est olea. Virg. Placitā paci nutritor oliuā. hinc à Græcis elea dicta, quia Græcè ελεος misericordia est: quia cōtingit eis quòd pax datur, ut inquit Prob. grāmatic<sup>o</sup> olea pacis signū est. *Lugubriter eiulantes.* ] debiliter lamētates. Eiulat<sup>o</sup> & eiulatio

flebilis est lamentatio. Eiulare est, flebiliter more fœmineo complorare. In legibus decemviralibus lessum dicitur hæc lugubris eiulatio. Legis verba sunt hæc: Mulieres genas ne radunto, néve lessum funeris ergò habento. Quibus verbis, vt Lælius interpretatur, tollit lex lamentationem. Id totum à nobis latius explicatum est in 2. Tusculanarum commentario. *Paruuli huius.*] Magis naturaliter mouent exempla, quàm verba. Hinc Sergium Galbã accepimus euasisse iudicij flammam, miseratione excitata, dum non suos modò liberos paruulos in concione produxerat, sed Galbã etiam supplicis filium, suis etiam manibus circumtulera. Et, vt auctor est Quintil. non solùm dicendo, sed etiam faciendo lacrymas mouemus: vnde & producere illos qui periclitentur, equalidos atque deformes & liberos & parentes, institutum est. *Latronis.*] Inuidiosè latronem Apuleium ipsum appellat. *Litare.*] sacrificare, & quasi parentate. Quid litare & sacrificare inter se differant, sæpius diximus.

*Diffiteri.* Inegare, & inficiari. *Subcisiua sollicitudo.*] Reliqua & sola. Subcisiuum enim id vocant, quod quasi reliquum, subductum, subtractumque est. Mar. Varro: Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subcisiuum esse vnciam agri, aut sextantè. Quidam Subcisiuum quasi à subsecando, alij quasi à succidendo deducere malunt, eodem tamen intellectu & significatu. A. Gellius M. Tul. Plinius, tempora succisiua appellant, quasi di-

*Post hac magistratus, qui natus maior, adsurgit, & ad populum talia \* infit: De scelere quidem, quod serio vindicandum, nec ipse, qui commisit, potest diffiteri: sed vna tantum subcisiua sollicitudo nobis relicta est, vt ceteros socios tanti facinoris requiramus. Nec enim verisimile est, hominẽ solitarium, tres tam validos euitasse iuuenes. Prohinc tormentis veritas eruenda. Nam & qui comitabatur eum, clanculo profugit: & res ad hoc deducta est, vt per questionem, sceleris sui participes indicet, vt tam dire factionis formido funditus perimatur. Nec mora, cum riuu Graciensi ignis & rota, tum omne flagrorum genus inferuntur. Augetur opido, imò duplicatur mihi mœsticia, quòd integro saltem \* mori non licuerit. Sed annus illa, quæ \* fletibus cuncta turbauerat: Prius, inquit, optimi ciues, quam*

quàm latronem istum miserorum pi-  
gnorum meorum peremptorem \* crucian-  
dum adfigatis, permittite corpora ne-  
catorum reuelari, ut & forma \* simul, &  
etatis contemplatione, magis magisque  
ad iustam indignationem arrecti, pro  
modo facinoris seuiatis. His dictis ap-  
plauditur: & illicò me magistratus ip-  
sum iubet corpora, qua lecto fuerant po-  
sita, mea manu detegere. Luctantem  
me, ac diu renitentem precedens faci-  
nus instaurare noua \* offensione, lictores  
iussu magistratum quam instantissime  
compellunt: manum denique ipsam, e-  
regionè lateris tudentes, in exitium  
suum super ipsa cadauera porrigunt.  
Euidtus tandem necessitate succumbo:  
& \* ingratus licet, arrepto pallio, retexi  
corpora. *Dij boni, quæ facies rei? quod  
monstrum? quæ fortunarum mearum  
repentina mutatio? Quamquam enim  
iam in peculio Proserpina, & Orci fa-  
milia numeratus, subito in contrariam  
faciem obstupescactus hesi. Nec possum  
noua illius imaginis rationem idoneis  
verbis expedire. Nam cadauera illa  
ingulorum hominum erant tres utres  
inflati, variisque secti foraminibus: &  
ut vespertinum praelium meum recor-  
dabar, his locis hiantes, quibus latro-  
nes illos vulneraueram. Tunc \* illis  
quorundam astu paulisper cohibitus ri-  
sus, liberè iam exarsit in plebem. Hi  
gaudij nimietate gratulari, illi dolorem*

cas subsecta, sub-  
ductaque à nego-  
tiis, quæ literis  
sunt impartienda.  
In primo de legi-  
bus ait M. Tullius:  
Subcisiua quædã  
tempora incur-  
runt, quæ ego peri-  
re non patior. Apu-  
leius infra quoq;  
dictionem hanc  
decenter usurpat  
in significatione  
confimili. *Euitasse.*  
[vita spoliasse.  
Euitare enim ver-  
bum est vetus, nec  
omnibus obuiũ,  
quod significat  
vita priuare. Et ita  
legere malim,  
quàm enecasse:  
quod quidam, in-  
solentiam huius  
verbi reformidan-  
tes, fecerunt. Sed  
elocutioni Apu-  
leianæ magis con-  
gruit euitasse, quã  
enecasse: cum alte-  
rum sit oppidò  
quàm eruditum,  
alterum protritũ.  
Item Actius poë-  
ta apud Ciceronẽ  
in 3. Tusculana:  
Hæc omnia vidi  
inflammari, Pria-  
mo vitam euita-  
ri: id est, vitalitate  
spoliari. *Tormentis*

*veritas eruenda.] ventris manuum compressione sedare.*  
 Inter probationes *Et certè latitia delibuti, meque respe-*  
 quas Græci ἀτι- *Etantes, cuncti theatro faceffunt.*  
 γοις, nostri inarti-  
 ficiales vocant, tormenta sunt. Apud rhetoricos doctores com-  
 munitis locus est à tormentis dicere, & contra tormenta: cùm pars  
 altera quæstionum vera fatendi necessitatem vocet, altera autem  
 sæpe causam vel falsa dicendi. Plenæ sunt orationes veterum  
 oratorum huiuscemodi quæstionibus. Apud maiores nostros,  
 quæstiones, tormenta de seruis habebantur. Diuus Augustinus,  
 vt auctor est Vlpianus, non esse à tormentis incipiendum consti-  
 tuit: neque ideo fidem quæstioni adhibendam. Est enim quæ-  
 stio, res fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat: nam pleri-  
 que patientia sine duritia tormentorum ita tormenta contem-  
 nunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit: alij tanta sunt  
 impatientia, & adeo recentes in dolore, vt in quouis mentiri  
 quam pati tormenta malint. De minore quatuordecim annorū  
 quæstio habenda non est, vt diuus Pius Cæcilio rescripsit. Tor-  
 menta, vt docet Arcadius iuriconsultus, habenda sunt non quā-  
 ta accusator postulat, sed vt moderatæ rationis temperamenta  
 desiderant. Sed Senatusconsulto Syllaniano, ex Vlpiani præcep-  
 tione, impuberes torqueri non debent, sed terreri tantum, & ha-  
 bena vel ferula cædi. Aliàs tormenta significant machinas belli-  
 cas. Scribit Plin. Cretas inuenisse in tormentis scorpionem. *Per*  
*quæstionem.]* Quæstionem, vt inquit Vlpianus, sic accipimus, non  
 tormenta tantum, sed omnem inquisitionem & defensionem. A-  
 liæ sunt quæstiones oratorum & dialecticorum. *Ritu Græciens.]*  
 Ea forma dicitur Græciensis, quæ Hispaniensis, Corinthiensis,  
 Romaniensis: quæ in veterum libris diligens lector frequenter  
 inueniet, & nos hisce commentariis inspersimus: & apud Sueton-  
 nium non indiligenter annotauimus, quid differat Hispaniensis  
 ab Hispano, & alia id genus. *Ignis & rota.]* Inter tormenta anti-  
 quorum sunt cruces, eulei, carcer, vincus, & adactus per mediū  
 hominem stipes, & tunica alimentis ignium illita & intexta, quæ  
 molestam vocant: de qua intelligi voluit Satyrographus, cūm  
 ait: *Ausi quod liceat tunica punire molesta: & Epigrammaticus*  
*illo versu: Nam condicatur tunica præsentem molesta.* Ungulæ,  
 quod tormenti genus est, meminit Cyprianus, Eusebius, Tertul-  
 lianus: qui & ascias & runcinas inter instrumenta seuitiæ percen-  
 set. Præterea inter cruciatus est ignis & rota, vt runq; non minis  
 notum quàm crudele supplicium. Tormentum rotæ Germano-  
 rum propè peculiare est, apud quos noxij rotæ inferuntur, & mē-  
 bratim

bratim radiis rotarum conuulsi, lentitudine mortis cruciabiliter perimuntur: de quo scripsimus in cōmentarijs Tusculanarū. In decimo quoq; huius operis volumine sic scriptum est: Nec rota vel eculeus more Græcorū tormentis eius apparata iā deerant. *Flagitiorum.*] Corrige, flagrorū: vt sit sensus, Omne genus flagellorū verberūmq; illatu importatūmq; fuisse. *Oppidō.*] valdē. *Immo duplicatur.*] Exornatio est, quā Correctionem vocant: vt illud ex lib. 4. Rhetor. ad Herenn. Quod si iste suos hospites rogasset, immo venisset modō, hoc facile perfici posset. *Integro.*] timebat enim, ne lacerato discerptoque per cruciatus corpore, mutilatus, truncus, minimē integer moreretur. Iuuenalis: Hoc cruciatu Lætulus hac pœna caruit: ceciditq; Cethegus Integer, & iacuit Catilina cadauere toto. *Pignorum peremptorem.*] filiorum meorū interfectore. Pignora, n. filios dici, sat notum, & superius explicatū est. *Reuelari.*] detegi, denudari. *Pro modo facinoris.*] Pœna facinori par irrogari & solet & debet. Nam vt docet Marcianus iuriconsultus, respiciēdum est iudicanti, ne quid durius, aut remissius cōstituat, quā causa deposcit: nec enim aut seueritatis aut clementiæ gratia affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæque res postulat, statuendū est. Planē in leuioribus causis proniores ad lenitatē iudices esse debent, in grauioribus pœnis seueritatē legū cū aliquo temperamento benignitatis subsequi. *Renitentem.*] recusantē. *Precedens facinus.*] triplex homicidiū. *E regione lateris.*] E regione aduebialiter dicimus, ex opposito, & ex parte cōtrā respiciente. Hic significat, ex parte laterali percipientes lictores impulisse, vt manū super cadauera porrigeret. *Ingratus.*] id est, inuitus, & coactus, & contra animi mei voluntatē. Sic Terent. Opus faciā, vt defatiger vsque, ingratus vt dormiā. Vltronea. n. vt inquit Donatus, grata sunt: ingrata, quæ ab inuitis fiunt, ac recusantibus. *Retexi.*] releuauī, aperuīq;. *Repentina mutatio.*] vt qui prius triplicis homicidij reus mihi videbar, nunc vtricida cōspicerer. *In peculio Proserpine.*] Oppidō quā eleganter dicitur, quæpiam numeratum esse in peculio Proserpine, qui fuit proximus morti, & iam iam iturus ad manes, & aucturus familiā Plutonis. Nā sicut peculium dicitur, quod seruus seorsum à rationibus dominicis separatim habet: ita peculium Proserpine & Orci familia, translatione decentissima significantur animæ defunctorum. Hæc enim sola sunt Deorum infernorum bona, & opulentia. Asserunt poëtæ, mortuorum capita furiarum lampade lustrari, & earum nomina à Proserpine in inferorū poste conscribi. Peculiū propriè seruorum est, sicut patrimoniū & bona patrisfamilias. Vnde seruile peculiū à iuriconsultis dictū: & res peculiares,

ad peculium pertinentes. Peculiosum appellat Plautus opulentum seruum, suffarcinatumque peculio. Orcum autem Plutonē dici quis ignorat? Hinc Orciniana sponda apud Epigrammaticam vsarpatur pro lecto funebri. Verrius Flaccus, Vragum ab antiquis dictum ait, quem Orcum dicimus, quasi ab vrgando: quod is Deus maximē nos vrgeat. Ab Orco orcinus libertus, vt epinor, dictus: qui fit ipsius testatoris defuncti, & in Orci familiam ascripti. De orcino liberto meminerunt iurisconsulti, titulo de fideicommissariis libertatibus, & lib. 2. Institutionum. *Vtres inflati.*] Querit Aristoteles in Problematis, cur vtres inflati valeant fluitare, qui inanes deorsum, inflati supernē feruntur. Hoc autem idēd contingit, quod ab aēre sustentur. Scribit Plinius. Hincini vtris vnatij cinere sanguinem fisti. Vtribus inflatis incubantes barbari, flumina transnatant: quod apud historicos frequentissimum est. *Hiantes.*] aperti, patentēque. sic Papinius, *Vlnus hiat.* Plus est hiscere, quā hiare, si Diomedī credimus: hiat enim, qui ore patulo est, vel tacitus: hiscere verō est, incipere loqui. Veteres hietari & hietare dixerunt. Laberius, *Hietantur fores* dixit, pro eo quod est, hietant, id est patent. *Cohibitus.*] compressus, coercitus, suffraenatus. *Libere exarsit.*] Natura comparatū est, vt ritus aliquandiu coercitus, mox obiiicibus refractis liberrimē erumpat. Quod Cleophanto accidisse scribit Arist. vt scilicet aliquantisper risum cohibuisset, mox in largissimum sonorūque cachinnorum effunderetur. *Gratulari.*] gratulabantur. *Sedare.*] sedabantis frequentissima locutio. *Dolorem ventris.*] Expressit id quod ex naturali affectione prorumpit: namque ex nimio risu dolor ventris interdum exoritur, quem manuum compressione mitigare solemus. *Letitia delibutus.*] Ad animum transtulit, quod est corporis: nam delibutus, vnctus dicitur. sic & Terentius delibutum gaudio dixit. *Faceffunt.*] abeunt, recedunt. *Laciniā.*] Pallium signat, quo cauaera illa fuerant conuelata, cōtecta. *ue.*

*in lapide.*] tanquam lapideus factus, ob stuporē. *Theatri statum.*] Moris fuit apud antiquos, theatra statuis exornare. M. Scaurus tria milia signorum ad ornatum temporarij theatri po-

*At ego, vt primum illam laciniā prehenderam, fixus in lapide steti gelidus, nihil\* secus, quā vna de ceteris theatri statuis, vel columnis Nec prius ab inferis emerſi, quā Milo meus hoſpes acceſſit, & miecta manu, me reuertentem, lacrymisque rursus promittentibus crebra ſingultientem, clementi violentia ſecum attraxit: & obſeruat*



viae solitudinibus per quosdam anfractus domum suam perduxit: moestumque me, atque etiam tunc trepidum, varijs solabatur affatibus. Nec tamen indignationem iniuriae, quae inhaeserat altius meo pectori, ullo modo permulcere quivit. Ecce illic etiam magistratus ipsi cum suis insignibus domum nostram ingressi, talibus me monitis delinire gestunt. Neque tuae dignitatis, vel etiam profapia tuorum ignari sumus, Luci domine. nam & provinciam totam inclita vestra familia nobilitas complectitur. *Ac ne* \* *istic, quod vehementer ingemiscis, contumelia causa perpeffus es. Omnem igitur de tuo pectore praesentem tristitudinem mitte, & angorem animi depelle. Nam lusus iste, quem publice gratissimo Deo Risui per annua reuerticula solenniter celebramus, semper commenti novitate florescit. Iste Deus auctorem suum propitius ubique* \* *comitatur amanter, nec unquam patietur ut ex animo doleas; sed frontem tuam serena venustate letabit assidue.* \* *Actibi civitas omnis pro ista gratia honores egregios offeret. Nam & patronum scripsit, & ut in aere steterit imago tua, decrevit.*

illa sententia est: Cui dolet, meminit: cui placet, obliuiscitur. Iniuriarum enim memoria sempiterna est, cum beneficij recens sit obliuio. Hinc illud cantatissimum: Manet alta mente repostum Iudicium Paridis. Cum suis insignibus.] Magistratum penè singulorum insignia quasi peculiaris sunt: verbi causa, lictores, & virgarum fasces, cum securibus, & praetexta vestis insignia sunt

fuisse memoratur cui triplex fuit scena, altitudine cccxl. columnarum summae columnarum tabulis inauratis spectabiles visebantur. Promicantibus.] manantibus, profluentibusque. Promicare, ut inquit Nonius, est porro iacere, & extendere. Navius: Si quid loqui vis, non perdocere, multa longè promicando oratio est. *Clementi violentia.*] Declamavit à contrario: nam cum violentia inclementer fiat, tamè hinc clementem violentiam scite dixit: intelligi volens quandam quasi vilem, tamen & beneuolam. Apuleium tractum esse à Milone, qui hospiti prodesse volebat, non obesse. *Inhaeserat altius.*] Prouerbialis

Consulum: tunica palmata, & toga picta, cum quadrigis albis, triumphantium: diadema regibus, paludamenta Imperatoribus, galærum pontificibus, lituus auguribus insignia sunt. *Luci domine.* } Verba sunt magistratuum ad Lucium Apuleium: quem & nomine domini, & pronomine Lucij, honoris causa compellat. nam (vt inquit Horatius) gaudent prænomine molles Auriculæ. *Provinciam totam.* } Thessaliam significat, vbi originis maternæ Apuleianæ fundamenta à Plutarcho & Sexto Plutarchi nepotè prodita, gloriam Apuleio faciebant. *Tristitudinem mite.* } tristitiam omnem mœrorèmq; procul abige. Tristitudo enim pro tristitia, sicut mœstitudo pro mœstitia, & lætitudò pro lætitia usurpatur. *Angorem.* } Angor est, vt docet M. Tull. ægritudo premeus. *Per annua reuerticula.* } Idem in Floridis: Siderum, inquit, obliqua curricula, solis annua reuerticula. quodam enim circuitu tempora anni recurrunt, reuertunturque ad pristinas metas: &, vt inquit poëta, in se sua per vestigia voluitur annus. Ex hoc veteres annum vertentem vocauerunt, qui consistit ex solis vertigine, dum ad id signum se denuò vertit, ex quo digressus est. Atteius Capito annum à circuitu temporis putat dictum. M. Varro annum significare circum autumat, vnde parui circuli annuli dicuntur. *Commenti* } inuentionis, excogitationisque. *Deus.* } Risus. *Auctorem suum.* } scilicet eum, qui ridendi iocandique materiam suppeditauerit. *Letabit.* } Nouè dictum, pro eo quod est hilarabit, lætificabitque, ac læta faciet: sic enim veteres locuti sunt. Lilius in Ægisto: Iamne oculos spē lætauisti optabili? Accius in Pelopidis: Et te triplici lætarem bono. *Ciuitas.* } Hypata. *Patronum scripsit.* } Mos fuit veterum, vt vnaquæque ciuitas patronos peculiare Romæ haberet: vt docent Dionys. & Apul. Hinc apud Suet. annotari, Bononienses fuisse in clientela Antoniorum, Lacedæmonios in clientela Claudiorum. Fab. quoque Sauga patronus Allobrogum Romæ fuisse memoratur: per què Catiliniæ coniurationis indicium factum. Sic & Siculi patronos Marcellos habuerunt, & Scipiones. *Vt in ea restes.* ] Mendosus locus, quem sic emendo, perpensis curiosè literis, te sensu: Vt in ære stet imago tua decreuit. Significat enim decreuisse Hypatenos statuam ex ære dicandam Apuleio, perinde ac patrono: nam, vt auctor est Plin. sic clientes instituerunt colere patronos, quibus statuas ex ære dicabant in domibus atque in atrijs, cum in municipiis ornamentum fori statuæ esset.

*Gratiam memini.* ] quasi dicat: Habeo quidem

*Ad hæc dicta, sermonis vicem refero: Tibi quidem, inquam, splendidissima*

*sima & unica Thessalia ciuitas, hono-  
 rum talium parem gratiam memini. Ve-  
 rum statuas & imagines dignioribus,  
 meisque maioribus reseruare suadeo.  
 Sic pudenter allocutus, & paulisper hi-  
 laro vultu renidens, \* quantumcun-  
 que poteram latiore me refingens, co-  
 miter abeuntes magistratus appello. Et  
 ecce quidam intro currens famulus: Ro-  
 gat te, \* inquit, tua parens Byrrhe-  
 na, & conuiuij, cui te sero desponde-  
 ras, iam appropinquantis admonet. Ad  
 hæc ego formidans, & procul perhor-  
 rescens etiã ipsam domum eius: Quam  
 vellem, inquam, parens iussis tuis obser-  
 quium commodare, si per fidem liceret  
 id facere. Hospes enim meus Milo per  
 hodierni diei presentissimum numen  
 adiurans effecit, ut eius hodierna cœna  
 pignerarer: nec ipse discedit, nec me di-  
 gredi patitur. \* prohinc epulare vadi-  
 monium differamus. Hæc adhuc me lo-  
 quente, manu firmiter iniecta Milo,  
 iussis balnearibus adsequi, producit ad  
 lauacrum proximum. At ego vitans o-  
 culos omnium, & quem ipse fabricane-  
 ram risum obuiorum declinans, lateri  
 eius adambulabam obtectus: nec quã la-  
 uerim, quã terferim, quã domum rur-  
 sum reuerterim, præ rubore memini. Sic  
 omnium oculis, nutibus, ac deniq; mani-  
 bus \* deuotatus, impos animi stupebam.*

*tibi gratiam tan-  
 tâ, quantam merè-  
 tur hæc tua in me  
 vltronea benefi-  
 cia: sed me tali ho-  
 nore haud equidè  
 dignor, cû statûs  
 honoratoribus  
 dedicandæ sint.  
 Meisque maiori-  
 bus. ] malim lege-  
 re, mei: vt sit sen-  
 sus, statuas reser-  
 uãdas esse his qui  
 maiores fuerint,  
 dignioresque ipso  
 Apuleio. Reni-  
 dens. } subridens.  
 Catullus: Renidet  
 vsque quaque. Re-  
 nidere est, labra  
 cõtrahere, aucto-  
 re Luctatio gram-  
 matico: labra au-  
 tem contrahi sole-  
 re à subridètibus,  
 palàm est. Latiorè  
 me refingens. ] Quã-  
 uis cecinerit poë-  
 ta, Consiliã vultu  
 tegit, & spem frõ-  
 te serenat: attamè  
 difficillimum ho-  
 mini est tristi &  
 mcesto, latiore  
 vultum inducere:  
 & cùm intrinse-  
 cûs animus anga-  
 tur, forinsecûs o-  
 stentare læticiam.*

*Comiter. ] hilare, lubenter, benignè, suauiter. Comes, beni-  
 gni, suaues, faciles homines dicuntur: auctores M. Varro,*

& M. Cicero. *Appello.* ] familiariter alloquor. *Parens.* ] reuerentia maternæ nomen: nullum enim venerabilius est, quàm parentum nomen & appellatio. *Desponderas.* ] quasi per desponsionem obligaueras. Ad cœnam, inquit Seneca, ibo, quia promisi, etiam si frigus erit. non quidem si niues cadent. *Numen.* ] Risum Deum significat, cuius hilaria solennia illo die celebrabantur. *Pignera-ver.* ] quasi manciparer, obligarique: quemadmodum subinde promittimus nos ituros ad cœnam, vel pignore deposito. Oppignerare est, pignus dare scœnatori, ob pecuniam mutuatitiam: sicut repignerare, pignus recipere est, resoluta cum scœnore pecunia, quo verbo vtuntur Iurisconsulti. *Epulare vadimonium.* ] Qui vadimonium promisit, solet ad tempus sistere. Vadimonium sponso est, & actio ad certum diem se sistendi in iudicio, id est comparandi, quod non sine causa deferri debet, aut differri solet. Hinc illud Plin. Inscriptiones, propter quas vadimonium deferri possit. Senec. Vadimonium, inquit, promittimus, & tamen deseritur. Quint. in declamationibus: Nisi tamen ad vadimonium legatè negasses, non multorum dierum comeatum habeamus. Apud Cic. in oratione pro Quintio, longa est dissertatio de vadimoniis desertis ac dilatis. Sicut ergo in forensi causa & iudiciali vadimonia interdum differebantur, ita oppidò quàm decenter peruenistam translationem petit Apuleius vt vadimonium epulare differatur: id est, vt cœna ad quam iturum sese sponderat, & quasi vadimonium promiserat, differatur. Differre vadimonium epulare est hoc modo, vt exempli causa res colliquefcet. Promisi iturum me ad cœnam, mox vel poenitentia ductus, vel negotio distentus, dico conuiuatori, vt cœna condiccta in crastinum vel perendinum diem differatur, sicut differt vadimonia prætor. Ad hanc de vadimoniis formulam, referenda est ferè illa Plautina translatio ex Curgulione: Vbi tu es, qui me conuadatus veneris vadimoniis? vbi tu es qui me libello Venereo citasti? Ecce me sisto, ades, contra sisto ego tibi me, & mihi contra itidè vt sistas suadeo. *Balnearibus.* ] non tam balneatoribus quàm balnearum vtensilibus. Balnearia autem generaliter significant omnia ad vsum balneorum pertinentia: vt strigiles, ampulla, olearia, liatea, & alia hoc genus: quæ omnia iussit Milo se subsequi, ducentem Apuleium ad balneas proximas. *Fabricaueram.* ] cum ipse fuerim auctor risus illius solutioris. *Obiectas.* ] delitescens, & quasi oculos, natus, risum obuiorum fugitans. *Denotatus.* ] lege, denotatus. id est, designatus, demonstratusque. *Impos animi.* ] qua vecors, attonitus, alienata mente, ob verecundiam, animique stuporem.

Raptim denique paupertina Mi-  
lonis cœnula perfundtus, causatusque  
capitis acrem dolorem, quem mihi la-  
crymarum adsiduitas incusserat, cubi-  
tum venia facile tributa concedo: & ab-  
iectus in lectulo meo, quæ gesta fuerant  
singula mœstus recordabar: quoad tan-  
dem Fotis mea, dominae suæ cubitu pro-  
curato, sui longè dissimilis aduenit. Nō  
ex lata facie, nec sermone dicaculo, sed  
vultuosam frontem rugis insurgentibus  
asseuerabat. Contanter ac timidè deni-  
que sermone prolato: Ego, inquit, ipsa  
confiteor ultro, ego tibi causa huius mo-  
lestiæ fui. Et cum dicto lorum quem-  
piam sinu suo depromit, mihi que porri-  
gens, Cape, inquit, oro te, de perfida mu-  
liere vindictam: immò verò licet maius  
quoduis supplicium sume. Nec tamen  
me putes, oro, sponte angorem istum tibi  
concinnaſſe. *Dij mihi melius, quàm ut  
mei causa vel tantillum scrupulum pa-  
tiare: ac si quid aduersi tuum caput res-  
picit, id omne protinus meo luatur san-  
guine. Sed quòd alterius rei causa fa-  
cere missa sum, mala quedam mea fors  
in tuam recidit iniuriam. Tunc ego fa-  
miliaris curiositatis admonitus, facti-  
que causam delitescentem nudari ge-  
stiens, suscipio: Omnium quidem ne-  
quissimus, audacissimusque lorus iste,  
quem tibi verberanda destinaſti, prius  
à me concisus atque laceratus interibit  
ipse, quàm tuam plumeam lacte atque*

*Paupertina cœ-  
nula.* ] Sic Sido-  
nius: Angulus iste  
pater, paupertini-  
usque recessus.  
*Incusserat.* ] natura-  
lem expressit affe-  
ctum, quo ex la-  
crymarum vber-  
tate dolor capitis  
concitatur. *Cubi-  
tum.* ] dormitum  
eo. *Villicus*, vt præ-  
cepit M. Caro, pri-  
mus cubitu sur-  
gat, postremus cu-  
bitum eat. *Cubi-  
tu.* ] lectulo, &, vt  
ita dicam, cuba-  
tione, vbi molliter  
cubaret. *Sui longè  
dissimilis.* ] mœsta  
scilicet & vultuo-  
sa, quæ alioqui læ-  
tabunda erat, & hi-  
laris. *Vultuosam  
frontem.* ] Vultuo-  
sum triste signifi-  
cat. M. Tullius in  
oratore: Ne quid  
ineptum sit, aut  
vultuosum. Dona-  
tus identidem ait:  
Hoc est vultuose  
pronuntiandum,  
quasi dicas, vultu  
indignabundo, &  
tristi. Pronuncia-  
tio vultuosa & ge-  
sticulationibus  
molesta, in orato-  
re reprehenditur

à Quint. in II. *Asseuerabat.*] seueritudine contrahēbat, & vt veteres dicunt, caperabat.

*Contanter.*] Primò inquit, Fortis contabunda ac meticulosa conticuit, mox sermonem protulit qui subsequitur. *Lorum quēpiam.*] multa sunt

apud nos vocabula neutri generis, quæ apud priscos masculino genere dicebantur; vt guttur: ex quo illud Plautinum etiam, *Næ obturat inferiorem gutturem*: vt corius, vt collus, qua dictione tormenti quoque genus è corio significatur. Idem Plaut. *Collus collaria caret.* Sic *lorus* pro *lorum*, masculinè dicitur. Pari modo diuerso genere dicebant, hæc *ludus*, hæc *metus*, hæc *amnis*, hic *frons*. *Lupum* fœminam dixit M. Varro, Ennium & Fabium Pictorem secutus. A loro verbum *loreare* ductum est, quod significat loro loreisque verberibus conscribillare, signarèque. Plaut. in *Milite*: *Ego vestra faciam latera loreale.* à loro *lorarij* dicti, in scenicis fabulis serui, qui loro vinciebant aut verberabant, quos erant iussi vincire aut verberare. M. Cato id genus homines *Brutianos* dixit, his verbis: *Decemuiros Brutiani verberauerē.* Causa autem nominis hæc est. Cum *Brutij*, primi totius Italiae populi ad *Hannibalem* desciuissent, id Romani ægrè passi, postquã *Hannibal* Italia decessit, superatique *Pœni* sunt. *Brutios* ignominiae causa magistratibus in prouincias euntibus parère & præministrare seruorum vice iusserunt: & quia ex *Brutiis* erant, appellati sunt *Brutiani*. *Concinnasse.*] molestiam anxietatēque confecisse. *Vel tantillum scrupulum.*] *Dij procul*, inquit *Phoris*, auertant, vt tu vel minimam anxietatem ægritudinēque propter me patiaris. *Meo luatur sanguine.*] *Consimile* est illud *Virgilianū*: *Quod Dij prius omen in ipsum Conuertant.* & olim *Camillus*, vt *historici* tradunt, precatus est *Deos*, vt si cui hominum *Deorumque* nimia sua fortuna populique *Romani* videretur, vt eam inuidiã luere suo priuato incommodo liceret. *Luere*, soluere est: *reluere*, *resoluere*: quibus verbis vtuntur frequenter *iurifconsulti*. *Familiaris curiositatis.*] Signat se curiositate quadam propè peculiari præditum fuisse. *Ait Firmicus Maternus*: *Quicumque oriente capræ fide*



dere nati erunt, curiosos omnium rerum fore, vt semper noua quæque curiosa desiderij cupiditate sectentur. Plautina sententia ex Sticho est: Curiosus nemo est, qui non sit maleuolus. *Nudari gestiens.* } operiri, demonstrarique cupiens. *Suscipio.* } loquor. *Lorus iste.* } Masculino genere dixit, vt paulò antè. Plautus corios dixit masculino genere pluraliter, in Penulo: Heri in tergo meo tris facile corios contriuisi bubulos. *Plumeam lacteamque.* } ob molli-  
 ciem & teneritudinem plumea, ob candorem lactea cutis dicitur. *Sæuitas.* } non tam crudelitas significari videtur, quam sinistritas, & aduersa fortuna. Sæuum siue scæuum, quasi scæon, id est sinistrum dici autumant: & vulgus scæuum in bona atque in mala reuocat. Quæ autem scæua sunt, id est sinistra, ea noxia esse creduntur: quamuis in auspicando sinistrum auspicium, pro læto & prospero apud antiquos accipitur, de quo alibi copiosius. *Adiuuro tuum caput.* } Iusiurandum Græcorum est, iurare per caput. Homerus: *πάτερων κεφαλῶν μέγαν ὄρκον ὀμοδμοσῶ.* Hinc illud Satyroglyphi: Nondum Græcis iurare paratis Per caput alterius. A Virg. quoque dictum est, Per caput hoc iuro, per quod pater antè solebat. Evangelica præceptio interdicit, ne per caput nostrum iuremus, cùm ait: Neque per caput tuum iuraueris: quod Græcè dicitur, *μη τε ἐν τῇ κεφαλῇ σὺ ὀμομιόης.* *Meditatus innoxios.*] Sensus est, cogitationes innoxia, etiam si malè, euentuque contrario ceciderint, non esse criminosas, neque culpæ confines existimandas: cùm non semper euentus rei sit spectandus, sed consultatio. Quamuis, vt docet M. Tullius, hoc plerunque faciamus, vt consilia euentis ponderemus: vt quod malè cecidit, id malè consultum putemus. *Meditatus autem expone,* pro meditationes, accusatiuo casu.

*Vdos.*] lacrymis madentes, marcidos. Bacchus optimo epitheto marcidus nominatur, quasi ebrius: & vina marcida, & marcentes vuae poetis dictæ. Statius: Marcidus edomito bellū referebat ab Hæmo Liber. Luctatius Papinij interpres

*Cum isto fine sermonis, oculos Fotidis meæ vdos ac tremulos, & prona libidine marcidos, iam iamque semiadopertulos admissis & sorbillantibus suauis sitienter hauriebam. Sic illa letitia recreata: Patere, inquit, oro, prius fores cubiculi diligenter occludam, ne sermonis elapsi profana petulantia, committam grande flagitium. Et cum dicto*

marcidum pro  
 lasso atque ebrio  
 exponit. Item in  
 primo Sylvarum:  
 Illi marcida vina  
 largiuntur. Et apud  
 Epigramma-  
 tistam, Marcentes  
 tibi porrigentur  
 vuæ. Sic & oculi  
 marcidi, quasi ex  
 vinolentia propen-  
 si, languidulique  
 in libidinem ve-  
 neriam. Sympa-  
 thia autem quæ-  
 dam est oculis cū  
 genitalibus, & (vt  
 inquit Arist.) se-  
 des oculorum ma-  
 ximè omnium lo-  
 corum capitis  
 spermatica est. *Semi-  
 adopertulos.*] ta-  
 lis oculorum ha-  
 bitus maximè ve-  
 nerius est, & libi-  
 dinis proluuium  
 designat. *Sorbilla-  
 tibus sauis.*] Ele-  
 ganter expressit  
 amâris affectum,  
 qui impressis ba-  
 sis quasi sorbet & haurit puellæ osculationes, instar eius qui o-  
 uam scienter exorbet. Et profectò, vt inquit Plin. oculos cū of-  
 culamur, animum ipsum videmur attingere. *Pessulis.*] ianux clau-  
 stris, de quibus supra. *Vncino.*] Vncinus curuatura sua firmiter  
 continet oclusas fores. *Implexa.*] implicata, & (vt inquit ille) lasci-  
 uis hederis ambitiosior. *Incitatus.*] sacratu, & religionibus im-  
 butus. Initia sunt mysteria: de quibus suo loco mox plura. *San-  
 ctam silentij fidem.*] Orpheus ab his, quos initiabat, exigere sole-  
 bat, ne prophanis auribus religiones proderentur. Platonicus  
 quoque

*pessulis iniectis, & unico firmiter immis-  
 so, sic ad me reuersa, collòq; meo manib.  
 ambabus implexa, voce tenui, & ad-  
 modum minuta: Paneo, inquit, &  
 formido solide domus huius operta  
 detegere, & arcana domina meæ re-  
 uelare secreta. Sed melius de te, do-  
 ctrinâque tua presumo, qui præter ge-  
 nerosam natalium dignitatem, præ-  
 ter sublime ingenium, sacris plu-  
 ribus initiatus, \* profecto, nosti san-  
 ctam silentij fidem. Quacunque igitur  
 commiserò huius religiosi pectoris  
 tui penetrabilibus semper hæc intra conse-  
 ptum clausa custodias oro: & simplicita-  
 tem relationis meæ, tenacitate taciturni-  
 tatis tuæ remunerare. Nam me, quæ  
 sola mortalium noui, vis amoris, quo ti-  
 bi teneor, indicare compellit. Iam scies  
 omnem domus nostræ statum: iam scies  
 domina meæ miranda secreta, quibus  
 obaudiunt manes, turbantur sidera, co-  
 guntur numina, seruiunt elementa. Ne  
 unquam magis artis huius violentia  
 nititur, quàm cum scitula \* forme iu-  
 uenem quempiã libenter aspexit: quod  
 qui dem ei solet crebriter euenire.*

quoque secretarum disputationum veneranda commenta impetris prodi nolunt. Pythagoras & Porphyritus animos sectatorum silentio religioso consecrabant. M. Varro & Augustinus auctores sunt, Græcos mysteria taciturnitate parietibusque clausisse. Tertul. in Apologetico: Silenti fides religionibus debetur. *Intra conseptum.* } intra sepimentum & claustra pectoris. Conseptum enim id dicimus, quod vndique clausum, munitum, ac septum est. Liu. in 10. Ibi medijs ferè castris locus est conseptus cratibus pluteisque, & linteis coniectus. Sepire significat circumdare, munire, includere: ductum à sepibus, quæ obiectæ intercludunt: unde septum conseptum & circumseptum inclinantur. *Simplicitatem* } quæ simpliciter & apertè, citra dolum & stropham subdolan cuncta profiteor. Hinc mulierum motes denotantur, quæ suapte naturam nihil occultant, nihil occultant, sed omnes ferme largiloquæ sunt & multiloquæ, ex quo illud Plautinum in Aulularia: Nam multum loquaces merito omnes habemur: nec multam prof. Etò repertam vllam esse hodie dicunt mulierem vllò in seculo. Item in Cistellaria, sub fœminæ persona: Largiloquæ exemplo sumus, plus loquimur quàm fas est. Proinde Portius Cato non immeritò dicebat, se pœnitundine duci, si mulieri quicquam aliquando credidisset. Æsopus ille egregius fabulator, salubriter monens ita præcipit: τὴν γυναῖκα μηδὲν ποτὲ πισθεῖναι δεικνύμεναι: id est, mulieri nullatenus arcana concedito: ἀρὸν γὰρ τὸ τῆς γυναῖκός ἐστι φθόνος: Leue est enim genus fœminarum. Vetus prouerbiū est, quod sic ait: Nec mulieri, nec gremio credi oportere, quod & illa incerti & leuis animi sit: & plerunque in gremio posita, cū in obliuionem venerint exurgentium, procidant. Ad hoc de gremio prouerbiū nimirum referendum est illud totum Catullianum, Vt missum sponsi furtiuo munere malum Procurrat casto virginis è gremio: Quod miserè oblitè molli sub veste locatum; Dum aduentu Martis profilit excutitur. *Obaudiant.* } audiendo obsequuntur ac obediunt: nam, vt docet Festus, obedire obaudire est. Sic & Ecclesiastici scriptores hoc verbum frequenter vsurpant. *Coguntur numina.* ] Idem Lucan. An habent hæc carmina certum Imperiosa Deum: qui mundum cogere quicquid Regitur ipse potest. *Artis huius.* ] scilicet magicæ. *Scitula.* ] venustulæ, elegantioris.

*Nunc etiam adolescentem quendam Boetium summè decorum effluem deperit, \* totasque artis manus, machinas omnis ardentem exercet. Audini ves-*

*Boetium.* ] Nomen est proprium: vel ex Bœotia hominem significat. Annotandū obi-

ter est, Boëtia quidem vulgò vsurpari, cum Bœotia scribendum sit, & pronuntiandum, ex Græca ratione. Apud Græcos enim *Bœotia* Bœotia scribitur, nec vnquam aliter: & ita veteres scriptitarunt. Sed consuetudo perperam loquentium, & consensus indoctorum inualuit & irroboraui, vt Boëtiam pro Bœotia, & Boëtij pro Bœotij passim vsurpentur à doctis indoctisque per æquè. *Efflictim deperit.*] vehementer deamat in Apologia: *Efflictim te amabat. Artis manus.*] magicæ apparatus & potestatem. Nomine enim manus plerumque vis & potestas significatur. Lucretius: In manibus vestris quantus sit Cæsar habetis. Dare manus, est cedere, & fateri se victum esse. Cæsar: tandem dat manus

*Gotta. His auri-*

*peri, meis his, inquam, auribus audiri, quòd mi celerius sol cœlo ruisset, noctique ad exercendas illecebras magia maturius cessisset, ipsi soli nubilam caliginem & perpetuas tenebras comminantem. Hunc iuuenem, cum è balneis rediret ipsa, tonstrina residentem hesternæ die fortè conspexit. Ac me capillos eius, qui iam cæde cultrorum defecti humi iacebant, clanculo præcepit ferre. Quos me sedulo ac furtim colligentem tonstor inuenit: & quod alioquin publicitus maleficæ discipline perinfames sumus, arreptam \* inclementer increpat: Tu ne vltima non cessas subinde lectorum iuuenum capillamenta surripere? Quod scelus nisi tandem desines, magistratibus te incontanter obyciam. Et verbum facto secutus, immissa manu scrutatus è medijs papillis meis iam capillos absconditos, iratus arripuit. Quo gesto grauitè affecta, mecumque reputans domina meæ mores, quòd \* huiusmodi repulsa satis acriter commoueri, meque verberare sauisimè consuevit, iam de fuga consilium tenebam: sed istud quidem tui contemplatione abieci statim. Verum cum tristis inde \* descenderem, ne prorsus vacuis manibus redirem, conspicio quendam forficulis \* tondentem caprinos vtres: quos cum probe constrictos, inflatosque, & iam pendentes cernerem, capillos eorum humi iacentes, flanos, ac per hoc illi Bœotio inueni*

ueni consimiles, plusculos aufero: eosque domina meae, dissimulata veritate, trado. Sic noctis initio, priusquam coena te reciperes, Pamphile measiam vecors animi, reatum \* scandulare conscendit: quod altrinsecus adium patore \* perflabili nudatum, ad omnis orientales ceterosque aspectus peruium, maxime his artibus suis \* commodatum secreto colit, priusque apparatu solito instruxit seralem officinam omne genus aromatis, & ignorabiliter laminis literatis, & infelicium nauium durantibus clauis defletorum, sepulorum etiam cadauerum expositis multis admodum membris. hic nares & digiti, illic carnosae clauis pendentiū: alibi trucidatorum seruatus cruor, & extorta dentibus ferarum trunca caluaria.

bus. ] Pleonasmus est: quæ fit, cum superuacuis verbis oratio oneratur: vt, Ego oculis meis vidi, & meis auribus audiui. sat enim est dicere, & vidi & audiui. *Ruisset.* } Consimiliter Virgilius: Ruit oceano nox. *Noctique.* } nox secunda operum est, pulchræque accommoda fraudi, vt inquit Papius. Et nox in primis idonea est ad exercenda magiæ secreta, quæ minimè inuulganda sunt: si quidem magia res est plerunque noctibus vigilata, & tenebris obruta, & arbitris solitaria, & carminibus murmura- ta: cui paucissimi adhibeantur. *Balneis rediret.* ] Ita distinguas, Cū è balneis rediret ipsa: vt fit sensus, Paphilè cū rediret ex balneis, ritu vetusto spectasse iuuenè Bœotiū in tōstrina ociosè residētē. *Ca de cultvorū.* ] Vt cedes fit hominū ceterorūmq; animantiū, ita decenter dicitur fieri cedes capillorū, cū ferramētis tōsorijs, forficulisq; capillorū prælegmina succidūtur. *Cultvorū.* Ferramenta tōsoria intelligit, de quib. Plin. in 7. Primus omnium radi quotidie instituit Africanus. Sequēs, diuus Aug. sēper cultris vsus est. Hor. quoq; culturū tōsoriū intelligi voluit, sic scribēs in Epist. Abrasū quendā vacua tōsoris in vmbra, Cultello pprios purgātē leniter vngues. *Precipitauit.* ] precipitater & rapti iussit surripere, atq; ad se deferre. *Sedulo.* ] industriè, ac nauiter. Aduerbiū est, quasi sine dolo, dictū. *Publicitus.* ] publicè. Pōponi? ] Dat fullonib. publicit? cibaria. *Malefica disciplina.* ] Magiā signat, q̄ malefica ars est, & legib. interdicta. Vnde & magi vulgò malefici dicūtur: hodièq; scæmine q̄ infames habētur, ob huiusmodi maleficas artes vulgò in maledictis striges vocitatur. *Tu ne vltima.* ] vltimè sortis scæmina, infamissima scil.

perditissimaque. Talis à Graccho dicitur postremissimus, qui in oratione ad populum sic scribit : Biennium fui in prouincia, si meretrix domum meam introiuit, aut cuiusquam seruus propter me sollicitatus est, omnium nationum postremissimum nequissimumque æstimatote. In Apologia quoque scriptum legimus: Cùm ad adolescentulis postremissimis inter scorta agitat. *Subinde.* ] frequenter & crebrò: aliàs accipitur subinde pro eo quod est deinde, mox, statim. *Capillamenta.* ] capillos. Scribit Plin. tubera nullis fibris capillamentisque nixa esse. Idem: Refert Hortensia, quædam nisi capillamentis, &c. *Scelus desines.* ] Elegans & absoluta lectio est, desinere artem, desinere scelus, pro dimittere, omittereque. M. Tul. in epistola ad Caium Marium: Libenter mercurio artem desinerem, tecumque & cum similibus nostri uerem. A. Gellius: Ea res cùm percrebuisse, omnium tum Arthemensium consensu disciplina tibiis canendi desita est. *Constanter.* ] animo constanti & firmo. Fidelior lectio incontanter, hoc est, sine contatione & mora. *Affecta.* ] tristis, mœsta. Affecta res familiaris à Livio eleganter dicta, pro attenuata, debilitataque. Propert. Iuppiter affectæ dixit, pro languentis, egrorantisque. Sic apud Celsum : Lien afficitur, pro languet, & male habitus est. *Verbum factu secutus.* ] iuxta prouerbium Græcum, *μῦθος ἀγαθὸν ἔργον.* *Repulsatis.* ] Emendo, repulsa, satis, isto intellectu: quòd domina Pamphile satis acriter inflammantèrque commoueri soleret ex talibus repulsis *Istud.* ] scilicet consilium de fuga. *Inde.* ] A tonstrina. *Forficulis.* ] ferramenta sunt ad tundendum accommodata: forcipes verò ferramenta sunt fabrilia, ex eo dicta quòd his forua, id est, calida capiuntur. *Iam pendentes.* ] Vtres ubi inflati sunt, penduli fiunt. Nam (vt inquit Aristor. in Problematis) inflati fluitant, propterea quòd ab aère sustentur, cùm inanes deorsum ferantur. Vtrem ventosissimum aliubi appellat utrem illum Hæmericum, quo venti inclusi dati sunt Vlyssi. *Capillos eo.* ] pilos utrius. Capillum non solùm de homine dici, sed pro pilis aliorum quoque animalium usurpari, testantur scriptores idonei: vt Gellius, qui capillum pro hædino pilo decenter ponit, sic scribens: Nam si ouium lacte hædi, aut caprarum agni alerentur, constat fermè in his lanam duriorè, in illis capillum gigni teneriorè. *Cæna reciperes.* ] Antequàm domum redires à cæna Byrrhenæ. *Tectum scandulare.* ] Scandulæ sunt tabulæ angustæ & oblongæ, in laminas quasi crassiores scissæ, ex magnis arboribus à scindendo dictæ, quasi scindulæ, vt quidam autumant. Ego existimo scandulas à scandendo deduci, quoniam scilicet in culminibus tectorum ad tegulas imbricèsq; sustentendas collocantur, quò



quò ascendentes scandere solemus. Inde tectum scandulare dictum, pars domicilij superior, quod scandulis communitum est, & quò scalis scandimus. Cor. Nepos auctor est, Romam fuisse scandula contectam vsque ad bellum Pyrrhi, Scandula, vt inquit Plin. è robore aptissimæ: mox glandiferis alijs, fagòque: facillimæ ex omnibus, quæ resinam ferunt, sed minimè durant, præterquam è pino. Lingua vernacula nostrates Lambricas vulgo nominant, ex eo opinor, quò imbricibus fulciendis adhibeantur, & accommodatæ snt. *Altrinfecus ædium.*] in altiore ædium parte: aliàs, ex vtraque parte. *Patore.*] apertura, siue apertione latissima, & omnium ventorum flatui exposita. Hac quoque tempestate talia tecta in ædium fastigio extruuntur, patentia, peruiâque ad omnes mundi partes, in quibus sceminae lintheamina elota explicare siccatæque consueuerunt. *His artibus.*] magicis scilicet. *Apparatu solio.*] Apparatus, instrumentumque artis magicæ significatur. *Feralem officinam.*] Officina feralis eleganter dicta, pro loco in quo instrumenta magica parantur, conficiunturque: quæ omnia nimirum feralia sunt, pestifera, exitialia. *Omne genus arom.*] Sic ordinanda constructio: Instruxit officinam aromatis, hoc est, aromatibus omne genus: id est omnis generis, elocutione vetusta & peræquè eleganti. Est enim aromatis hoc in loco septimus casus: quod apud antiquos vsitatissimum, qui epigrammatis, poëmatis, problematis, & mille alia hoc genus vsurpant, pro epigrammatibus, poëmatis, problematibus. Namq; vt auctor est Priscianus, in neutris nominibus tertiæ declinationis, à finitis, antiqui frequenter protulerunt datiuum & ablatiuû plurales in is: vt Cic. frequenter in Verrinis dicit toreumatis, & peripetasmatis, & emblematis, pro toreumatibus, peripetasmatibus, emblematis. Sunt autem toreumata, vt veluti in transcurso. Cic. verba explicentur, opera cælata, sculptaque *ἄπο τοῦ τορῶσαι*, quod sculperè & cælare significat, ducto vocabulo. Vnde ars toreutice dicta, quâ Phidias primus aperuisse atq; demonstrasse iudicatur. Peripetasmata aulea sunt & vela, quib. cubicula & triclinia ornatus causa conteguntur: quæ alio nomine peristromata nominantur, & Attalica. Emblemata verò ornameta snt vasorû, quæ in meditullio cû insignibus inserta conspiciuntur, *ἄπο τοῦ ἐμβάλλειν* dicta, quod significat immitto, interferòque. Vnde & in structuris pavementorum, & in opere tignario emblemata nuncupantur, quæ inserta sunt, intextaque graphicè & decenter. Verres emblemata omnia ex vasis Siculorum reuelabat, auferebatque. Scribit Plin. Pitheam fecisse phialam, in cuius emblemate erant Vylles & Diomedes Palladium surripientes. *Iam nimis.*] Corrige

Laminis, hoc intellectu: Pamphilen apparasse inter cætera magiæ instrumenta laminas æneas, siue ferreas, literis magicis, & ob id ignorabilibus prænotatas, quas non minùs eleganter quàm scitè literatas appellat. Sic & Plaut. in Rudente, vnam literatam decenter dixit, quæ literis inscriptum nomen domini continebat. Sunt autem lamina, tressellæ quædam, & quasi folia metalli cainstar bractearum, quæ interdum oblonga effigie formantur: quamuis propriè bractæe subtiliores sint, laminæ crassiores. Dicitur gradatim lama, lamina, lamella. Hor. Inimice lamæ Crispe Salusti. Aliàs lama pro voragine accipitur: idè Hor. Viribus vteris per cliuos, flumina, lamas. Vnde & Lamiæ voratrices puerorû dictæ, de quibus supra copiosius. *Durantibus.*] Reliquias intelligit naufragorum, quibus Pamphile instruxerat feralem officinam. Democritus commentationes condidit, quibus prodidit, ossa hominis noxij ex capite plus prodesse ad alia remedia, amici verò & hospitis ad alia. Arthemon caluaria interfecti, igne que cremati, propinavit aquam è fõte noctu, comitialibus morbis. Antheus ex caluaria suspensiosi catapotia fecit, contra rabidi canis morsus Apollonius efficacissimum esse scripsit, gingivas in dolore scarificati dente hominis vi interempti. Denique magorum sunt commenta, membra hominis esse medicatissima in magicis veneficiis, qui resegmina vnguium quoque ex pedibus manibûsque humanis, tertiana, vel quartana, vel quotidiana febris remediû esse tradunt. *Hicnares & digiti.*] Subintellige, extrinsecùs erant, vel visebantur. Aliquid tale Erichtho magicæ artis consultissima apud Lucanum, ora rapit rogis, oculos eruit defunctis, Excrementa manus vnguium pallentia rodit, Laqueum nodosq; nocentes Ore suo rumpit, pendentia corpora caput, Abraditque cruces, percussa que viscera nimbis Vellit. *Clauis pendentium.*] Clauus genus est vlceris, qui nonnunquam etiam alibi, sed in pedibus maximè nascitur, præcipuè tamen ex contuso, quamuis interdum aliter: dolorèmq; etiam si non aliàs, tamen ingredienti mouet. Clauum subinde deradere, commodissimum est: nam sine vlla vi sic emollefcit: ac si sanguinis quoq; aliquid emissum est, sæpe moritur. Tollitur etiam, si quis eum circumpurgat, deinde imponit resinam, cui miscuit pulueris paulum, quem ex lapide molari contritum fecit: auctor Cor. Cel. in s. Clauo periit Silius Italicus. Pedum clauos (vt scribit Plin.) circû scarificatos ferro, laser ceræ mixtû extrahit. Sunt quidã clauis pedû, qui vulgò morticini appellantur: quibus idem laser medetur, nitro mixto. Inde alia significatione clauus est vestis senatoria, qui & latus clauus dicitur: vnde laticlavius senator, super quo copiose

copiose in Tranquilli cōmentariis. Quinetiam clauus navis gubernaculū significat, de quo est illud notum: Dum clauum rectū teneam. M. Tul. in Catone: Ille autem clauū tenens, quietus sedet in puppi. Sunt & clauī caligares, nominati à caligis militaribus, quibus suffigebantur. Agomencelus Alexādrī magni præfectus, clauis aureis crepidas suffigebat. Plin. de ferro scribens: Aliud inquit, breuitate sola placet, clauisq; caligariis. Item in nono: Existunt squamis conspicui crebris atq; præacutis clauorum caligarium effigie. De hoc caligari clauo intelligendum est apud Iuuenalem illo versu: In digito clauus mihi militis hæret. & alibi quoq;: Offendere tot caligatos Milia clauorum. Visuntur & hæc rempestate calciamenta Turcarum clauis talibus suffixa. Auctor est Festus, calciamenta clauata dici, clauis confixa: sicut clauata nominatur vestimenta, clauis intexta. Ex hoc intellectu illud est Martialis, Et lato variata mappa clauo. Fuit apud præscos clauus Annalis cognominatus, qui figebatur in parietibus sacrarum aediū per annos singulos, vt per eos numerus colligeretur annorū. Legimus apud Liuium, dictatorem creatum fuisse causa tantum figendi clauī, ad pestilentiam sedandā. Plin. in 17. Theophr. in 4. de plantis, memorat oleā infestari clauo morbo, quē alij fungū, alij patellam dicere malunt. Clauos quoq; naribus innasci, testis est idem Plin. qui in 24. ait, clauos in naribus purgari succo pixacanthi. *Pendentium.* ]suspendiosos & laqueo pendulos signat. *Trucidatorum cruor.* ]sanguinem gladiatorum bibunt, auctore Plin. vt bibentibus populis procul sint comitiales morbi. Magi ex homine ipso sorberi efficacissimum putant calidum, spirantēq; Faustina Antonini Pij filia, Marci imperatoris vxor, gladiatoris amore succēsa, ex cōsilio Chaldeorū lauit corpus sanguine adamati gladiatoris, quē occidi iusserat maritus: atq; mox ita cū viro concubuit: quo factō solutus est amor, natūsq; Cōmodus, qui nō tā princeps fuit quā gladiator. *Caluaria.* ]Os capitis superius caluaria nominatur: quæ, vt docet Cor. Cels. in 8. interiore parte concava est, extrinsecus gibba, vtrinq; lauis, simplex ab occipitio & temporibus, duplex vique in verticem à fronte est. Artemon ex caluaria interfecti hominis, ignēque cremati, propinauit aquam è fonte noctu comitialibus morbis. Ex eadem suspensio interempti catapotia fecit Antheus, contra rabidi canis morsus. Refert Plinius terram ex caluaria psilothrum, esse palpebrarum. Est autem psilothrum, medicamentum depilatorium. Alio nomine nuncupatur calua, vt testatur Caper grammaticus, sic scribens: Calua vocatur, vel cranion, licet Cælius & Varro caluariam dicant. Liuius: Caluam auro cælauerunt:

Idque sacrum vas est, quo solennibus libarent: *κεράριον*, siue *κεράριον*, Græcè dicitur. Hinc Hemicranea morbus, quo dimidia parte capitis laborant: quemadmodum cephalæa, quo totum caput infestatur. Plin. heterocranas memorat, talem videlicet dimidiatum capitis morbum significans.

*Decantatis.* ] incantamentis, & deuotionibus magicis consecratis. Decantare enim fibras dicitur magica, quando cantamine magico inhalat & imbuit: ut ita vim quandam arcanam concipiant, magicis arcanis congruentem. *Fibri spi.* ] Virgil. Spirantia consulit exta. *Fibræ* sunt iocineris & pulmonis in extis extremæ partes. *Lactæ vac.* ] Lac vaccinum siue bubulum meracius est caprino, quo alius maxime soluitur. Phthiſici ſynthecticique lac vaccinum bibunt, perinde ac medicatissimum, ut tradit Plin. in 28. *Synthectici*

autem significantur, exhausti viribus, debilitatiſque, quos & defectos Latino elegantique vocabulo eruditi frequenter appellat. Ipsæ quoque defectiones synthexes dictæ. Idem Plin. in 22. Tali forbitionis genere emendantur synthexes. Firmicus Maternus tradit hominem interiturum dysenteria & synthexi, si Saturnus per quadratum cum sole fuerit inuentus. Vbi synthexis accipitur pro

*Tunc decantatis spirantibus fibris, litat vario lacte, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano. libat & mulsa. Sic illos capillos in mutuos nexus obditos, atque nodatos, cum multis odoribus dat viuis carbonibus adolendos. Tunc protinus inexpugnabili magica disciplina potestate, & ceca numinum coactorum violentia, illa corpora quorum sumabant stridentes capilli, spiritum mutuuntur humanum, & sentiunt, & audiunt, & ambulant: & quæ nidor suarum ducebat exuuiarum, veniunt, & pro illo iuvene Bæotio aditum gestientes, fores insiliunt. Cum ecce crapula madens, & obscura noctis deceptus caligine, audacter microne districto, in insani modum Aiacis armatus, non ut ille viuis pecoribus infestus, tota lanauit armenta, sed longè fortius, qui tres inflatos caprinos vires exanimasti, ut ego te prostratis hostibus, sine macula sanguinis, non homicidam nunc, sed utricidam amplecterer.*

pro ægritudine absconsa & latente, sicut & dysenterium, quo nomine intestinorum morbus & tormina significantur. *Mulsa.*] Septimus casus. Est autem mulsa, aqua melle concocta. Cuius duo esse genera prodidit Plinius: alterum recentis, alterum inueteratæ. tepentia despumato melle, præclaram utilitatem habet in cibo ægrotantium leui. Inuenio apud auctores, hunc potum bibendum alsiosis, item micropsychis. Sunt autem alsiosi, qui algorem ferre non possunt, & frigore infestantur: vt apud Plin. abronum & adonium alsiosa esse memorantur. M. Varro caprinum pecus stabulari melius ait, ad hybernos exortus si spectat, propterea quod est alsiosum. Micropsychos quoq; , vt id obiter attingam, animi humilis & præparci dixerunt. Mulsa, vt ad propositum reuertamur, longa vetustate transit in vinum: tussientibus utilis traditur: calefacta incitat vomitiones. Mulsam verò ex veteri vino & recentissimo melle utilissimam incorporatur, aluum mollit, corpora auget. Multi senectam longam mulsi tantum nutricatu tolerauerunt. Pollionem Romanum, centesimum annum excedentem, cum diuus Augustus interrogasset, qua ratione vigorem illum animi corporisque custodisset, respondisse ferunt, Intus mulso, foris oleo. Plaut. mulsam appellat puellam, à mellea dulcedine. Frequenter leges adiectiuo nomine dici lac mulsam, quod scilicet in melle concinnatur. *Obditos.*] stipatos, colligatos, implexos, connexionibus quasi vincinatis. Obdere est operire, & opponere. *Adolendos*] cremandos, vrendosque, Virg. in Bucolico ludico: Vetbenasq; adole pingues, & mascula thura. Verbum est proprie sacra reddentium. *V suis ear.*] prunis ardentibus. Græcè anthrax dicitur carbo: vnde anthracinus color pro nigro & lugubri. Si tollentibus ollas ex foco carbo adhærescit, item si carbo vehementer perlucet, tempestate prælagat. In carbonibus tanta firmitas est, vt nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur: vsque adeò, vt eos infodere soleant, qui limites figunt, ad vincendum litigatorem, si quis post quantalibet tempora extiterit, fixumque limitem non esse contenderit: auctor Augustinus in 21. *Ceca.*] occulta, & ignorabili. *Cœlarum.*] Ante dictum est, numina quæpiam cogi magico cantamine. Auctor est Proclus Platonicus, commixtione rerum plurimarum numina euocari, attrahique supernos influxus: & ita sacerdotes per mutuum rerum cognationem dæmones euocabant. *Illa corpora.*] Vires hircinos intelligit. *Stridentes.*] flammæ crepitu. *Nidor.*] vstrina, & vredinis virus, à nidore existimat Porphyrio duci verbum renidere. *Insunt:*] quasi saltu impetûq; irrumpunt. *Crapula madens.*] vinolentus & ebrius. *In insani Aiacis.*] Aiacem furor egit in

mortem, ira in furorem, cum in iudicio Achillis armorum impatienter ferret sibi Vlysses esse præpositum: qua ex re furore percitus βοοκίματα ἐμάριζε, armenta loro cædebat, existimans Græcos se cædere. Duos verò eximios tauros, vel, ut alij tradunt, arietes alligatos flagellabat, dictitans alterum esse Vlysses, alterum verò Agamemnonem. Ex hoc argumento tragœdia condita est à Sophocle, cui titulus est αἶας κροταφώεσσι, id est, Ajax scuticam ferens. Hinc illud Horatianum: Mille ouium insanus letho dedit, inclytum Vlysses. Et Menelaum vnà mecum se occidere clamans. Hinc & illud alterius sarytographi: Hic boue percusso mugire Agamemnona credit, Aut Ithacum. Cor. Cels. tradit in 3. insanix genus esse, qua affecti imaginibus, non mente falluntur: Qualem, inquit, insanientem Aiace vel Orestem pœtarum fabulæ ferunt. Ajax, post quàm rescivit quæ fecisset per insaniam, gladio incubuit. Cuius rei Rhetorici quoq; doctores meminerunt Prouerbiū est apud Græcos, ἀνίψος γέλοσ, id est, risus Aiace: de his qui insipienter rident. Ajax enim, ut antè dictum est, duos maximos arietes apprehendit, alligauitq; , perinde ac Agamemnonem & Menelaum: quos cum flagro celeret, deridebat, videlicet furens & insaniens. *Vtrucidam.*] Eleganter formatum verbū ab vtribus cædendis, eodem inclinatu quo homicida, parenticida, matricida, fororicida, & alia id genus inclinantur.

*Caullatus:* [illusus, irrifusq; : vel potius ludens, irridentis que: ut actiux significationis sit. quòd aut fuerit Apuleij caullum, sequentia demonstrat. *Vit. ador.*] Sensus est: possū istud meum facinus comparare arūnis Herculis, nam ut ille & tergeminum Geryone, & tricipitè Cerberum letho dedit, ita ego quoque tres vres vno conflictu exanimavi. & ita vicif-

\* *At ego sic lepido sermone Fotidis inuicem caullatus: Ergo igitur iam & ipse possum. inquam, mihi primam istā virtutis adoriā, ad exemplum duodeni laboris Herculei numerare, vel trigemino corpori Geryonis, vel triplici formæ Cerberi totidem peremptos vres coequando. Sed ut ex animo tibi volens omne delictum, quo me tantis angoribus implicasti, remittā, præsta quod summis votis exoptulo: & dominam tuam, cum aliquid huius diuinæ disciplina molitur, ostende, cum Deos inuocat: certè\* cum reformatu videam. Sumnamque coram magis noscendæ ardentissimus cupitor: quanquam mihi nec ipsa*



ipsa tu videare talium rerum rudis, vel  
 expers. Scio istud, & plane sentio: cum,  
 semper alioquin spectorem matronali-  
 um amplexuum, sic tuis istis micanti-  
 bus oculis, & rubentibus bucculis, &  
 renidentibus crinibus, & hiantibus of-  
 culis, & flagrantibus papillis, in serui-  
 lem modum addictum, atque mancipa-  
 tum teneas volentem. Iam denique nec  
 lacrem requiro, nec domuitionem paro,  
 & nocti isti nihil antepono. Quam vel-  
 lem, inquit illa, prestare tibi, o Luci,  
 quod cupis: sed propter invidios mores,  
 in solitudinem semper abstrusa, & om-  
 nium presentia viduata, \* solet huius-  
 modi secreta perficere. Sed tuum postu-  
 latum preponam periculo meo; idque  
 observatis opportunis temporibus sedu-  
 lo perficiam: modo, ut initio prefata  
 sum, rei tanta fidem silentiumque tri-  
 bue. Sic nobis \* garrientibus libido mu-  
 tua & animos simul & membra susci-  
 tat, omnibus abiectis amiculis. Hac te-  
 nus denique intecti bacchamur in ve-  
 nerem, cum quidem mihi iam fatigato,  
 de propria liberalitate Fotis puerile ob-  
 tulit corollarium. Iamque luminibus  
 meis vigilia marcidis infusus sopor, e-  
 tiam in alium diem nos attinuit.

sim Apuleius cum  
 Fotide cauillaba-  
 tur. Adoriam.]  
 laudem siue glo-  
 riam dixere, quia  
 gloriosum eum  
 putabant esse, qui  
 adorei, id est far-  
 ris copia abun-  
 daret. Plinius:  
 Gloriam denique  
 ipsam a farris ho-  
 nore adoriam ap-  
 pellabant. Hora.  
 in carmine lyri-  
 co: Qui primus  
 alma risit adorea.  
 Vbi exponit Por-  
 phyrius, adoriam  
 dici laudem bel-  
 licam: fortassis  
 quod adorandi  
 sint, qui laudem  
 ex bello repor-  
 tant. Duodeni la.]  
 Duodecim labo-  
 res Herculeos, si-  
 ue ærumnas fa-  
 migeratas, in-  
 cluque nemo i-  
 gnorat: quibus  
 poetæ omnes &  
 mythistoriæ, id  
 est fabulosa hi-  
 storiæ scaturiunt.  
 Trigemino co pare.]

De Geryone iam vulgata sunt omnia, quem tricorporeum fluxit  
 antiquitas, armentis nobilibus copiosum, quæ Hercules do-  
 mino interfecto fertur abduxisse. Trogus, Diodorus, & alij,  
 idem Geryonem trigeminum fabulis proditum fuisse autumant,  
 quia tres fratres Chrysei filij extiterunt in Hispania, tantæ con-  
 cordiæ, ut vno animo omnes regi viderentur, quos substituit

Hercules, abactis armentis. A Plinio Geryones pluraliter dicti, cum ait in quarto: In Erythra Geryones habitasse à quibusdam existimantur, quorum armenta Hercules abduxerit. Plautus facetè ludens dixit: Senis manibus genere Geryonaceo. opinatur Seruius Maronianus interpres, Gerionem Hispanum regem ideò fingi tergeminum, quia tribus insulis præ fuerit. Sanè sciendum est, declinari hic Geryones Geryonæ, tanquam primi ordinis nomen, vt Anchises Anchisæ: vnde est illud, Tergemini nece Geryonæ. Alij verò Geryon geryonis secundum formam tertij ordinis inflectunt. *Triplici formæ Cerberi.*] Poëtæ fabulantur, tricipitem cerberum esse canem apud inferos, Tartari custodem, qui lastratu trifauci manes perterreat. Physici aiunt Cerberum dici terram, quæ in tris partes diuisa, consumptrix corporum est: vnde & Ceberon dici, quasi *κροκόειν* id est, carniuorum. Hunc ab inferis Hercules traxit implicitum. *Ex animo.*] sinceriter, verè, & ex animi sententia. Catullus: Atq; id sincerè dicat, & ex animo. *Remittam.*] condonem. *Diuinæ disciplina.*] videlicet magicæ. *Cerâ.*] vt non tam audiam, quàm præsens videam. Certior aure arbiter est oculus, & (vt inquit Plautinus miles) pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem. *Matronalium amplexuum.*] Ex præcepto Horatij, sic monentis: Desine matronas sectariet, vnde laboris Plus haurire mali est, quàm ex re decerpere fructus, *Rubentibus bucculis.*] genis non tam purpurisimi, quàm rubenti natiuo colore purpurantib. Infra malas in homine sunt buccæ, & per diminutionem bucculæ, hilaritatis & risus indices, vt Plin. tradit: quas fœminæ purpurisso & medicamine inficiunt, tanta est decoris affectatio. In epistolis ad Atticum: Scribe (inquit Cicero) quicquid in buccam venerit. Vbi bucca pro ore, sicut vulgò, vsurpatur. Fuluiæ, Marci Antonij vxori, bucca altera erat inflatio, vt docet Tranquillus in libro de grammaticis. A bucca bucculentus Plauto dictus, cuius buccæ tumentes sunt. Ab eodem buccones dicti quasi buccis enormibus præditi: & pro stultis accipiuntur. *Renidentibus.*] splendicantibus. Horat. Vt puro renidet luna mari. Aliàs renidere ridere est. *Hiantibus osculis.*] basiis, ore parulo, & rictu peruiio impressis. Semihulcum suauium dixit eleganter ille qui scripsit, Dum semihulco suauio meum puellum sauior. *Addictus.*] deuinctus, obligatum, obnoxium: instar eorū, qui prætoris sententia creditoribus addicuntur, de quibus alibi copiosius & explicatius annotaui. *Domuitionē paro.*] reuersionem ad lares domesticos. Dictio cōposita ex domo & itio, vt antè diximus. *Noctis ista*] noctē, qua est in cōplexu Photidis, beatissimā iudicat, vt potè plenam

plenam solidæ voluptatis. *O Luci.* ] Lucium Apuleium intelligit. *Vt in mō.* ] Corrige, vt initio. *Garrigentibus.* ] mutuo quasi garritu sermocinantibus, inuicemque obstrepentibus. Garrire est, ineptè strepere. Cic. ait philosophos in gymnasiis garrire cœpisse. Gannire verò propriè canes dicuntur: vnde & gannitio dicta, canum querula murmuratio. M. Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit: quamuis in mendosis codicibus nō gannire scriptum legas, sed garrire. Humanam quoque vocem nonnulli gannitum vocauerunt: & gannire pro maledicere vsurpatum est. Afranius: Gannire ad aurem nunquam didici. *Membra.* } Speciatim genitalia membrorum nomine significantur, vt suprā: Steterunt inembra, quæ iacebant antea. Hinc Priapus in obsceno catmine membrofior æquo est dictus. Poëta quoque in serio opere incautiùs dixit: Placidumque petiuit Coniugis infusus gremio per membra soporem. *Abiectis amiculis.* ] Intelligi vult, tunicam quoque interiorem, quam camisiam vocant, sese abiectisse, vt nudi veneriæ palæstræ oblectarentur: nam, vt inquit ille, At mihi nuda satis nulla puella patet. Et Propertius, meram nuditatem in amore expetens, & omne velamentum fastidians, minatur se vestem Cynthiæ discissurum, laniaturumque, cum ait: Quod si pertentes animo vestita cubare, Scissa veste meas experiere manus. *Inteeti.* ] denudati, & sine villo tegumento. *Bacchamur.* ] furore quodam quasi Bacchico extimulati ruimus in coitum, & subantes libidinamur. *Puerile corollarium.* ] Symbolicòs & verecundè signat posticum concubitum, & auersam venerem, & puerile diuerticulum sibi à Fortide oblatum fuisse, veluti pro auctario quodam. Corollarium enim, vt scienter docet Varro, id est, quod mercedi & manu pretio additur, præterquam quod debitum: à corollis factum est, quod hæc, cum placuerant actores, in scena dari solitæ sint. Vnde & corollarium apud Cic. & Tranquillum pro munusculo vltra legitima præmia exhibito, & quodam quasi additamento debitæ mercedis. Cum autem id genus corollaria pretij haud magni sint, hinc factum est, vt corollarium pro re leuiori ac appendicula vsurpetur. Plin. in 9. At illa, corollarium id esse, consumpturumque ea in cœna taxationem confirmans. Idem corollaria coronas dici auctor est in 21. cuius verba sunt hæc: Paulatim & Romæ subrepi appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & corollaribus: postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

*Ad hunc modum transactis volu-*

*Percita.* ] commota, excita. *Ni-*

hil promoueret.] nihil proficeret, & efficaciter polleret ad amores suos conciliandos, & amasium pellicendum. *Plumasuram.* ] sumptis plumis reformaturam. *Cupitum.* ] amasium. *Proin.* ] M. Tull. in oratorem: Dein etiam sæpe, & exin, pro deinde & exinde dicimus. sic & proin pro proinde, frequens est: quod significat ideo, itaque. *Speculam.* ] contemplatum & speculationem. *Locus* vnde speculamur, vocabulo quàm eleganti Cypriano dicitur speculatorium. *Primam vigiliam.* ] primis nocturnis horis. De quatuor vigiliis noctis, quæ ex militari disciplina sunt, & singulæ trium horarum spatio supputantur, dixi affatim in superioribus. *Superius.* ] id antea scandulare appellauit. *Insono.* ] mi-

ptariè paucis noctibus, quadam die percita Fotis, ac satis trepida, me accurrat: indicatque dominam suam, quod nihil etiam tunc in suos amores ceteris artibus promoueret, nocte proxima in auem sese plumaturam, atque ad suum cupitum sic deuolaturam: proin memet ad tante rei speculam caute præpararem. Iamque circa primam noctis vigiliam, ad illud superius cubiculum suspensio & insono vestigio me perducit. Ipsa per rimam ostiorum quampiam iubet spectare: quæ sic gesta sunt. Iam primum omnibus lacinijs se deuestit Pamphile: & arcula quadam reclusa, pyxides plusculas inde depromit, de quibus unius operculo remoto, atque indidem egesta unguedine, diuque palmulis suis adfricta, ab imis unguibus sese totam adusque summos capillos perlinnit: multumque cum lucerna secreto collocata. membra tremulo succussu quatit. quis leniter fluctuantibus, promicant molles plumula, crescunt & fortes pinnule, duratur nasus incuruus, coguntur ungues adunci. fit bubo Pamphile. Sic edito stridore querulo, iam sui periclitabunda, paulatim terra resulat: mox in altum sublimata, forinsecus totis alis euolat. Et illa quidem magnis suis artibus volens reformatur. At ego nullo decantatus carmine, presentis tantum falsi stupore defixus, quiduis aliud magis videbar esse quàm Lucius. Sic ex-

termi-

*terminatus animi, attonitus in amen-  
tiam, vigilans somniabam: defrictis a-  
deo diu \* pupulis, an vigilarem, scire  
querebam. Tandem denique reuersus  
ad sensum presentium, arrepta manu  
Fotidis, & adnota meis luminibus:  
Patere, oro te, inquam, dum dictat oc-  
casi, magno & singularis me affectio-  
nis tuae fructu perfrui, & impartire no-  
bis vinctulum indidem, per istas tuas  
papillas, me a mellitula: tuumque man-  
cipium, irremunerabili beneficio sic tibi  
perpetue pignera: ac iam perfice, ut meae  
Veneris Cupido pinnatus assistam tibi.*

nimè obstrepero,  
nullumque so-  
num faciente. In-  
sonum enim, qua-  
si sine sono &  
strepitu dictum;  
sicut & absolum  
dici sine sono,  
Non. interpreta-  
tur. De vestigio  
sonoto dixit Ti-  
bul. Neu strepitu  
tertere pedum,  
Arbitrari.] specta-  
re, rimari. Inter-  
dum pro ausculta-  
re accipitur. Plaut.  
in Captiuis: Ne

arbitri dicta nostra arbitrari queant. Veteres arbitro dicebant. Idem in Stichus: Probiores verò arbitrabunt, si probis narraueris. Arbitrari apud iurisperitos accipitur pro iudicare, & sententiam dicere: sicut & arbitrium, pro arbitri sententia. *Lacmvs.*] vestimentis. *Se deuestit.*] despoliat, exiitque. *Depromit.*] educit, extrahitque: inde promus dictus, qui præest cellæ promptuariæ, ex qua penora expromuntur vsionis causa. Cui contrarius est condus. Plautus: Sum promus condus, procurator peni. Apud Horatium: Foris est promus. Aufonius: promusque quàm condus magis. In Apologia, promus librorum dictus, qui præest libris expromendis. Idem Plaut. festiuiter scitaque translatione cellam promptuariam vsurpat pro carcere in Amphytrione, cum ait: In de cras ex promptuaria cella depromar ad flagrum. Promptuarium à Boëtio & Aufonio decenter dictum pro cõditorio literarum, & ingenij cella, vnde eruditio promitur. *Pyxides.*] vascula, quæ ferme ex buxo fiunt, vnde & nomen: pyxos enim Græcè buxum significat. Atramen Quintil. in 8. ait pyxides dici cuiuscunque materię. Nouissima est illa apud Lactantium sententia: Medicorum tituli remedia habet, pyxides venena. A pyxide *κρυπτικὸς* fit pyxidicula. Inde pyxidatū quoq; deducitur. Plin. in 31. commissuris pyxidatis, ita vt superior intret calce viuā, ex oleo læuigatis. *Arcula.*] Lucianus *κρυπτικὸν* vocat. *De quis.*] de quibus. *Opercula.*] tegumento. ab operculo fit verbum operculare, quod est operculo tegere. Columella: Ab eo

tempore quo primum dolia operculaueris. Ab eodem vas operculatum dictum, operculo clusum. *Indidem.* } ex ea pyxide. *Egesta unguedine.* ]educto, deprompto medicamento. Unguedo, unctio, unctura, unguen, ab unguendo omnia deriuata. Virgil. Et odoras unguine cetas. *Adfusa.* } quasi frictione quadam contrecto. *Perlinit.* } inspergit, perungit. Virgil. in Georg. Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. Lita exponit Seruius, pro illita & distincta. A lino. composita sunt, illino, perlino & relino: quod recludere significat, & aperire, & regypfare, apud Terent. Releui dolia omnia, serias omnis. Contra dixit Horat. Conditum leui datus in theatro Cum tibi plausus: pro eo quod est, gypsaui, clausi, operculauit. Ab eodem fit collino, quod est fœdo & inquinio. Plaut. in Pen. Pulchrum ornatum turpes mores peitis cœno collinunt. Lucianus Græcè, *χίμαιρα ὄλη*, id est, ungitur tota. *Ab imis unguibus.* ] Lucianus, *ἀπὸ τῶν ὀνύχων ἀρχαίως*, id est, ab unguibus incipiens. *Succussu.* ] excussione, agitationeque. Succussare enim est frequenter excutere: unde succussus, pro succussione, id est, excussione: & succussator caballus, & succussor dictus, qui interdum succutit, vexatque fessorem. *Quis.* ] quibus. *Promicant.* ] prorumpunt, exiliunt, extenduntur. *Pinnula.* ] Separauit distinxitque pinnulas à plumis, scite & significanter. Pinnæ enim sunt duriores, plumæ verò molliores delicatiorésque: præterea interiores sunt plumæ, exteriores pinnæ. *Duratur.* ] durefcit, durus fit. Lucian. *μικτὴρ κερατινὴ ἢ γυμνὴ ἔσσοτο*, id est, fit nasus corneus & incuruus. Ex Luciano hoc totum: qui scribit, se spectasse dominam Palastræ suæ, nudato corpore thus ardentis lucernæ imposuisse, & statim multa cum lucerna collocutum esse. Intellectus autem huiusce rei refertur ad eam magiæ speciem, quæ ex lucernis futura promittit: cuius meminimus in præfatione. *Fit bubo.* [Quæ auis ab Apuleio dicitur bubo, à Luciano nominatur *κόραξ νυκτερινός*, tanquam bubo & corax nycterinus idem sit. Sed si verbum ex verbo ductum exprimere velis, coruus nocturnus significabitur: *κόραξ* enim coruum, & *νυκτερινόν* nocturnum dici, quis ignorat? Quid ergo, dicet quispiam, nesciuit Apuleius bubonem à coruo differre? Id mihi doctè & scienter (vt omnia eruisse videtur ex secretariis interiorum literarum: securusque illos esse scriptores, qui nycticoraca bubonem significare contendunt. Varia est enim super hac re apud doctos discrepantia: In Psalmis Davidicis illud est cantatissimum: Factus sum sicut nycticorax in domicilio. In Hebræo pro nycticorace verbum bos scriptum est: quod Aquila & Septuaginta interpretes & Theodotion nycticoracem interpretati sunt. Symmachus vupam esse autem.



mat. Sexta editio nycticoracem noctuam interpretatur, quod & diuus Hieronymus sequitur scribens: Vbi apud Latinos & Græcos legitur, Factus sum sicut nycticorax in domicilio, apud Hebræos dicitur, Factus sum sicut noctua in ruinis. Plerique, quod idem quoque memorat, putant bubonem significari: quos hoc in loco sequitur Apuleius noster, qui ait Pamphilem factam esse bubonem, qui Luciano est *κόραξ νυκτερινός*. Interpres Luciani scèdè labitur, qui nocturnam cornicem interpretatur. Nam cornix Græcè non corax, sed *κοράνη* nominatur. Idque adeò liquet, vt res probatione non egeat. Bubo autem funebris abominatúsque est publicis maximè auspiciis: deserta incolit, nec tantùm desolata, sed dira etiam, & inaccessa: noctis monstrum: nec cantu aliquo vocali, sed gemitu. itaque in vrbibus, aut in luce visus, dirum ostentum est. Ouid. Ignauus bubo, dirum mortalibus omen. Refert Plinius, bubonem olim intrasse cellam Capitolij, propter quod vrbis lustrata est. Inter portentosa magica vanitatis mendacia hoc quoque tradunt magi, cor bubonis impositum mammæ mulieris sinistrae, efficere vt omnia secreta pronuntiet. *Sui periclitabunda.*] de semetipsa periculum faciens, experimentum capiens, an in auem demutata volitare posset. Periclitari enim est, præter notam significationem, experimentum facere. Sisenna: Periclitantur tormenta ac tela, multaque genera machinamentorum. *Volens.*] cum libuit. *Reformatur.*] in pristinam figuram & humanam formam reuertitur, *Decantatus carmine*] nullo cantamine siue incantamento deuotus, pressusque: *Quiduis aliud*] Accidit Apuleio ex miranda rei nouitate, id quod plerisque omnibus solet accidere, vt ex inspectione eorum, quæ paradoxa sunt, hoc est inopinabilia, supraque fidem, attoniti stupentésque adeò fiant, vt alia quæcunque potius esse videantur, quàm id quod sunt, nec sibi ipsis satis credant. *Exterminatus animi*] impos, amens, & animo quasi extra terminos suos ab alienato. *Vigilans somniabam.*] ita Plautus, Vigilans somniat. Item in Penulo: Certè hæc mulier cantharidum ritu astans somniat. Què locum Plautinum ita legere soleo, vt cantarino pro cantharidum emendem, illo intellectu: scèminam somniare astantem ritu canthari, vasis vinarij: qui ea forma figuratur, vt rectus aster, consistatque. Quæ de cantharidibus vermiculis produntur, futilia sunt, & nihil ad Plautinam elegantiam. *Defricetis pupillis.*] perfrictis oculis multa frictione, quod facere solemus ad somnum excutiendum. Lucianus *ὅτι δὲ ὄντ' ἔγν' ἐκεῖνο οἰοῦσθαι ὄρων, τοῖς δακτύλοις τῆς ὀμῆματι βλεφάρων ἠπτόμενος*: hoc est, Ego somnium illud videre me existimans, digitis

palpebras oculorum meorum perfricabam. Est autem pupula, & per diminutionem pupilla, oculorum media: in qua vis speculi adeò absoluta est, vt totam imaginem reddat hominis. Fœminas omnes vbique visu nocere, quæ duplices pupillas habeant, auctores sunt Plin. Cicero, Solinus. Hinc illud Nasonis: Oculis quoque pupula duplex Fulminat. *Dictat occasio.* ] præscribit, suadet, commonet. Alias dictare est componere, altero ascribente, accipientæque. Quintil. dictandi delicias improbat, cum impropria effluent, & alia incommoda subsint. Quanta autem occasionis vis sit, & temporis opportunitas polleat in rebus obeundis, nemo est qui nesciat. Græcè dicitur *ὀκαιμία*, quod & M. Tullius docet primo de Officiis. Dixit Lilius non minùs verè, quàm eleganter in 25. si in occasionis momento, cuius præteruolat opportunitas, cunctatus paulùm fueris, nequicquam mox omissum queraris. & statim: Nam occasione comes est, metancæ, id est, pœnitentia. Super qua re nobile est Aufonij epigramma. Pittacus Mitylenæus, vnus ex septem sapientibus, dicere solebat *ἄρσεν ἄρσεν*, id est, nosce tempestiuitatem, siue occasionem, quæ rerum omnium potissima est: super quo latissimè disserui in libello septem sapientum: *Impartire.* ] impartias. Dicimus impartio & impartior in actiua si gnificatione indiscriminatim. Est autem impartire, participare, & partem dare. Hora. Si quid nouisti rectiùs istis, Candidus impertit: si non, his vtere mecum. Annotant grammatici, partio & impertio vsurpati pro partior & impertior. Lucil. Suspiciat, impertit saluti plurimam & plenissimam. *Indidem.* ] inde, ex eadem pyxide. *Papillas* ] Obsecrantis est. Papillæ capitula mammaram dictæ, quòd papularum sunt similes: & pro mammis vsurpantur. *Mellitula.* ] Blandimenti nomen, quo Fotidem appellat, quasi dulciculam. *Pignera.* ] obliga, & pignore quasi quodam debito-rem cõcilia. *Pignoratus assistam tibi.* ] Ego ita corrigo: Vt meæ Veneri Cupido pinnatus assistam tibi. Vt sit sententia, munditer purèque explicata hoc intellectu: Perfice, inquit, vt ego ita hoc vngvine transfigurer in auem, sicut Pamphile in bubonem reformata est: vt ego pinnatus, alatusque fiam apud te haud secus quàm Cupido Veneri pinnatus assistit. Opat enim pinnatus & volaticus factus, assistere Fotidi, perinde ac suæ Veneri, sicut Cupidines alati præstò sunt matri.

*Ain.* ] Aisne.

*Vulpinaris amasio.* ] Vulpinari vetus verbum est, quod significat

*Ain, inquit, vulpinaris amasio, me- que sponte ascia cruribus meis illidere compellis? \* Saginer meum, ipsa lupulis*

con-

conferuo Thessalis. Hunc alitem factū ubi queram? Videbo quando? \* At mihi scelus istud depellant cœlites, inquam, ut ego quamvis ipsius aquilæ sublimis volatibus toto cœlo peruius, & supremi Iouis certus nuntius vel latus armiger, tamen non ad meum nidulum post illam pugnarum dignitatem subinde deuoem? Adiuuro per dulcem istum capilli tui nodulum, quo meum vinxisti spiritum, me nullam aliam \* mea Fortide malle. Tunc etiam istud meis cogitationibus occurrit, cum semel auem talem perunctus induero, domus omnis procul me vitare debere. Quam pulchro enim, quàmque festiuo matronæ perfruentur amatore bubone. Quid! quòd istas nocturnas aues, cum penetrauerint tarem quempiam, solícite prehensas foribus videmus adfigi, ut quod infauis volatibus familie minantur exitiū, suis luant cruciatibus. Sed quod sciscitari penè præteritū, quo dicto, factōve rursus exutis pinnulis illis, ad meum redibo Lucium? Bono animo es, quod ad huius rei curam pertinet, ait: nam mihi domina singula monstrauit, quæ possunt rursus in facies hominū tales figuras reformare. Nec istud factū putes vllā beneuolentia, sed ut ei redeunti \* me delam salubrē possem subsistere. Specta denique quàm paruis quàmque fatilibus tanta res \* procuretur. Hercules, atheni modicū cū lauri folys immissum,

fraudibus & mendaciis vera peruertere, ac fraudulentè agere: dictum à fraudulentia vulpium; cursūque intorto: vnde vulpinaris amasio eleganter dictis, amator fraudulentus, subdolu ac impostor. Inclinator autem amasio amafionis, pro amafius & amator. Vulpionem quoque veteres dixerunt, pro doloso & palpato ac veteratore: quod vocabulum lingua quoque vernacula retinemus. Apuleius in Magia: Etiam cum matri blandirere, tamen iam tum vulpionem & impium fuisse Vulpem nullum animal solertius, nullum fraudulentius, Æsopi fabulæ testatur, & vulgo quoque creditur. Ob hoc ait M. Tul. in primo de Officiis: Cum duobus modis; id est, aut vi, aut fraude fiat iniuria, fraus quasi vulpe-

*vore fontano datur lanacrū & poculū.* *culæ, vis leonis vi-*  
*detur.* Scitū dignū  
 nec relatu indignum est illud Lyfandri Lacedæmonij qui ad eos,  
 à quibus culpabatur quòd plurima fallaciis ageret, dolòque  
 maximè falleret, subridens dictitabat: Quò leonis pellis perue-  
 nire non posset, vulpinam pellem assuendam esse. Prouerbiū est  
 Græcorum, de his, qui dolosi dolosos fallere aggrediuntur. Est  
 & illa de vulpe parcemia, Vulpes munere non capitur: de his qui  
 non facilè donis capiuntur. Vulpes solerti auditu esse tradunt: ob  
 feruatūmque eam aure ad glaciem apposita, coniectare crassitu-  
 dinem gelu. *Asiam.*] Emendo asciam, vt sensus ex illa vulgata vsi  
 tataq; sententia eliciatur: Vis vt egomet mihimet malum confi-  
 ciam, simq; ipsa auctor mei doloris: si enim te fecero volaticum  
 pinnatūmque, tū que mox aliò deuolaueris, quem potero tunc  
 ego incusare, nisi me ipsam, de infortunio meo? Nam qui sibi  
 suisque met cruribus suapte sponte asciam impingit, illiditque,  
 neminem nisi se potest accusare: cum ipse crurifragij sibi met au-  
 ctor extiterit. Est enim ascia ferramentum fabricæ materiariæ,  
 quam primus inuenit Dædalus, vt docet Plin. qua solet inter-  
 dum materiarius faber per incuriam sua ipsius crura concidere.  
 Hieronymus asciam eleganti vocabulo dolatoriū nuncupat, à do-  
 lando scilicet, læuigandòque. Ab ascia exasceatum opus dixit  
 Plaut. pro perfectum, expolitūmque. In hanc fermè sententiam  
 est illud Plau. ex milite: Temerè haud edolas tabulam tuis nunc  
 crurib. *Siginer.*] Dictio inusitata, ignobilisq; & , vt sentio, nul-  
 lius significatus. Proin legere malim saginer, quasi à sagina & pin-  
 gitudine ducto vocabulo: vt amatorem hoc nomine condecen-  
 ter appellet, quasi saginatū, paulòq; habitiozem, curatiorēque:  
 nam & supra ostendit Apuleius, se fuisse succulentum. *Lupulis.*] *Meretricibus.* & alludit ad lupos feras, quæ opimiora saginatāque  
 cibaria sectantur. *Aut mihi.*] Lego, à me. *Calites.*] Dij cœlites in  
 ipso æthere puriore sunt, nec admodum eos mortalium vota sol-  
 licitant: apathes perhibentur, hoc est, sine passionum turbelis. Au-  
 ctor Marcianus. *Pagnarum.*] Lego, pinnarum. Est enim sensus:  
 Dij, inquit, à me prohibeant tantum scelus, vt ego non mox reuo-  
 le n ad meum nidulum: hoc est, ad meam Fortidem, post illam  
 volaturam, pinnatāque deformationem. Etiā, inquit, si aquila  
 fierem, & altiora cœli peterem, tamen ad te, ô mea Fortis, vellem  
 remeare. *Armiger.*] Quis nescit, aquilam nuntium & armigerum  
 supremi Iouis nominitari? vel ob fabulam, qua in bello aduersus  
 Titanas Ioui in auspiciū aduolasse fertur: vel, vt Pli. tradit, quia  
 nunquam fulmine examinatur. *V inxisti.*] Quia præmisit, Nodu-  
 lum

lum capilli, idèd vinxisti subiunxit congruenter & decenter. Spiritus enim noster propriè vinculo quodam insolubili vincitur, alligatúrque amata puellæ: & vt inquit Plautus, *Amica anima est amanti. Mea Fotidi.* ] Attendenda noua elocutio, qua significat nullam se magis velle quàm Fotidem. *Perunctus.* ] Illa scilicet vnguedine magica, & vi transfigurationis præpolente. *Quanquam festino.* ] *Lege, quàmque festino.* Ironicòs pronunciandum. *Larem quempiam.* ] in aliquod domicilium. *Foribus videmus affigi.* ] Inter nocturnas aues sunt noctuæ, bubo, vlulæ. sunt & vespertiones, quibus à vespertino tempore inditum nomen. Ouid. Nocte volant, seròque trahunt à tempore nomen. Græci quoque à nocte, hoc est ἀπὸ τῆς νυκτός, νυκτοπίδης vocant. Nocturnæ aues, auctore Plin. uncòs vngues habent. Noctis monstrum est bubo. Magi tradunt, vespertilionem, si sit circum latus domui viuus, & per fenestram inuerso capite infigatur, amuletum esse. Significat autem amuletum, omne genus remedij aduersus cuncta mala medicamenta, ab amolendo nominatum. Græci ἀπὸ ἀπορρίψαι hæc vocant, ἀπὸ τῆ ἀπορρίψαι, quod est amoliri, sub mouere, depellere. Amuletum dictio apud Plinium frequens, in hoc significato, ac propè peculiaris, nec apud scriptorem alium facilis repertum. *Suis luant cruciatibus* ] Causam subnotat, propter quam nocturnæ aues foribus affigantur: vt videlicet in eas regeratur, quicquid dirum domibus illæ portendunt, in quas penetrauerint. Dicimus, vt annotant grammatici, luo pœnam & luo peccatum: pro eo quod est, pendere pœnas & soluere pro noxa. Reluere dicebant antiqui pro resoluerè, & repignerare. *Ad meum Lucium.* ] reuertar, reformaborq; in pristinam mei ipsius Apuleij formam. *Es.* ] *Subsistere.* ] suppeditare, & opitulari. Frequens verbum apud Apuleium in hac significatione. *Fuilibus.* ] friuolis, nugatoriisque. Fuitiles dicuntur homines, qui silere tacenda non queunt: sic & vasa futilia à fundendo dicta, quæ lato ore, fundo angusto sunt, quibus in sacris Vestæ utebantur, propterea quòd aqua ad Vestæ sacra pertinens in terra non ponitur quod si fiat, piaculum est. Vnde excogitatum vas quod stare non posset, sed positum statim funderetur. *Herculis.* ] lege Hercules: vt sit asseueratio, per Herculem, quale est illud, mehercules, & medius fidius. *Anethi modicum.* ] Anethum ructus mouet, & tormina sedat, singultus cohibet. Semen anethi feruens olfactu sumptum, ex aqua sedat cruditates, oculos & genituram hebetat. *Rore fontano.* ] Aqua fontana rores neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, nec nisi serena

nocte existere tradūt. Roscidos astate Aphricæ noctes esse autumat Plinius. Pluuia & ros, vt inquit Aristoteles in primo Meteororum, fermè idem sunt: sed alterum copiosum, alterū modicū. Ros nocturnus humor est, quem serenitas tenuiter spargit: vt docet Apuleius in Cosmographia. Græcè drosos nominatur. *Lauricum & poculum.*] Sensus est: Quicumque vult reformari in pristinum habitum, opus est vt vel corpus lauet, vel bibat ex hoc liquore Laurinis foliis & anetho concinnato. Laurus autem, vt docet Proclus Platonicus igneam solis naturam imitatur, & in magia pollet ad custodiam numinis.

*Abiectis laciniis.*] Ex desiderio immodico signat se repente non tam exuisse vestimenta omnia, quam abieciſſe: vt statim nudus perungi posset, vntulo illo magico & demutatorio. *Haurito.*] hausto, educto, deprompto. *Similem.*] scilicet bubonem, in quā Pamphile fuerat transfigurata. *Plumula.*] quæ sunt molliores. *Pinnule.*] illæ duriores. *Cassatur.*] Hoc est, crassifcunt, dureſcuntque. *In setas.*] pilos asininos significat: sunt enim setæ villi crassiores, vt equorum. Plin. refert, elephāto fœtarum nullum tegumentum esse. Idem caudam ve-

*Hæc identidem adseuerans, summa cum trepidatione irrepit cubiculum, & pyxidē depromit arcula: quam ego amplexus, ac deosculatus prius, vtque mihi prosperis faueret volatib. deprecatus, abiectis properè laciniis totis, auidè manus immerſi: & haurito plusculo uncto, corporis mei membra perfricui. Iamque alternis conatibus, libratis brachiis, in auem similem gesticbam: nec vlla plumula, nec vsquā pinnule: sed plane pili mei crassantur in setas, & cutis tenella duratur in corium: & in extimis palmulis perditio numero, toti digiti coguntur in singulas unguilas, & de spine mee termino grandis cauda procedit. Iam facies enormis, & os prolixum, & nares hiantes & labia pendule: sic & aures immodicis horripilat auctibus. Nec vllum miseræ formationis video solatium, nisi quòdmibi iam nequeunt tenere Fotidæ naturæ crescebat. Ac dum salutis inopia cuncta corporis mei considerās, nō aucte me, sed asinum video, querens de factio Fotidis: sed iam humano gestu simul & voce priuatus, quod solum poteram po-*  
strema



*strema deiecta labia, humidis \* cum oculis, obliquum respiciens, ad illam taciturnam expostulabam. Que ubi me primum talem aspexit, percussit faciem suam manibus infestis: & Occisa sum misera, \* clamabat. Me trepidatio simul & festinatio sefellit, & pyxidum similitudo decepit. Sed bene, facilius quod reformationis huius medela suppeditat. Nam rosis tantum demorsicatis exhibis asinum. statimque in meum Lucium post liminio redibis. Atque utinam de more vesperi parassent nobis corollas aliquas, nec moram talem pateris vel noctis unius: sed primo diliculo remedium festinabitur tibi. Sic illa mœrebat. Ego verò quanquam perfectus asinus, & pro Lucio iumentum, sensum tamen retinebam humanum.*

terinis setosam esse tradit. Sunt autem veterina, animalia omnia quæ vehere quid possunt: unde veterinarius dictus, veterinorum medicus, qui Græco vocabulo *ἰατρίων* dicitur, quæ Firmicus Maternus mulomedicum interpretatur: vulgò Mar. sch. leū nuncupat. refert idem Plin. omnibus in genere veterino animalibus eosdem morbos esse, qui homini sint. Cribrorum genera ex feris equorum à Gallis inuenta idē

memorat lib. duodeuigesimo. *Coguntur.]* contrahuntur. *Extimis.]* Digtos, qui in extrema parte palmularum, hoc est manuum, significat coactos esse in vngulas asini. Est enim asinus ex genere solidipedum. sic eruditi appellant animalia, quorum vngula est solida. Veterino tamen generi, ut inquit Plinius, vngulæ renascuntur. Sues in Ilyrico solidas habent vngulas. Solida vngula & bicornæ nullū est animal: extimæ autē palmulæ significatur extremæ, summæque partes manuum. Apuleius alibi: In extimo mundi tergo degit. *Cauda.]* Caudæ, præter hominē ac simias, omnib. ferè animalib. setoix, ut equis. Boum caudis longissimus caulis, idem asinis longiores quàm equis. *Enormis.]* immodica & prægrandis. Lucianus dixit τὸ πῆστρον μέγα *Hiantes.]* patulæ, & follicantes. *Labiæ pendulæ.]* Dicimus labia & labias, ut balnea & balneas, ferè indiscriminatim. Hinc elegans ille versiculus: Anima ægra & faucia cucurrit & ad labias mihi. A. Gellius: Labias sensim primores emonemus. Quidam virorum labra, mulierum labia, discretionē vanissima, esse existimant.

A labris Labeones dicti, vt docet Plin. Et hoc verius est, quam quod Priscianus prodidit, Labeonē inde deduci autumat: chilonē antiqui dixere homines enormibus labiis præditos, Græcè τὸ χεῖλος labrum. Æsopus fuisse dicitur *χεῖλος*, hoc est, labro tumenti, prominulōque. *Horripilant.*] horridiore asperiorēque pilo fructificant. *Auctibus.*] incrementis. *Natura crescebat.*] Symbolicōs & opertè genitalia significat, quæ in asinis sunt enormia & immodica. *Querens.*] conquerens, mussansque *Postrema labia.*] posteriore parte labri inferioris. Lucianus, τὸ δὲ χεῖλος ἐκτείνω κατὰ. *Humidis.*] Quasi lacrymis ex indignatione profusis. *Obliquum.*] Obliquè: hoc est, toruo obliquatōque aspectu: nomen pro aduerbio. *Expostulabam.*] conquerebar, accusabamque Fotidem. Græcè dixit Lucianus, ἠτιώμην, id est accusabam. Expostulare est, querelam apud eum ipsum deponere, de eo ipso qui fecit iniuriam: postulare autem, querelam dicere de altero apud alterum: auctor Donatus. Hinc apud iurisperitos titulus de postulando. Terēt. in hanc sententiam: Vt cum eo hanc iniuriam expostulem. *Misera.*] Græcè τάλαντα εἶπεν ἐγώ. *Pyxidum similitudo.*] Signat, pyxidas aded fuisse consimiles, vt eas internoscere non quiverit: quarum altera continebatur unguedo ad transfigurandum in auem, altera in asinum deformandum. *Facilior medela.*] ῥᾶν δὲ ἀπὸ διεσπῆται. *Rosis dimorsicatis*] Lucian. ῥόδα γὰρ μόνον εἰ φάγοις ἀπὸ δεινῆ ἀντίγε τὸ κτεῖνος, id est si rosas tantum esitaueris, statim exues iumentum. *Postliminio.*] postea, ex interuallo: aduerbium est: super qua dictione in superiorib. copiosissimè disserui. *Corollas*] Signat coronas ex rosa: cuius vsus (vt inquit Plin. in 21.) in coronis propè nimius est. Hinc rosa genus quoddam accepit nomen coroneolæ. Centifoliam rosam Cepio negavit in coronis addi. *Diluculo.*] Greci ὄρθρον vocāt. *Sic mærebat.*] sic tristabatur, querebaturque. Aliàs merere primā corrupta significat milicore. Interdum ret pro meretur vsurpat antiquitas. Plautus: Incultus sit, vt mereret. *Sensu humanū.*] Lucianus quoque asserit se in asinum deformatum, mentem pristinam & sensum humanum retinuisse, Sic enim inquit ἐγὼ δὲ τὰ ἄλλα ὄνομα ἦμίην, ταῖς δὲ φρένας ἢ τὸν νοῦν ἀνδρῶν ἐπέσενος, λυκίος δὲ εἶμι τῆς θωνῆς: id est, Ego quidem catera asinus eram, animo autem & mente homo, Lucius ille citra vocem. Augustinus, quod memoratu scituque dignum est, libro 18. de Civitate Dei refert, viatores à mulieribus quibusdam stabulariis in iumenta præstigijs magicis deformatos fuisse, & onera baiulasse, in quibus tamen non mens vigeret brutalis, sed rationalis humanaque seruaretur: sicut Apuleius in libris quos *Asini aurei* titulo inscribit, sibi ipsi occidisse, vt accepto veneno, humano animo permanente, asinus fieret, aut indicavit, aut finxit.

Diu denique ac multum mecum ipse deliberavi, an nequissimam facinorosissimamque foeminam illam spissis calcibus feriens, & mordicus adpetens necare deberem. Sed ab incepto temerario melior me sententia reuocauit, ne morte multata Fortide, salutare mihi suppetias rursus extinguerem. Deiecto itaque & quassanti capite, ac demussata temporali contumelia, durissimo casui meo seruiens, ad equum illum uetorem meum probissimum in stabulum concedo: ubi alium etiam Milonis quondam hospitis mei asinum stabulantem inueni. Atque ego rebar, si quod inesset mutis animalibus tacitum ac naturale sacramentum, agnitione ac miseratione quadam inductum equum illum meum, hospitium ac loca \* lauta mihi praebiturum. Sed, probi Iupiter hospitalis, & fidei secreta numina, praeclearus ille uetor meus, cum asino, capita conferunt, in meamque perniciem illico consentiunt: & uerentes scilicet cibarijs suis, uix me praesepio uidere proximitatem, deiectis auribus iam furentes, infestis calcibus insequuntur: & abigor quam procul ab ordeo, quod apposueram uesperis meis manibus \* illigati, nimo famulo. Sic affectus, atque in solitudinem relegatus, angulo concesseram stabuli. Diuque de insolentia collegarum meorum mecum cogito, atque in alterum diem auxilio rosario Lucius de nouo fu-

Mordicus.] morfu & dentibus: aduerbium est. Salutare suppetias.] Auxilium rosarum salutare significat, quo erat cariturus Fortide interempta. Quassanti capite.] Indignationis & iracundiae specimen est, concutere caput. Sic & Virgilius in 12. Ille caput quassans, Non me tua feruida terrent Dicta ferrox. Demussata contumelia.] Tacite mecum, & cum murmuratione coquestus. Terent. in Adelphis: Accipienda & mussitanda iniuria adulescentium est. Vbi exponit Donatus, patienda, & cum silentio perferenda. Mussitare enim proprie, dissimulandi causa tacere est: dictum uel à muto: uel ab M, quæ littera est piumum pressæ uocis, ac penè nullius. Hinc demussata contumelia eleganter & scite dixit, pro

dissimulata, & cum silentio indignationeq; trāmissa. *Vectorem.*] qui me vehere solebat. Aliās vector, pro eo qui vehitur accipitur, vt apud Lucanum: Causa est hæc sola timoris, Vectorem non nosse suum. Sic iurisperiti vectores appellant eos, qui nauibus vectantur. *Probiſſimum.*] Ironicoſ. *Stabulantem.*] Dicimus stabulo & stabulor, vt grammatici tradunt. Virgil. Centuri in foribus stabulant, dixit, pro habitant, & stabulantur. *Iupiter hospitalis.*] Greci xenion hospitalem Iouem vocant, qui ab Ouidio hospes dictus est: de quo poëta in telligi voluit illo verſu: Iupiter, hospitibus nam

te dare iura loquuntur. *Fidei secreta numina.*] Sic Silius de fide: Iusticiæ confors, tacitumque in pectore numen. Videtur alludere ad Fidei simulachrum, quod in Capitolio vicinum Iouis optimi maximi, vt in Catonis oratione, maiores nostri esse voluerunt. De Fide Ennius: ô Fides alma, apta pinnis, & iusiurandum Iouis. Præterea fidei mysteria, vt reliquorum Deorum, sunt in aperto, nec

turus, equi perfidie vindictam meditor: respicio pile media, quæ stabuli trabes sustinebat, in ipso ferè mediuſtallo  
\* *Hippone Deæ simulachrum residens adicula, quod accuratè corollis roseis equidem recentibus fuerat ornatum. Denique agnito salutari præsidio pronus spei, quantum extensis prioribus pedibus adniti poteram, insurgo validè, & ceruice \*prolixa, nimirumque porrectis labijs, quanto maxime nixu poteram, corollas appetebam. Quod me pessima scilicet sorte conantem, seruulus meus, cui semper equi cura fuerat mandata, repente conspiciens, indignatus exurgit: & Quousque tandem, inquit, cartherium patiemur istum, paulo antè cibarijs iumentorum, nunc etiam simulachris Deorum infestum? Quin iam ego istum sacrilegum, \*labilem claudumque reddam. Et statim telum aliquod \*queritans eruere, fascem lignorum positum offendit; rimatusque frondosum sustem, cunctis vastiorem, non prius miserum me tondere desit, quam sonitu vehementi, & largo strepitu \*præcussis ianuis, trepido etiam ruore vicinæ conclamantis latrones, profugit territus.*

impulgarī fas est. Fides iustitiæ fundamentū est, vt inquit M. Tul. Eides, vt docet Quintilianus in Declamationib. supremum rerū humanarū vinculū est, sacra inter hostes, sacra inter piratas. Numma Pōpilius, auctore Liuiο, sacrariū & sacerdotes fidei instituit. *Capita conferunt.* ] quasi cōsilia communicaturi. Hoc fieri solet ab his, qui inter se soli seductique cōsultāt, ne arbitri arbitrari queāt. Lucian. itidē scribit, equum suum & Hipparchi hospitis asinum τα ὄτα κλίνουτες, id est auribus deiectis, timentes scilicet ne fœnū ipsis paratum præriperetur, calcibus promptos ipsum incurrasse. *Abigor.* ] amoueor, propulsor. Hinc abigei dicti, abactores alieni gregis: & abigeatus, ipsum crimen. Apud iurisconsultos fusiū vberiusque ista tractantur. *Uligatissimo.* ] solutissimo: vel lege, illi gratissimo, vt sint duæ dictiones. Famulum autem gratissimum appellat ironicōs, equum vectorem illum suum. *Affectus.* ] malē mulctatus, calcibusque contusus. *Collegarum.* ] Festiuiter collegas suos vocat iumenta, asinum scilicet & equum, tanquam in eodem magisterio officiōque consociatos. Sic Statius Stellam (vt opinor) collegam nominauit, quia eodem poetiæ studio teneretur. Neratius iurisconsultus tres facere collegium existimat. Apud oratores duo collegium faciunt: hinc à Liuiο & Ammiano Marcellino collegium consulum duorum est dictum, *Pila medie* ] Signat in medio stabulo fuisse pilam, hoc est, columnam, stabuli cōignationem & cameram fulciētem. In hoc significatu syllaba pilæ prima producitur cū aliàs corripitur. A pila pilatim aduerbium fit, quasi per pilas: quo vtitur Victruius. Inde oppilare deduci quoque autumo, tanquam pilarum oppositu obfirmare, occluderēque, sicut à M. Tul. oppilatæ tabernæ dicuntur. Depila Virg. Saxea pila cadit. & Horatius: Nulla taberna meos habeat, neque pila, libellos. Græci *σύλον* appellant columnam. Catullus: A pileatis nona fratribus pila: vbi nomine pilæ taberna significari videtur. *Mediullio.* ] medio. Meditullium à medio dictum autumant eruditi, & in primis Boëtius, qui illud tullium quasi productionem quandam esse vult: sicut in postliminio. Hieron. contra Pelagianos scribit, hominem in meditullium positum esse, vt de virtutum culmine ad vitia labatur, & ex vitis ascendat ad sublimia. *Hippona dea sim.* ] Hippona equorum & stabuli dea est. argumento est nomen: hippos enim equus. Tertullian. in Apologetico: Vos tamen non negabitis, & iumenta omnia & equos canterios cum sua Hippona coli à vobis. Illud scitū dignū est, & annotatū, deos esse quosdam, quos antiqui Semonas dici voluerūt: quos nec cælo dignos ascriberent, obmeriti pauperatē, nec terrenis eos deputare vellēt, pro gratiæ veneratione quo

In numero sunt Priapus, Hippona, & Verrumnus. auctores M. Varro & Platiades. apud Iuuen. versus est ille vulgarissimus, Iurat Solam Hipponam, & facies olida ad præsepia pietas: quem vir seculi nostri doctissimus ita legit, Solam Hippo. vt sicut Dido, & Manto, pro Didonem & Mantonem: ita pro Hipponē Hippo accusatio casu dicamus, ex formula videlicet Græcæ declinationis. Ego de magnorum virorum iudicio, quorum auctoritas pro ratione habenda est, vt nihil ausim temere pronuntiare, ita illud asserere non dubitem, quod Hippona, vt Pomona, vt Bobona, secundum formulam primi ordinis, vsurpatur apud scriptores idoneos. *Ædiculæ.* Jappellatione ædiculæ significatur receptaculū, & quoddā quasi loculamētum ac repositorium, quo simulachra Deorum contineri solent. In hanc sententiam Plinius in 36. *Ædicula* eius tota aperitur, vt conspici vndique possit effigies deæ, fauente ipsa (vt creditur) facto: nec minor ex quacūque parte admiratio est. Satyrographus quoque dixit, Si quis in ædicula Deus vnicus. *Fuerat or.* Scribit Plin. quod coronæ Deorum honos erant, & Lariū publicorum ac priuatorum, & sepulchrorum, & Manium. *Pronus spei.* Sic fœlix animi, securus amorum, & mille alia similiter. *Nixu.* conatu. *Canterium patiemur istum.* Pronunciatione adiuuandum est, vt vultuose & indignanter à seruo dictum videatur. Canterius autem significat equum, & cum proprie cui testes abscissi sunt. Sicut maialis distat à verre, capus à gallo, veruex ab ariete, ita canterius distat ab equo: hæc enim omnia testiculis amputatis castrata sūt. Plaut. in *Captiuis*; Qui aduehuntur quadrupedanti crucianti canterio. Idem in *Aulularia*: Ego faxim, muli, præcium qui superant equos, sint viliores Gallicis canteriis. Canterii quoque in ædificiis nominantur, de quib. *Victruuius.* Quin etiam canterius *Columellæ* & *Plinio* est genus vineæ, quæ simplici iugo constat, ordine porrecto: Optima hæc vino, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduòque sole coquitur, & afflatum magis sentit, & celerius rorem dimittit. *Cauterium* verò ferramentum ignitum dicitur, quod vi caustica vlcera & putridas carnes curat. Hinc illud apud *Hieronymū* prouerbiale: Putridæ carnes ferro curantur & cauterio. A *Palladio* cauterios nominantur: quos habendos esse in instrumento rustico præcipit. Inde cauteriata cōsciētia, ab *Apostolo* dicta. *Simulachris infestis.* Propter roseas corollas hoc dicit: quas quanto maximo nixu poterat, appetenter inuaserat, nullo habito Deæ respectu. *Sacrilegiū* dicit, qui coronas Deæ dedicatas surripere cōtenderat. Apud *Quint.* & *Rhetoricos* doctores ex statu finitionis quæri so-



let quid sit sacrilegium, quidve sacrilegus. Quidā ita finiunt: Sacrillegium est, surripere aliquid de sacro. Alij sic: Sacrillegium est, surripere aliquid sacri. Hinc quæstio, an is, qui priuatam pecuniam de templo surripuerit, sacrilegij reus fieri possit. *Emerere.*] Lego eruere, hoc est educere, expromere, & quasi ex abdito efferre. *Vicinia conclamantis.*] Iunctim legendum, viciniae conclamantis latrones: illo intellectu, quod tota vicinia conclamare cœpit, latrones adesse, vt ita cuncti accederent suppetiarum.

*Nec mora, cum vi patefactis edibus, globus latronum inuadit omnia, & singula domus membra cingit armata factio. Et auxilijs hinc inde conuolantibus, obsistit \* discursus hostilis, cuncti gladijs ac facibus instructi noctem illuminant, coruscat in modum \* ortus solis, ignis & mucro. Tunc horreum quoddam satis validis claustris obseptum, obseratumque, quod medijs edibus constitutum gazis Milonis fuerat repositum, securibus validis aggressi diffidunt. Quo passim recluso totas opes vehunt, raptimque constrictis sarcinis singuli partiuntur. Sed gestaminum modus numerum gerulorum excedit. Tunc opulentia nimia nimio ad extremas incitas deducti, nos duos asinos, & equum meum, productos è stabulo, quantum possunt grauioribus sarcinis onerant, & domo iam vacua minantes baculis exigunt. Vnoque de socijs ad speculandum, qui de facinoris inquisitione nuntiarer, relicto, nos crebro tundentes, per aniam montium ducunt concitos. Iamque rerum tantarum pondere, & montis ardui vertice, & prolixo satis itinere, ni-*

*In patefactis.*] Corripo, vi patefactis. *Ignis & mucro.*] Hoc dixit propterea, quod gladijs ac facibus coruscantibus instructi latrones, inuaserant Milonis domum. *Horreum.*] Non solum frumenti & frugum repositorium est horreum, sed aliarum quoque rerum: sicut hoc in loco, & apud idoneos auctores accipitur. Iurisconsulti titulo de emptione & venditione: Clauibus traditis, ita mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur, si claues apud horrea traditæ sunt. Item Paulus: *Dolia in horreis defossa, si non sunt nominatim in venditione excepta,*

horreorum vendi-  
tioni cessisse vide-  
ri. Item titulo loca-  
ti: Dominus hor-  
reorū effractis &  
compilatis horreis

*hil à mortuo differēbam. Sed mihi serō  
quidem, serō tamen subuenit, ad auxi-  
lium ciuile decurrere: & interposito ve-  
nerabilis principis nomine, tot erumnis  
me liberare.*

non tenetur: namque, vt scriptum legimus lib. 4. Codicis, domi-  
nus horreorum periculum vis maioris vel effracturam latronū,  
conductorī pręstare non cogitur. Autumant grammatici, &  
memorat Fortunatianus in libro de Dialectica, horreum  
ab ordo mutata litera nominatum. Antiqui farreum à far-  
re dixerunt. Diuus Augustinus quid sit horreum planissime  
ostendit, sic scribens in libro de Opere monachorum: Apotheca  
vel horrea verbum ex verbo repositoria dici possunt. Ab horreo  
horrearius eleganti vocabulo dictus est, qui pro horreorum con-  
ductore poni videtur apud iurisperitos, tit. de his qui deiece-  
runt, his verbis: Si horrearius aliquid deiecerit, vel effuderit. Ro-  
mę fuerunt Sempronia horrea, ad custodiam frumenti publici.  
Entheca quoque eadem penē significatione ponitur qua apothē-  
ca & horreum, videlicet pro loco gazęque repositorio. Idem  
Augustinus in libro de Vita clericorum: Enthecam nobis habere  
non licet, non est episcopi seruare aurum. & post paulō: Non ha-  
beamus enthecā. Hęc Augustini verba in decretis canonicis  
12. quęstione 1. percententur. Ab entheca, enthecaturū deriuatur,  
pro eo quod in repositorio conditum, & cellario inclusum. En-  
thecam memorię, pro thesauro & cella ponit Fulgentius. *Gā-  
zir.* Gaza lingua Persica significat diuitias. Gaza, vt scribit Pom-  
ponius Mela, ciuitas est in Palęstina, ex eo dicta, quōd sic Persę  
ararium vocant. Nam cūm Cambyses armis Ægyptum  
peteret, huc belli & opes & pecuniam intulerat. Hinc gazo-  
phylacium, gazę repositorium dictum: de quo apud Ecclesia-  
sticos scriptores mentio creberrima. Iudęi carbonam vo-  
cant, sacrum thesaurum: Iosephus, Eusebius, Hieronymus.  
*Recluso.* ] patefacto, & aperto. *Gerulorum.* ] Maior, inquit,  
erat copia rerum gerendarum, quā quibus geruli illi nu-  
mero exigui sufficerent. Gręci *βασίλειον* vocant, quos no-  
stri baiulos dicunt, & gerulos. *Ad extremas incitas.* ] extremam ne-  
cessitatem, egestatēque: sic enim antiqui loquebantur. Verbum  
est apud Plautum frequentissimum. Lucianus scribit, latrones  
Hipparchi domum ingressos, ipsum vnā cum Palęstra ancil-  
la & seruo suo comprehensos colligasse, domum expilasse pecu-  
nias, vestes, equum & asinum alterum, se quoque sarcinis onē-

rasse: baculis mox ferientes impulisse vsque in montes. *Per auia montium.* ] Per montes inaccessos, inuisosque. Lucianus ἀρετων ὄδῳ dixit. Exemplum prosonomasiæ est apud Rhetoricos doctores: Auium dulcedo auium ducit. Nam & loca auia dicuntur, in quibus via est nulla, vel infrequens: & homo auius dictus, à via rationis aberrans. Lucret. Auius à vera longè ratione vagaris. *Subuenit.* ] in mentem venit, succurrit. *Ad auxilium ciuile.* ] imploranda scilicet Cæsaris auxilium. ad quod perinde ac asylum ciuileriter decurrere solent. Ex quo est illud, Prouoco ad Cæsarem, & appello Cæsarem, vsitatissimum. Lucianus quoque Cætaris nomen maxima se voce inclamasse significat: quo ruditu absõno offensis latronum auribus effectum est, vt ob hoc ipsum magis vapularet, tanquam ita proderet nocturnos fures.

Cum denique iam luce clarissima, vicum quempiam frequentem, & nundinis celebrem præteriremus, inter ipsas\* turbulas Græcorum gemino sermone nomen augustum Cæsaris innocare tentauit: & O, quidem tantum disertum ac validum clarnitauit, reliquum autem Cæsaris nomen enuntiare non potui. Aspernati latrones clamorem absõnum meum, cadentes hinc inde miserum corium, nec cribris iam idoneum relinquunt. Sed tandem mihi inopinatam salutem Iupiter ille tribuit. Nã dum multas villulas & casas amplas præterimus, hortulũ quendam prospexi satis amœnũ, in quo præter ceteras gratas herbulas rose virginis matutino rore\* fluebãt. His inhians, & spe salutis alacer ac letus, propius accessi. Dũmq; iã labijs undãtib. affecto, consilium me subit longè salubrius, ne si rursus a sino remoto prodire in Lucium, euidens exitum inter manus latronum offenderẽ, vel artis magice suspicionem, vel indicij futuri criminationem.

Nundinis celebrem. ] Significat emporium, forumque nundinarium illic fuisse. *Gemino sermone.* ] Lego, genuino sermone: hoc est, natiuo ac peculiari. *Augustum.* ] venerabile. Græci augustum ὀβασὶν vocant: vnde Sebastia ciuitas, Augusti nomini & numini dedicata. Et ò quidem. ] per vocatiuum casum innocentes quempiam frequenter ò præponimus: vt ò Cæsar, ò princeps, ò Auguste, & mille huiusmodi. Significat se illud primum ò, plane ac discretè enuntiasse,

cum asini rudentes suo ruditu optissimum rudere videantur. Di-

*fertum.*] planum, apertum, explanatum, *Clamorem absonum.*] vastum, asperumque, & sine legitimo sono. Absonum enim id proprie est, quod non tam sine sono est, quam quod soni duri & absurdi. Vnde absoni voce dicti M. Tullio, quibus nulla in pronuntiando suavitas inest. *Ne cribrum tam idoneum.*] Insinuat se tot ictibus fuisse confossum, conscissumque, ut nec quidem cribris faciendis corium suum foret idoneum. Cribra enim ex pellibus corioque asellorum confici quis ignorat? *κρίνον* Græcè dicitur: vnde coscinomantia diuination, quæ per cribrum fit. Galli ex setis equotum cribra inuenerunt. Ægyptij ex papyro atque iunco, Hispani ex lino excussoria & pollinaria. Sunt autem pollinaria, quibus pollen quæ est tritici flos purgatior excernitur. Vnde & pollinor dictus, qui pollinæ facit, & farinam. Aliàs pollinctor accipitur pro cadaveris curatore, quasi pollutorum, id est, mortuorum victor. *Rose virgines.*] illibata, intacte, incorruptæ. Sic à Marcia le virgo charta accipitur, pro ea quæ nodum contrectata, inuulgataque est. Plinius terram virginem dixit, sinceram, intactam, neque à metallicis refossum, attaminatamque. Iosephus ait, terram quæ virgo est, esse rubentem. Oratio philosophorum, auctore M. Tul. casta est, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Hinc verbum fit deuirginari quod est corrumpere. Vnde puella deuirginata quæ deflorata constuprataque exiit virginitatem. Aliàs deuirginati dicebantur pueri, cum ex ephebis decesserant: & deuirginatum puerum dixere, ex ephebis excedentem. *His inhians.*] rosas scienter appetens. Dicimus, inhio huic rei, & hanc rem. Statius, fraternos inhiantem obitus. Plaut. Hæreditatem inhiat, quasi esuriens lupus. *Vndantibus.*] Labia vndantia decenter dixit, pro mobilia, flexibilia, & vndarum instar sinuosa: qualia esse solent ex appetentia & desiderio. *Prodirem in Lucium.*] id est, reformarer in pristinam hominis formam, fieremque iterum L. Apuleius. *Vel iudicij futuri.*] Sensus est: Salubrius consilium mihi visum est, ab esu rosarum ad presens temperare, ne à latronibus interficerer: vel dum magum suspicarentur, vel dum vererentur ne indicium facerem illorum furti & expilationis. *Fœna rodebamus.*] Pabulum iumentorum est fœnum: Græci *χόρτον* vocant, à fœtu dictum: quotannis enim nouum parit & fœtificat. fœnum cordum vocant, autumnale & ferotinum: fœnifex, qui fœnum secat, nuncupatur. Plin. in 18. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœnifex in

cedebat. Columella: Necubi ferramentum fœnifecis possit offendere. Sicilive est secare, quæ fœnifeces præterierunt Fœnifeciũ tempus sectionis, & pro ipsa sectione accipitur Plinio, Columella, ceteris. metas fœni appellant strues, ita figuratas, ut ab imò latiores in angustum verticem exacuantur, qualis est metæ forma. Columella strigã in fœno nominat ordinem, & quandam quasi connexionem, cœarctationemque à stringendo ducto vocabulo:



HYPOTHESIS SIVE ARGV-  
MENTVM LIBRI QVARTI.

*Demutatus in asinum Apuleius, arumnas laboriosas eloquenter enarrat, quas sub asinina forma, humana mente retenta, peregrinatione multiplici perpeffus est. Interferuntur tempestiuiter varij latronum casus. Describitur & ille qui effigiem vrsa subiens, instruxit apparatusum gladiatorium. De industria inserit fabulam Psyche, quæ & voluptate & eruditione est refertissima: cuius mysticus intellectus suo loco explicabitur.*

**D**leinfermè circa medium, cum iam flagrantia solis caleret, in pago quodam apud notos ac familiares latronibus senes diuertimus. Sic enim primus aditus & sermo prolixus, & oscula mutua, quamuis a sino sentire præstabant. Nam & rebus eos quibusdam dorso meo depromptis munerabantur: & secretis gannitibus, quòd essent latrocinio paratæ, videbantur indicare. Iamque nos omni sarcina \* leuatos, in pratium proximum passim libero pastui tradidere: nec me cum asino vel equo meo compascuus cœtus attinere potuit, adhuc insolitum \* aliquin prandere fœnum. Sed planè ponè stabulum prospectũ hortulum iam fame

Apud notos diuertimus. } Latine & eleganter dicitur; deuerto ad te, & apud te. Plautus in Pseudulo: Ego deuortor extra portam in tabernam tertiam, apud anum illam doliarum, claudã, crassam Chrysidem. Deuortor, ut inquit Phocas grammaticus, in præterito facit deuortis sicut actiua & neutra proferuntur. Primus aditus. } accessus & introitus. Quamuis asino. }

Consimile illud. Ut quamuis auido parerent arua colono. Sensus est: Ego etsi asinoia tarditate & brutali stupore præditus eram, tamen facile sentire poteram ex mutuis oculis, & prolixo sermone & largitione, senes illos ad quos deuertimus, fuisse familiares ac notos latronibus nostris, qui

nos abegerant. *Munerabantur.* ] donabant, & muneribus prosequabantur. Vnde & remunerati, pro munera recipere, & gratiam referre. Catullus: Te quod his supplicii remunerabor. Græco vocabulo infrequenti quidem, sed elegantissimo, Antidora dicuntur remunerationes. Ulpianus inter iurisperitos eloquentissimus. tit. de petitione hereditat. scite & decenter utitur hac dictione, sic scribens: Plurè si antidora acceperunt, dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, velut genus quoddam hoc esset permutationis. Prouerbum Græcorum scitu relatuque dignum est, ἔχθραν ἀδωκε δ' ἄδωκε, καὶ οὐκ ὀνίσταται, id est, inimicorum dona non sunt dona, minimèque utilia. Dixit & Euripides κακὸν ἀδ' ἐγὼ δ' ἄγω ὀνίσταται ἐχθρῶν, Improbi viri donum minimè iuuat. Ex hac parcemia ductum est illud Maroniam, Timeo Danaos & dona ferentes, *Dorso meo.* ] Se sarcinosum & præda onustum fuisse significat. *Gannitibus* & *mutmurillis*, ut dixit Plaut. idem in *Asinaria* inquit, *Quincenties eadem imperem atque ogganniam.* *Parte.* ] *acquistæ & paratæ*, partum pro parato dixerunt. M. Tul. in *2. Antoniana*: Ut est apud poëtam nescio quem, *Malè parta malè dilabuntur.* Poëta autem ille fuit, si id scire desideras, *Næuius*: quod grammatici docent. Consimile est illud *Plautinum* ex *Penulo*, *Malè partum malè disperit.* *Libero pastu.* ] *liberæ pastioni*, ut soluti exoneratque pasceremus. *Compaf-*



*cœtus.*] Agrum compascuum, dixerunt, communem vicinis ad pascendū, in quo mihi atq; vicino simul pascere liceat pecus. Hinc apud Ciceronē in Top. & Qu. & Boëtium ex coniugatis ducitur argumentum: vt, si compascuus est ager, compascere liceat. hoc modo: hic de quo quæritur ager compascuus est: in compascuo autem licet compascere: compascere enim & compascuum coniugata sunt: in hoc igitur agro licet compascere, quia compascuus est: & ita à coniugatis sumptum est argumentum. Nunc scitè & festiuiter compascuus locus dicitur ab Apuleio, qui sibi cum altero asino & equo communis erat ad pascendum, & in quo simul cōpascere poterant. Cœtus autem dicitur, quasi communis locus. Quidam codices habent compascuus locus intellectu simpliciore, apertiorèque. *Pone stabulum.*] post stabulum. Sic Virg. Pone subit coniunx, Lucian. ὀρέω κιντῶν ὀπισθὸν τῆς ἀλώης, video inquit hortum pone diuerforium. *Affatim.*] largè, abundanter, admodum: quod aduerbium prima acuta, non media, Annianus poëta pronuntiabat, in literis oppidò quàm peritus. Et ita veteres locutos, ac grammaticum Probum, testis est Gellius. *Oleribus erudis.*] Lucian. εἶχε λάχθνα πολλα, καὶ καλά: Habebat, inquit, hortus olera multa, & decora. *Candens rosarium.*] albicans, à candore dictum, aliàs ignitum. Differunt rosæ multitudine foliorum, asperitate, lænore, colore, odore. Alabandica rosā albicantibus est foliis. Celeberrima rosarum genera fecere nostri scriptores Prænestinam & Campanam. Addidere alij Milesiam, cuius ardentissimus color est. Rosā à numero foliorum dicta centifolia, nec odore nec specie probabilis. Oleum ex rosis rhodinum vocant. Græcè enim rhodon, rosā nominatur. Rhodini, hoc est, rosacci olei meminit Plinius in 13. celebrat vnguentum rhodinum, tradens diuulgata maximè vnguenta esse ex rosā. Rosarium dicitur Græcè ῥοσῶν, locus rosis confitus: quod & rosetum quoque appellant, vt lilietum, & citretum, Palladio dictum, qui præcipit rosaria mense Martio esse percolenda. si rosam temporius habere volueris, aqua calida bis rigabis in die. *Deiuis.*] à via publica & loco frequenti semotus, sequestratūque. *De iumentis quadrupedis.*] id est asini. Appellatione iumentorum an omne pecus contineatur, quærit Vlpianus ad edilitiū edictum, aitq; boves hac appellatione nō cōtineri. Iumētū, vt inquit Gell. nō solūm animalia significat, sed vectabulū etiā, quod à iūctis pecorib⁹ trahebatur. Veteres. n. nostri iumētū à iūgēdo dixerūt. Columella à iuuādo iumēta dici autumat, ex cognostrū laborē vel onera subuectādo, vel arādo iuuēt. Quo dicto dissēire videtur ab Vlpiani scētētia

tanquam iumentorum appellatione boues quoque contineri possint, qui nos arando maxime iuuant. Asinum autem inter iumenta numerandum merito censemus, qui subuectando onera, laborem mortalium iuat: cuius rusticarum rerum auctores in emendis tuendisque iumentis precipuam rationem volunt esse. Plagatum & penuriae tolerantissimus est. quin & omne ius tanquam maxime necessarium instrumentum desiderat asellum, qui pleraque utensilia & vehere in urbem, & reportare collo vel dorso commodè potest. M. Varro lib. I. de Re rustica eleganti vocabulo dossuaria iumenta vocat, quod onus dorso ferre possint. Idem asellis dossuarijs comportari refert oleum, vinum, itemque frumentum, aut quid aliud. Portius Cato præcipit, in villatico instrumento habendos esse & asinos clitellarios, & plostrarios, & molarios. Græcè iumentum κτήνη, nominatur: inde κτηνιατρική medici iumentorum, quos nostri veterinarios appellant, & mulomedicos: & medicinam pecorum, veterinariam, apud Varro- nem & Columellam.

*Salo fluctuarem.]*

Translatio à mari, quod semper fluctuat, & æstibus reciprocis fluit, refluitque, sic Virg. Magno curarum fluctuat æstu. In dæmonio Socratis tradit, dæmonis solo amentes ad omnes cogitationum æstus fluctuare. *Vireta.]* loca plena viroris, virentiumque herbarum vireta nominant. Maro: Deuenere locos latos, & amœna vireta: vbi Seru. exposuit virentia. *Minius color.]* Rosa vt au-

*Ergo igitur cum in isto cogitationis salo fluctuarem, aliquantò longius vireo frondosi nemoris conuallem umbrosam, cuius inter varias herbulas & latissima vireta, fulgentium rosarum minius color renidebat. Iamque apud mea non vsquequaque ferina præcordia veneris & Gratiarum lucum illum arbitrabar: cuius inter opaca secreta, floris genialis regius nitor relucebat. Tunc innocato hilaro atque prospero Euentu, cursu me concito proripio, ut hercule ipse sentirem non asinum me, verum etiam equum currulem nimia velocitate refectum. Sed agilis atque præclarus ille conatus fortunæ meæ seuitatem antevire non potuit. Iam enim loco proximus, non illas rosas teneras & amœnas, madidas\* diuinis guttis roris & nectaris, quas rubi felices, beate spinae gene*

generant: at ne conuallem quidem usq;  
iam, nisi tantum ripæ fluuiialis margi-  
nem densis arboribus septam video.  
Hæ arbores in lauri faciem prolixè fo-  
liatæ, pariunt in modum floris inodori  
porrectos caliculos modicè punicantis:  
quos equidem fragrantis, minimè rure-  
stri vocabulo vulgus indoctum rosas  
laureas appellant, quarumq; cuncto pe-  
cori cipus lethalis est. Talibus satis im-  
plicitus, etiam ipsam salutem recusans,  
sponte illud venenum rosarium sumere  
gestiebam. Sed dum cōtanter accedo de-  
cerpere, iuuenis quidam, ut mihi vide-  
batur, hortulanus, cuius omnia prorsus  
olera vastaueram, tanto damno cognito,  
cum grandi baculo firens decurrit, ab-  
reptumque me totum plagis obtundit  
adusque vite ipsius periculum: ni-  
si tandem sapienter alioquin ipse mi-  
hi tulisset auxiliū. Nam lum-  
bis elenatis in altum, pedū posterioribus  
calcibus iactatis in eum crebriter, iam  
mūltato grauius, atque iacente, contra  
proclive mōtis attigui fuga me liberaui.

Pli. Milton vocant Græci miniū. Homerus dixit *νῆας μιντοπαιούς*  
naues minio siue rubrica tinctas. Miniarium metallum in Ba-  
tica celeberrimū olim fuit. Miniū in voluminū quoq; scriptura  
vsurpatur, clariorēque literas vel in auro, vel in marmore facit.  
Arena, ex qua fit, cocci colorē habet. Cocci color in rosis micat:  
gratius nihil traditur aspectu. *Renidebat.* ]splendebat. Aliās ride-  
bat, ut antè dictū est. *Veneris & Gratiarū lucum* ]Nemoris amœ-  
nitatē significanter expressit, dum inquit, se credidisse locum il-  
lum Veneris fuisse & Gratiarum, quibus luci amœni, cōuales ge-  
niales, vireta lætissima & omni parte voluptuaria summè conue-  
niunt. Claudianus graphicè venustēq; describit Veneris & Cupi

tor est Plinius,  
paulatim rubef-  
cens dehiscit, ac  
se se pandit, in ca-  
licis medio sui  
stantis complexa  
luteos apices. In-  
ter genera rosa-  
rum quædam sunt  
ardentissimi, co-  
loris, minioque  
similimi, ut ro-  
sa Milefia. Mi-  
nium inter pigmē  
ta magnæ aucto-  
ritatis est. Auctor  
est Verrius, Iouis  
simulachri faciem  
diebus festis mi-  
nio illini solitum,  
triumphantium-  
que corpora: sic  
Camilium trium-  
phasse. Censo-  
res in primis Io-  
uem minium  
locabant. Æthio-  
pum populi, ma-  
ximèque proce-  
res, toti minio tin-  
gebantur, ut refert

dinum mansionem, omnibus deliciarū amœnitatūmq; numeris  
 absolutissimā. *Genialis.*] voluptuarij. & decētis. *Regis nitor.*] Al-  
 ludere videtur ad flores, qui inscripti nomina regū nascūtur in  
 pratis: qualis est hiacynthus, & adoniū. Amaracus quoq; regius  
 puer fuisse fertur, qui in amaracū siue sansucum herbam odora-  
 tissimam versus esse traditur: vnde amaracinavnguenta dicta. *cf.*  
 & Iouis flos, cuius meminit Plin. in 21. qui colore commendatur  
 ac placet. *Inuocato Eueū.*] Inter duodecim Deos, qui maximè agri-  
 colarū duces sunt, quos Cōsētes vocāt, est Euentus Deus: hinc M.  
 Varro in primo de Re rustica: Nec non precor bonū Eueū, quo-  
 niā sine successu ac bono eueū misera est agricultura. Plin. in 36.  
 refert, Romæ fuisse boni Eueū & bonæ Fortunæ simulacra in Ca-  
 pitolio, Praxitelis opera. Colitur autem Euentus, vt omnia nobis  
 eueniāt prosperè & feliciter. Vnde Donatus exponēs Terērianum  
 verbum euenit: Propriè, inquit, euenit: idè & bonorum eueū di-  
 citur. *Proprio.*] Lego proripio: verbum est. Cōcitato enim cursu se  
 se proripuisse designat. *Equum currulem.*] pernicē scilicet, & cursū  
 v laticum: quales equi in curruli certamine conspiciuntur. *Sauitatem.*  
 ] sœuitiam, asperitatē, &, vt veteres dixerunt, sœuitudinem.  
*Guttis.*] Virg. in Idyllio cui titulus est Rosæ, Rosaria rosca co-  
 gnominat: quasi rore madētia, & rosca humore gaudētia. *Rubi.*  
 ] spinæ. Plin. in hęc sētētiā: Rosa nascitur spina citius quàm fru-  
 tice, in rubo quoque proueniēs Rubi, Auctore Plinio, propaginē  
 docuerunt: namq; curuati gracilitate, & simul proceritate nitida,  
 defigūt rursus in terrā capita, iterūmq; nascūtur ex sese: repleturū  
 omnia, ni resistat cultura, profus vt possint videri homines terre  
 causa geniti. Rubi mora ferunt, & alio genere similitudinē rosæ  
 Græcè vocatur cynosbatos, hoc est rubus caninus, siue (vt interpre-  
 tatur Columella) sētis canis. Ex rubo viua sepes durabilis effici-  
 tur. Ruborū rosa alopecias cū axūgia emēdat. *Marginē septam.*]   
 Masculino & foeminino genere marginē dici, testis est antiquitas,  
 & docēt grāmatici: signifi- a aut cuiuscūq; rei extremitatē. Inde  
 verbū emargino, quod est extātia in extremo tollere, reciderēq; si  
 cut medicamētis excresecētes in extremis partibus carnes tollun-  
 tur. Plin. in 28. Itē equarū præterquàm virginū, erodit, emarginat  
 vlcera. *In lauri faciē.*] Lucia. agriādaphnen vocat hęc arborem id  
 est syluestrem laurū: cuius cibus lethalis sit equo & asino. Luciani  
 verba sunt in hanc sententiam: ἐν ὧ ῥόδοι ἀληθινὰ ταῖδε, ἀλλ' ἐν τῷ  
 ἀγρίῳ δάφνης φύσιν ῥόδοι ἐκεῖνα. δάφνην αὐτῶν κελοῖσιν αἰθροῖσι, κα-  
 κὸν ἄρτυρον ὄνη τῷτο παντὶ καὶ ἵππῳ: id est, non erant rosæ veræ, sed ex  
 syluestri lauro procreatæ rosæ illæ: laurum ipsam vocant homi-  
 nes, pestiferū cibū omnibus asinis & equis. Plin. verò rhododa-  
 phnen

phnen appellat, cum Apuleio adamussim cōgruens. Idem enim est Græco vocabulo rhododaphne, quod Latino rosa laurea. Alio nomine rhododendron quoque nominatur, quasi rosæ arbor. Plin. in 16. eadem memorans quæ Apuleius & Lucianus, tradit rhododaphnen, hoc est, rosam lauream, iumentis caprisque & ouib. venenum esse, e contrariò homini remedium aduersus venena serpentium. Huic arbori folia nunquam decidunt, quæ rosæ similitudinem repræsentant. Strabō in 15. quædam tenus meminisse videtur rosæ laureæ his verbis: Erat arbor lauro similis, qua gustata iumenta omnia cum spuma in morem comitialis morbi emoriebantur: *Floris inodori.* } carentis odore, minimè que odorati. Inodorus flos: inodorum pomum dicitur, quod sine odore est. Inora dicuntur animalia sine ore, quales sunt Astomi Indiæ populi, halitu tantùm viuentes & odore. *Caliculos.* } In fruticibus satis multis quidam quasi calices, & per diminutionem caliculi conspiciuntur, de quibus mentio frequens apud Plinium: nec quispiam existimet inter Plinianam Apuleianamque sententiam esse dissidium, ex eo quod Plin. dixit hanc arborem caulibus esse fruticosam, tanquam caliculis potius legendum sit. Nihil enim obstat, eandem arborem fruticosam esse caulibus fecundam, tanquam eadem in stipite & in imo fruticibus exuberet, & caliculis inter frondes & in summo sit copiosa. *Punicantibus.* } rubentes colore puniceo, purpureoque. *Rustici.* } rusticano. *Illud venenum rosarium.* } Id quidem venenum est, ut iam diximus, iumentis & cuncto pecori: verùm homini contra venena remedio. *Gestibam.* } cupiebam. gestire enim modò cupere est, modò latari. *Contanter.* } cum quadam contatione & mora. *Hortulanus.* } Græcè κηπουρός & κηπωρός: dicitur enim κήπος; hortus. Vnde, & cepurica hortensia, id est, olera hortorum: de quibus Plin. in vndeicesimo. Sabinus librum scripsit Cepuricōn, id est, de hortensibus, quem Meccænati dicauit. Qui habuerint horoscopus in 13. parte Aquarij, erunt hortulani, ut docet Firmicus Maternus. *Baculo.* } Lucian. ξύλον ἤρπασε, baculum, siue lignum rapuit. *Plagis obtundit.* } Lucian. μὲ σω ἐκοπὴ ξύλου, μήτε πλάτων φασαίερος, μήτε μηρών: id est, me baculo contudit, neque costis, neque femorib. parcens. *Mulctato grauiter.* } Significat se crebris calcib. malè mulctatum hortulanum, ad terram prostratum deiecisse, ita saluti fuga consuluisse, *Montis attingui.* } proximi. Ab attingendo dictus attinguus, ut à contingendo, contiguus. Ouidius: Contiguas habuere domos. Veteres attingere dicebant, pro contingere. Plautus: Ne attingas puerum ista causa, quando fecit strenuè.

Illicò. } statim.  
 Pagani. } rustici  
 & agrestes. Aliàs  
 pagani dicti vr-  
 bici, qui sacra-  
 mento militari a-  
 stricti non sunt.  
 Super quo apud  
 Suetonium copio-  
 sius; vbi explica-  
 tum leges ver-  
 sum illum Satyro-  
 graphi: Citius fal-  
 sum producere  
 testem Contra pa-  
 ganum possis.  
 De paganis qui  
 ciues sunt nec  
 militant, frequens  
 mentio apud iu-  
 risconsultos. Con-  
 clamant canes. }  
 Rusticorum mos  
 est conclamare ca-  
 nes & canibus  
 defensoribus se-  
 se tutari aduer-  
 sus inimicos. Fi-  
 d. lissimi ante om-  
 nia homini ca-  
 nes sunt. Propter  
 bella Colophonij,  
 item Castabalen-

ses, cohortes canum habuerunt; hæc erant fidissima auxilia, nec sti-  
 pendiorum indigna. Canes defendere Cymbros. Pugnasse aduer-  
 sus latrones canem pro domino, testis est Plin. qui de canibus nõ  
 parum multa memoriæ prodidit. Canes, vt inquit Cato, inter-  
 diu clausos esse oportet, vt noctu vigilantiores & alacriores  
 sint. Canum genera duo esse tradit M. Varro: vnum venaticum,  
 quod pertinet ad feras: alterum pastorium, quod custodiæ cau-  
 sa paratur, & pertinet ad pastorem. Columella trifariam canum  
 genera diuidit: vnum villaticum, quod villam quæq; iuncta sunt  
 villa

*Sed illicò mulier quæpiam, uxor eius  
 scilicet. simul\* cum prostratum & femina-  
 nimem ex edito despexit, \* ululabilis  
 cum plangore ad eum statim profilit, vt  
 sui videlicet miseratione mihi presens  
 crearet exitum. Cuncti enim pagani fletu-  
 bus eius exciti statim conclamant ca-  
 nes: vtq; ad me laniandum rabie perciti  
 ferrent impetum, passim cohortantur.  
 Tunc igitur proculdubio iam morti pro-  
 ximus, cum viderem canes modo ma-  
 gnos, & numero multos, & vrsis ac leo-  
 nibus ad compugnandum idoneos, in me  
 conuocatos exasperari, è re nata capto  
 cõsilio, fugam desumo, ac me retrorsus ce-  
 leri gradu rursus in stabulum, quod\* de-  
 uerteram, recipio. At illi canibus iam  
 agere cohibitis, arreptum me, loro quam  
 ualido ad ansulam quandam destina-  
 tum, rursus cadendo confecissent pro-  
 fecto, nisi dolore plagarum aluius arcta-  
 ta, crudisque illis oleribus abundans,  
 & lubrico fluxu sanctia, fimo fistulatum  
 excusso, quosdam extremi liquoris as-  
 pergine, alios putore nidoris fetidi è  
 meis iam quassis scapulis abegissem.*



villæ custodit: alterum pastorale quod domi obseruat stabulum, foris pecora pascentia: tertium venaticum. Probantur canes, qui semper exandescant in externos. Pecuarius canis neq; strigosus, neque pernix nimis debet esse, sed robustus ac strenuus. Strigosum autem intelligimus macrum & malè habitum, quasi strigosum: eo quòd is morbus corpora stringit, aut fame, vt alij vitij causa. Apud Liuium strigosiores equi, apud Gellium strigosus equus, apud veteres scriptores dictio frequentissima. Precipit Columella, ne nominibus longissimis canes appellentur, quò celerius quisque vocatus exaudiat: qualia sunt canum nomina, *σύνλαξ*, ferox, Lacon, Celer, Tigris. A canibus ductum est verbum catulire, quod significat libidinari, & cupidine Veneris gestire, & coitum sitienter appetere. M. Varro: Fœturæ principium admittendi faciunt vèris principio, tum etiam dicunt catulire, id est ostèdere se velle maritari. Aristoteles in 6. de Animalibus: Canes, inquit, eodem illo modo affectæ canire dicuntur. Latinius, purius, significantius dixisset interpres catulire, quàm canire. Hinc Laberius, lupam catulientem dixit, pro libidinantem, & maritari desiderantem. Lucianus in hanc sententiam *αἰσχρογὰ λυδοῦν τοῖς κυῖαις*: Exclamauit vt canes soluerètur. *Leontib. ido neos*. ] in Albania canes tam generosi spiritus nascuntur, vt leones elephantsque prosternant. Clarissimum est Alexandri Magni exemplum, qui canem Albanum obiecit elephanto, quem assidua rotarum vertigine afflixit, ad cuius casum tellus concussa est. Pertinacia canis leoni mordicè inhaerentis, luculentè perscribitur à Quinto Curtio. *E re nata capto cōsilio*. } Verus prouerbiū est, In arena gladiatorem capere consilium. &, vt sapienter monet Seneca, Debet consilium sub die nasci: & hoc quoque tardum est nimis. sub manu quoque quod aiunt, consilium nascatur, & cum consilio res aptentur. Hinc eleganter dicitur, è re nata consilium capi, quod significat, prout res contigerit, consilium esse capiendum. Quint. in 4. Multum gratiæ exordio esse autumat, quod è re natum est. Item: Pleraque gratiora sunt, si inuenta subito, nec domo allata, sed inter dicendum è re nata videantur. Item Quintil. in 5. ex re suum consilium tradit. Nihil in omni vita prius esse consilio. M. Tul. dixit pro re nata, scribens ad Atticum: Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. *Quàm valido*. ] validissimo. Subtilis grammaticorum obseruatio perualidum dici vult, quod & validissimum, vt hæc particula, quàm, superlatiuo semper copuletur. Verum ista confusè licentèrque vsurpari apud auctores idoneos curiosus lector reperiet, gram-

maticali illa scrupulositate posthabita: super quo aliubi annota-  
 menta confecimus. *Ad ansulam.*] vacerram antiqui dicunt stipi-  
 tem, ad quem equi religantur. M. Tul. in Lælio: Quinetiam ne-  
 cesse erit cupere & optare, vt quàm læpissime peccet amicus,  
 quo plures det sibi tanquam ad reprehendendum. Ab ansa ansa-  
 ta vasa dicta: & festiuiter apud Plautum in Persa. Ansatus ho-  
 mo, qui gloriose ambulat brachiis subnixis, & instar ansarum  
 extantibus, eminentibusque. Carchesium, inquit Macrobius, vas  
 est ansatum mediocriter, ansis à summo ad infimum pertingen-  
 tibus. *Destinatum.*] deligatum, vt suprâ. *Confecissent.*] extinxissent,  
 interemissentque. Inde confectores ferarum dicti, qui feras con-  
 trucidant. *Aluus.*] per quam excrementa emittuntur. Alij sunt, vt  
 inquit Celsus, aluo astricta, alij soluta. Interdum aluus pro ipsis  
 excrementis accipitur: vt apud eundem Celsum. Aluinos quoq;  
 & coeliacos nuncupant, profluvio alui affectos. fluxura ipsa ven-  
 tri & solutio eleganti vocabulo Græco dicitur κοιλουσία quo vti-  
 tur & M. T. in epistolis ad Atticum. *Fimo fistulatum excusso.*] Ex-  
 pressit in re quidem obscæna, id tamen quod vsuuenire solet ab  
 aluo lubrica & cita: vt scilicet quasi per fistulam siphonem ster-  
 cora liquidiora egerantur, & quasi eiaculentur. Foriolus ab anti-  
 quis dictus qui soluti ventris est. Foria, stercola liquidiora, La-  
 berius: Foriolus esse videris, in coleos cacas. Feram, quæ bonasus  
 vocetur, apud idoneos scriptores inuenio, inter fugiendum red-  
 dere finum, interdum & trium iugerum longitudine: cuius con-  
 tactus, sequentes vt ignis aliquis comburat: & ita sibi excremen-  
 tis auxiliari. A fimo fimeta dicta, quæ alio nomine sterquilinia.  
 Plin. fimeta sub diuo concauo loco intecta stramento, ne in sole  
 arefiant, palo è robore depecto fieri iubet. De multiplici fimi  
 differentia apud eundem, atque Columellam, & cæteros rerum  
 rusticarum conditores. Illud adde, quod asinini pulli finum,  
 quod primum edidit, poleam siue pollon vocant: cuius medica  
 vis lienem sedat. *Aspergine.*] aspersione. *Nidoris.*] graueolentia  
 stercoreis, excrementique significatur. Fœtorem nidoris dixit  
 Lampridius in Commodò. Alexander Aphrodisæus quærit in  
 Problematis, cur sterco siue finus hominis maximè fœtidi o-  
 doris sit: cum quorundam animalium, & maximè caprarum, a-  
 romaticam suaueolentiam fragret: quoniam, inquit, homi-  
 nes multiformi & humecto cibo affatim vescuntur, minuf-  
 que exercentur. Ideoque non bene concoctum tetri odoris  
 cum primis est.

*Iubare.* } sole, qui  
 iubas lucis effudit.

*Nec mora, cum iam in meridiē pro-*

no iurare, rursum nos, & præcipuè me longè grauius onustum producunt illi latrones stabulo. Iamque confecta bona parte itineris, & via spatio defectus, & sarcina pòdere depressus, icribusque fastium fatigatus, atque etiã unguis ex- tritis iam claudus & titubans, riuulum quendam serpentis leniter aqua propè insistent, \* substitem occasionem foelicitè nactus, cogitabam totum memet flexis scitè cruribus pronum abicere, certus atque obstinatus, nullis verberibus ad egrediendum exurgere: imò etiam paratiss non fusti tantum, sed machera percussus occumbere. Rebar enim iam me prorsus exanimatum ac debilem mereri\* cause remissionem: certè latrones partim impatientia moræ, partim studio festinate fugæ, dorsi mei sarcinam duobus ceteris immentis distributuros, meque in altioris vindictæ vicem lupis & vulturibus prædã relicturos. Sed tam bellum consilium meum præuertit fors deterrima. Namque ille alius asinus, diuinato & antecapto meo cogitatu, statim eumentita lassitudine, cum rebus totis\* effunditur: iacensque\* in modum mortui, non fustibus, non stimulis, ac ne cauda quidem & auribus, cruribusque undique versum eleuatis tentauit exurgere, quoad tandem posthumæ spei fatigati, secumque collocuti, ne tam diu mortuo, imò verò lapideo asino seruientes, fugam morarentur, sarcinis eius mihi equoque distributis,

Aliàs iubaris nomine Lucifer significatur: auctor M. Varro, & Seruius. A Pacuio dictum est, Exorto iurare noctis decurso itinere. Pacuuium imitatus poëta inquit, It portis iurare exorto delecta iuuentus. Defectus, } exhaustus ac languens. Defectos vocat Plin. resolutos, debilitatos, & sine viribus: quos Græci dicunt *παρωϊε*, qui & syntheeticivocantur: quorum mentio est apud eundem Plinium, qui & synthexes vocat ipsas defectiones. Ictibus fastium. } Supplicium fastium eleganti vocabulo fustuariũ appellant M. T. & Liuius. Unguis extritis. ] Plautus in Asinaria: nẽpe hos asinos prædicas vetulos claudos, quibus subtrite ad femina iã erant ungule. Scitè. ] pulchre & condecen- ter. Machera. } gladio. nam

machera Græco vocabulo, & latinis vsitatissimo, gladius nominatur. Macherophorus, ensifer: macheropus, faber gladiatorum. M. Tul. Macherophorus ceterum sequentibus, miros risus nos edere. Pater Demosthenis, auctore Plutarcho, ma-

*districto gladio poplites eius totos amputat. Ac paululum à via retractum, per altissimum præceps in vallē proximā\* etiam spirantē præcipitant. Tunc ego miserī cōmilitonīs\* fortunā cogitās. statui iā dolis abiectis & fraudibus, asinum me bonæ frangi dominis exhibere. Nā & secū eos animaduenteram colloquetes, quod in proximo nobis esset habenda mansio, & totius viæ finis quæta, eorūmq; \* etiam sedes illa & habitatio.*

chæropæos est cognominatus, ab officina gladiatorum, quam Athenis exercuit. Hinc illud Satyrici poetæ de Demosthene scribentis, Quem pater ardentis massæ fulgine lippus, A carbone & forcipibus gladiosque parante Incude & luteo Vulcano ad rhetora misit. *Causa remissi. nem.*] Corrigo, *causariam missionem* & ita aliquot ab hinc annis corrigendum docui, cum priuatim intra cubiculum discipulis familiarioribus Apuleium enarrarem. Sunt enim tria missionum genera: honesta, causaria, ignominiosa. Honestæ est, quæ militiæ tempore impleto datur: causaria, cum quis vitio animi vel corporis minùs idoneus militiæ renuntiat: ignominiosa, cum quis propter delictum sacramento soluit. Auctores iurisperiti, titulo de re militari, & tit. de his qui notantur infamia. Hinc causarij dicti, valetudinarij. Plin. 17. 25. scribit, esse eorum minimè dandum esse sanguinem excreantibus causariis vel latere vel faucibus. Livijs in 7. Tertius, inquit, exercitus ex causariis senioribusque à Tito Quintio conscribatur, qui vrbi mœnibusque præsidio sit. Vbi causarij significantur milites, qui propter valetudinem à laboribus militiæ soluti missique sunt. & Spartianus quoque in Hadriano: Post hæc, inquit, profectus in Gallias, omnes causarios liberalibus subleuauit. Dicitur & causaria nomine substantiuo, pro ipsa missione simpliciter, lib. Codicis 12. vbi sic scriptum legimus: Causaria missus nulla existimationis macula aspergitur. Sensus est Apuleij: Opinabar, inquit, me cum essem verberibus fatigatus, vngulis extritus, claudicans, inualentia debilitatus, mereri missionem causariam: quam scilicet milites valetudine impediti consequi solent, à laboribus militaribus ferati, renuntiantque militiæ veluti minùs idonei. Palladius

causatione posuit pro vitio interiore, & ægritudine, cum ait in primo: Si salvo capite in pulmonibus ac thorace, aut nulla est, aut rara causatio. *Mora.*] contationis, quæ plerunque, maximèq; latronibus detrimentosa est. *Distributuros.*] id est, rebar, hoc est, opinabar. *Bellum cõsiliium.*] scitum elegânque ironicòs. *Præuenit.*] præuenit, anticipauitq;. *Antecapto cog.*] cum anteuenisset, præoccupassètque id quod ego mecum cogitaueram. *Ementita lassitudine.*] Cum lassitudinem itineris, & fatigationem sarcinæ ententiretur. *Cauda quidem.*] Sic fieri solet, vt scilicet cauda, auribus, cruribus comprehensis, iacentes asini exurgere cogantur. *Posthumæ spei.*] Sicut posthumus dicitur, qui post mortem & humationem patris natus est, sic eleganter & scitè spem posthumam appellat, serotinam nimis & tardam, & quasi post mortem iumentum irritam & cassam. Verbum posthumare Tertulliano est pro post nasci, & posteriorem esse. Sic enim scribit in Apologetico: Cæteri quoque prophætæ, etsi Moysi posthumant: id est, post Moysen nati sunt, & illo posteriores existunt. Posthuma quoque ætas decentissimè dicitur Sidonio, pro futura & postera, sic scribenti in epistolis: Sciat ætas volo posthuma, nihil tua fide firmitus. *Lapideo.*] qui immobilis permanebat vt lapis, simulacrumq; lapideum. Lucianus, *ἕκαστο δ' ὡς περ λίθον*, iacebat vt lapis: *Districto.*] educto, &, vt dicitur, euaginato. *Poplites.*] neruos crurū posteriores flexurâque suffraginum. Elephas, vt auctor est Plin. poplites intus flectit, hominis modo, cætera animalia in diuersum. Lucianus idè memorans. *τῶν ἕρπυλλων ἀποτρίμνουσιν ἅψ' οὐκίλων:* Gladio, inquit, crura amputarunt. *Altissimū præcepsum.*] id est, præcipitium, quod Græci *κρημνον* vocant. Lucian. *ἠδουσαν δ' εἰς τὸ κρημνον*, id est, impellunt in præcipitium. *Commili.*] asini eodem commilitio iumentario mecum sociati. *Commilitès* dixit Plin. pro commilitones, & vnà militantes. *Bona frugi.*] Vtilem & bonum cum laude dicimus, hominem esse frugi bonæ, & quasi probum utilem & necessarium. Frequens est locutio. Ad bonam frugem redire, hoc est ad bonos mores, probitatèmq;.

*Clementi denique transmissa clinulo, peruenimus ad locum destinatum: ubi rebus totis\* exolutis, atque intus conditis, iam pondere liberatus, lassitudinem, vice lauacri, pulueris volutatibus digerebam. Res ac tempus ipsum locorum & spelunca illius quâ latrones inhabita*

*Clementi clinulo.*] modicè clementerque surgenti: tales clinulos non ascendere nos, sed ascendisse cognoscimus. *Pulueris volutatibus.*]

Voluationibus. iumentis volutatio in pulvere vicem lauacri & balnearum representat, id quod quotidie passim conspicimus. Plin. in 17. Veterina, inquit, à iugo, & canes à cursu volutatio iuuat. Idem in 10. Solidipedum, inquit, propria est volutatio. M. Varro tradit, fues in luto volutari: hæc enim illorum requies, vt lauatio hominis: ideòque volutabra à Virg. dicta loca, in quibus se apri volutant, cum ait in Georg. Sæpe volutabris pulsas syluestribus apros. Vetus prouerbium est apud Hieronymum, & in decretis canonicis relatum, Sus lota est in volutabro luti. Heraclitus ait, fues cœno, cohortales aues pulvere vel cinere lauari. *Res ac tempus flagitant.* Pulchrum est, vt

versu Græco te-

*bant, descriptionem exponere flagitant. Nam & meum simul periclitabor ingenium: & saxo vos quoque, an mente etiam sensuque fuerim asinus, sedulo sentiatis. Mons horridus, syluestribusque frondibus umbrosus, & in primis altus fuit. Huius per obliqua deuexa, qua saxis asperrimis, & ob id inaccessis cingitur, conualles lacunosa cauaque nimium, spinetis aggerata, & quaqua- uersus reposita, naturalem tutelam præbentes ambiebant. De summo vertice fons affluens bullis ingentibus scaturibat, perque prona delapsus euomebat undas argenteas, iamque riuulis pluribus dispersus, ac valles illas amnibus stagnantibus irrigans, in modum stipiti maris, vel ignaui fluminis cuncta cohibebat. Insurgit spelunca, qua margines montane desinunt, turris arduo caule firma, solidis cratibus, oui stabulatione commoda, porrectis undique lateribus, ante fores exigui tramites, vice structi parietis, attenduntur. Ea tu, bono certè meo periculo, latronum dixeris atria. Nec iuxta quicquam, quam parua casula, cannulis temerè contacta, quò speculatores è numero latronum, vt poste à comperi, sorte ducti, noctibus excubabant. Ibi cum singuli \* irrepissent, stipatis artibus, nobis ante ipsas fores loro valido destinatis, anum quandam curuatam graui senio, cui soli salus atque tutela tot numero iuuenum comissa*  
videt-



videbatur sic infesti compellant: Etiam-  
ne tubu si cadaver extremum, & vite  
dedecus primum, & Orci fastidium so-  
lum, sic nobis otiosa domi residens lusi-  
tabis? nec nostris tam magnis, tamque  
periculosus laboribus solatium de tam  
sera refectio<sup>n</sup>e tribuas? que diebus ac  
noctibus nil quicquam rei quam me-  
rum senienti ventri tuo soles aviditer  
ingurgitare. Tremens ad hæc, & stri-  
denti vocola pauida sic anus: At vobis,  
fortissimi fidelissimique mei<sup>n</sup> hospitato-  
res iuvenes, assatum cuncta suavi sapo-  
re percocta pulmenta præsto sunt: panis  
numerofus, vinum probè calicibus effri-  
castis affluenter immiffum, & ex more,  
calida tumultuario lauacro vestro præ-  
parata. In fine sermonis huius, statim  
sefe deuestiunt: nudatique, & flamma  
largiffima vapore recreati, calidæque  
perfusi, & oleo peruncti, mensas dapi-  
bus largiter instructas accumbunt.

festè cognoscitur, dum locus graphicè speciosèque descri-  
ptus sub oculos ita subiicitur, vt cerni magis quam legi videat-  
tur. *Faxo.* ] faciam. *Sedulò.* ] studiosè & diligenter: dictum, qua-  
si sine dolo. *Denexa.* ] procliuitates, inclinationesque: conuexa  
quoque de montibus & cælo dicuntur. *Lacunosa.* ] Lacunæ sunt  
fossæ, in quibus collecta aqua stare consuevit: a lacu dictæ, quas  
alij lamas vocant. Horatius: Viribus vtêris per cliuos, flumina,  
lamas. Cùm autem in Conuallibus crebræ sint huiusce modi  
voragines & lacunæ, meritò lacunosa nuncupantur. M. Tullius  
oppidò quam decenter dixit lacunam in auro factam: intelligi  
volens exinanitionem auri, & quasi voraginem quandam ex fur-  
to & rapina. & alibi: Vt illam, inquit, lacunam rei familiaris ex-  
plerent. *Naturalem.* ] Spineta interdum naturali tutela sepiunt

statum est, nosse  
temporis oppor-  
tunitatem: liqui-  
den *καὶ ἔστι τὸ  
νόμον κρείττον πολὺ:*  
id est, opportuni-  
tas & occasio  
longè melior est  
legibus. Pericli-  
tabor. ] experiat,  
tentabo. nam &  
periculum face-  
re, est experimen-  
tum dare. Sifen-  
na: Periclitantur  
tormenta ac te-  
la, multaque ge-  
nera machina-  
mentorum. Dicit  
autem se velle fa-  
cere periculum  
ingenij & elo-  
quentiæ. Topo-  
graphia, id est,  
loci descriptione,  
ex qua vis inge-  
nij elucescit, &  
elegantia mani-

loca, redduntque rutissima: interdum de industria fiunt. Vetus autem viam sepem appellant, quam (ut inquit Columella) stru-ctili prætulērunt, cum diuturnior permaneret. Ea fit ex vastissimis spinis, maximèque ex rubo & cynosbato: nos sentem canis appellamus. Columella & Palladius præcipiunt, hoc sepimento hortos esse claudendos. *Bullis.*] bullantibus aquis. Sunt enim bulle tumores qui in aqua fiunt, & repenti euanescunt. Hinc illud apud Varronem proverbiū, Homo bulla est: quo significatur, hominem bullæ instar momento deficere ac emori. Verbum est bullare, quod signat bullas facere. Cor. Celsus inter notas malæ valetudinis ait esse, si vrina bullat, & male olet. Diminutivum bullæ est, bullula. Idem: Si quædam quasi maculas representat, aut si bullas excitat. Bullantes aquas appellat Calpurnius & Plinius, quasi bullis tumentes, scaturientèsque. Bullatas nugas dixit Persius, pro caractere tragico, tumentis & sufflatis. Alias bulla ornamentum est ingenuorum puerorum, de quo apud Suetonium copiosius. Bullæ quoque sunt, quibus fores ornantur, & valæ: ut apud Plautum in *Afinaria*: Iustin' in splendorem dari bullas has foribus nostris? M. Tul. probro dat Verri, quod bullas aureas ex valuis templi ob pretium abstulerit. *Argenteas.*] A nitore & perspicuitate argenteas dixit argenti enim color candidissimus est & ideo, ut inquit Plinius, militaribus signis familiarior, quam auri, quoniam is longius fulget. *In modum stipati maris.*] Signat fontem per rivos plures dispersum, valles illas adeo repleuisse, ut maris quædam quasi effigies videretur, cuncta cohibentis. *Caula firma.*] Caulas dicunt munimenta ouium, & septa. Virgil. Cum fremit ad caulas ventos perpessus & imbres ubi caulas, ut interpretatur Donatus, dixit ambitum ipsum, quo tutæ oves aduersus insidias continentur. Græcum nomen est, cetera detracta. nam Græci *αὐλά* vocant animalium receptacula, quas nostri caulas: quod & Seruius docet. Quidam caulas à cauo dictas autumant: antiquitatis enim ante usum tectorum, oves in antris clauderentur: sic Lucretius, Caulas corporis & caulas palati, ponit pro caua & foramina. *Solidis craticibus.*] Lego, *solidis*, hoc est firmis & robustis. A crate dictus craticius paries, quo utimur in structura rustici ædificij. Palladius meminit craticiorum podiumum, quibus granaria discernenda præcipit. *Attendantur.*] obtendantur, opponunturque. Signat enim ex craticibus factum parietem: quem ob id craticium appellant scriptores idonei. *Ea tu bono.*] Proverbialis locutio hoc intellectu: me duce & auctore poteris illa latronum atria nominare: & si quid ex hoc periculi vrget & noxæ, id meum sit. Confimiliter in libro de

Dæmonio Socratis: Haud scio an bono, certè quidem meo periculo poteris genium vocare. Sicut autem atria in nobilitum domib. dicuntur, ita hæc latronum atria dici possunt, ex similitudine. *Cannulis contecta.*] Palladius cannicias cameras vocat, in agris stibus ædificiis ex canna constructas. Plin. in 16. Tegulo arundinum, inquit, domos suas septentrionales populi operiunt: in reliquo orbe & cameras læuissimè suspendunt. Ob id ait Epigræmatarius poëta, Texantur reliqua tecta palude tibi. Cannetum vocant locum cannis confitum, quæ Palladius mense Februario ponenda præcipit. Græcè donax dicitur harundo. hinc apud Plin. Calamus fructuosissimus donax dictus est: & tibialis calamus, quem auleton vocant: Græcè enim ἀυλὸς tibia, vnde monaulon apud Martialem, pro vna tibia: cuius inuentorem Mercurium fuisse, testis est Plinius. *Spēculatores.*] Græci episcopos vocant. Speculatorum significationem Troiano bello Sinon euenit. Speculatorium Cypriano locus eminens accommodusque ad speculandum. M. Tullius scribit, se episcopum à Pompeio destinatum esse oræ Campanæ & maritimæ, in principio ciuiliis belli: hoc est, exploratorem, speculatoremque. Idem ait quadam ad Atticum epistola: Conscendi in phaselum episcopum. Corrigo, episcopium. Significat enim, se nauem exploratoriam conscendisse, quæ Græco vocabulo dicitur episcopium & cata scopium: qua dictione Cæsar & Aul. Gellius vtuntur. *Destinatis.*] deligatis iumentis: quo in numero erat Apuleius. *Curuatam graui senio.*] Silicernios dici voluerunt, senes iam incuruos, quasi scilicet ex incuruitate cernentes. Silicernium verò dicitur cæna feralis, ex eo quòd silentibus, hoc est defunctis exhibetur. M. Varro: Ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus. Alij tradunt, silicernium esse genus farciminis, quo fletu familia purgatur: quia cuius nomine ea res instituebatur, is iam silentium cerneret, hoc est mortuus esset. Cæcilius: Credidi silicernium eius me esse esurum. Apud Terentium cum contumelia dictum est in Adelphis: Sanè te exercebo hodie vt dignus es silicernium. quòd exponens Donat. ait, silicernium cænam esse: quæ Diis Manibus infertur, quòd ea silentes cernant, id est, vmbra possideant. silicernium fit fenex, qui iam iamque silentibus, vmbraque cernendus sit. Nec probat silicernium dici senem, quasi qui silicè cernendo incuruus est: at Placiades id probat, silicerni que vocabulum inde deducit: quòd sanè etymon probatur. *Infesti.* In festi, malè animati. *Compellant.* Verbis obiurgatoriis alloquuntur. Sic autem ordinatus est textus: Latrones alloquuntur animum, cui eorum aula &

curatio commissa erat. *Busti cadauer.*] Probra latronum sunt congruentia in vetulam cadauerosam, atque annis oblitam, tanquam polychronia fœmina annosissima ac busto digna, sic vitæ dedecus, & Plutonis fastidium: cùm alioquin Pluto gaudeat manibus defunctorum ad ipsum commigrantibus. *Lusitabis.*] Iudes, & per defidiã iocaberis. Frequentatiuum verbum est. Lucianus, ἦ εἶντο τῶν γραιῶν, διατὶ ἕτω καὶ δεζῆν κ' ἔπαρσιν ἀδείξει αἰετοῦ. Sic interrogabant animum: Cur sic sedes ociosa, nec prandium paras? *Derepsissent.*] In caulam, latronũ spelancam quasi repentes introissent. De ram fera refectione indignantur latrones, sibi post exhaustos labores præstò non esse praudij solatium, qua refectione vires re creantur, & corpus refouetur. Verus verbum est, à lasso rixam quærit: item, à friciente & esuriente. sumpto autem cibo, omnis animi impetus mollitur. *Auiditer ingurgitare.*] Apud Plautum anus merobiba & multibiba, ingurgitat se: merum auiditer faucibus plenis, & quasi in barathrum effundit. Ingurgitare dictum est, quasi in gurgitem atque voraginem immittere. A. Gellius: Crebris & ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat. *Vocula.*] attenuata voce. *Hospitatores.*] Emendatione vnus literæ lego Sospitatores: sic enim purior est intellectus. Dicimus autem sospitatores, qui nos sospitant, faciuntque incolumes, quibus vitam acceptam ferimus. *Affatim.*] largè, copiosè, affluenter. *Panis numerosus.*] Apud Lucianũ sic inquit anus: ἀρτοὶ πολλοὶ, οἶνος παλαιῆς πίθοι, κ' τὰ κρέα δὲ ὑμῶν τὰ ἀγρία σκευάζουσα ἕχω: id est, panes copiosi, vini veteris dolia, carnes & syluestres vobis præstò sunt. *Et calicibus effricatis.*] Ex præcepto Horatij, qui ait in Epistolis: Nec nõ & cantharus & lanx Ostendat tibi te. Itẽ alter satyroglyphus: Hic lauet argentũ, vasa aspera tergeat alter. Cõsimiliter Plautinus leno facete inquit: Vt offendã parata, vorfa, prætergastrata, lauta coctãq; omnia sient. *Ex more calida.*] Priscorũ is mos fuit penè quotidianus, vt antè cœnam in balneis lauarentur. Nã, vt docet Vitruuius architectus, tempus lauandi à meridiano ad vesperum est maximè constitutum: athena supra hypocæstum, hoc est (vt ego interpretor) vaporarium, tria sunt componenda: vnum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium: & ita collocanda, vt ex tepidario in caldarium, de frigidario in tepidariũ aqua influat. Laconicũ sudationesque sunt coniungẽde tepidario, ex aduerso Laconic i caldam lauationem collocandã esse præcipiunt. Est autem Laconicum in thermis, structura orbiculata: sudatorium, in quo sudor sicco calore elicitur: quod & Cor. Celsus insinuat libro 2. his verbis: Sudor autem duobus modis

dis elicitur: aut sicco calore, aut balneo. Siccus calor est & arenas calidæ, & Laconici. Dion Laconicum dicit appellatum ex eo, quod Lacedæmonij nudi, vñctique, præ cunctis exercebantur. in hisce sudatoriis cruditatem coquebant, & cœnatoriæ fami præparabantur. Quod & Columella apertissimè indicat, sic scribens in luxum gæneonum: Mox vt apti veniamus ad ganeas: quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exusto sudore sitim quærimus. Non solùm calida lauacra: sed & ardentes balneas placuisse priscis, seuerissimè reprehendit Plin. Cuius verba operæ precium fuit subtexere ex libro vndetrigesimo, quæ hæc sunt: Illa prodidere imperij mores, illa quæ sani patimur: luctatus ceromata, ceu valetudinis causa instituta: balneæ ardentes, quibus persuasere in corporibus cibos coqui: vt nemo non minùs validus exiret, obedientissimi verò efferrentur. Idem in 25. ait: Antè non erat mos nisi calida tantùm lauari, sicut apud Homerum etiam inuenimus. Antonius Musa Augusti medicus & Euphorbius fratres, instituère à balneis frigida multa corpora astringi. Charmis quoque Massiliensis damnatis balneis calidis, frigida etiam hybernis temporibus lauari persuasit: ac misit ægros in lacus. Qua de re extat etiam Annei Senecæ astipulatio, qui psychrolutrem sese nominat, quasi frigidis balneis vtentem. Super quo in appendicula Suetonij commentariorum annotatiunculam condidimus. *Tumultuariis.* Iraptim, festinanter, & tumultu quasi quodam præparato. Sic apud Liuium tumultuarius exercitus, & apud Gellium tumultuarium studium, apud alios pleraque consimiliter vsurpata: quod & suprà enarratum est. *Denestiant.* vestes exuunt & despoliant. *Vapore recreari.* Communia sunt, vt inquit Cor. Celsus, omnibus post fatigationem cibum sumpturis, si balneum non est, calido loco, vel in sole, vel ad ignem vngi atque sudare. Scribit Plin. in tertio Epistolarum, Spurinam in sole solitum nudum ambulare, vbi hora balnei nunciata esset, quæ hyeme erat nona, æstate octaua: dein lotù accubare, apposita cœna non minùs nitida quàm frugi. *Et oleo peruncti.* Duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei: oleo natura est tepescere corpus, & contra algores munire. Vsum eius ad luxuriam vertère Græci, vitiorum omnium genitores, in gymnasiis publicando. Oleo multo apud veteres perungebantur corpora in balneis, lenitèrque perfricabantur. Crebra mentio est apud Celsum de vsu olei in balneis: qui præcipit, in tepidario sudandum: ibique inungendum: mox in solium descendendum quod vas est balneatorum.

*Commodum.* ] vix tunc, iam iam. *Incontanter.* ] sine contatione & moram: nam res illarum quibus erant onusti, haud dubie demonstrabant eos esse latrones, & exerce-  
re latrocinium. *Adaeque.* ] peraeque & pariter. *Plaut. in Casina:* Neque est, neque fuit me senex quisquam amator adaeque miser. *Intexta filis aureis.* ] Aurum intextere vestibus, in Asia inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicis. Colores diuersos picturae intextere, Babylon maximè celebrauit, & nomen imposuit: Babylonica enim dicta sunt. Plurimis verò liciiis texere, quae polymita appellant, Alexandria instituit. Graecè enim πολυμίτων, ἢ λικίου, filium, & licium: vnde polymitarius in Exodo, significatur textor vestis

*Commodum* \* confederant: & ecce quidam longè plures numero iuuenes adueniunt alij, quos incontanter adaequè latrones arbitrarere. Nam & ipsi praedas aureorum argenteorumque numerorum ac vasculorum, vestisque sericae & intextae filis aureis inuehebant. Hi simili lauacro refecti, inter foros sociorum sese reponunt. Nunc sorte ducti, ministerium faciunt. Estur ac potatur\* inconditè, pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis. Clamore ludunt, strepitu cantillant, conuicijs iocantur: ac iam cetera semiferis Lapithis, Thebanis, Centaurisque similia. Tunc inter eos vnus, qui robore ceteros anteibat: Nos quidem, inquit, Milonis Hypatini domum fortiter expugnauimus. Praeter tantam fortunam copiam, quam nostra virtute nacti sumus, & incolumi numero castra nostra petiuimus: & si quid ad rem\* fecit, octo pedibus auctiores remeauimus. At vos, qui Boeotias vrbes\* oppetistis, ipso duce vestro fortissimo Lamatho diminuti, debilem numerum reduxistis: cuius salutem merito sarcinis istis, quas aduexistis omnibus certè antetulerim. Sed illud quidem utcunque nimia virtus sua peremit, inter inchyto reges ac duces praetiorum tanti viri memoria celebrabitur. Enimverò vos bonae frugis latrones inter furta parua atque seruilia, timidiculè per balneas & aniles cellulas reptan-



*reptantes scrutariam facitis.*

polymita. Acum  
facere Idæi Phry-

ges inuenerunt : indèque Phrygiones appellati sunt. Quorum mentio apud Plautum in Menæchmis. Vestem intextam filis aureis significat Virg. illo versu: Fert picturatas auri subtegmine vestes. Idem Phrygionum artificium innuit, cum ait: Et Phrygiam Ascanio chlamydè, nec cedit honori, Textilibusque onerat donis. refert Plin. vidisse sese Agrippinam Claudij principis vxorem indutam paludamento, auro textili, sine alia materie. *Serica.*] De serica veste alibi copiosius: vnde & Holoferica, quæ tota serica est. Scribit Flavius Vopiscus, Tacitum Romanum principem interdixisse viris omnibus holofericam vestem. Est & subserica, quæ non ex toto textura contextitur: Alexander Romanus imperator ( auctore Lampridio ) vestes sericas raras habuit, holofericas nunquam induit. subsericam nunquam donauit. *Refecti.*] recreati, refocillati, calefacti. fomenta ( vt auctor est Festus ) & focillationes, à fouendo id est calefaciendo dicuntur. *Foros.*] sedilia. Propriè autem foros dicimus in nauibus, sedilia nautarum, & tabulata: quo in significato apud Virg. M. Tullium, Lucanum, cæteros inuenitur. Alias fori significantur circensia spectacula, quorum meminit Liuius in primo. Quidam non foros legunt, sed choros, intra tot cætus & turbam. *Tunc sorte ductu.*] Quando inter æquales vni pluribusve iniungendus est labor, sorti res committitur, vt ita omnis querela tollatur: sic apud Virg. Dido Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat. *Faciunt ministerium.*] ministrant, & ministrorum funguntur officio. Ministeria: pro ministris vsurpant scriptores: ministerium quoque Plinio est pro ipsis ministris cum scribit in 12. Quindecim conuiuarum ac ministerii capax fuisse triclinium. *Estur.*] id est, edunt ac potant in compositè, inordinatèque. Impersonale verbum est, ab edendo. Nam ( vt docet Diomedes ) instans tempus impersonalis est estur. dicimus à comedor, comesum & comestum. Didymus ait comesta patrimonia, à Valgio dictum comesta patina. *Inconditè.*] in compositè, nullo ordine, nulla concinnitate seruata. Sic apud Virgilium, Liuium, cæteros. Inconditum dicimus, incompositum & incultum: inconditum carmen, incondita oratio. In hanc sententiam ait M. Tul. in secunda Antoniana: Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. *Pulmētis acervatim.*] Exornatio est, scriptori huic propè peculiaris, Compar siue Isocolo nominatur: ex eodè genere sunt Homiotcleuton, & Homioptoton, id est, similiter desinens, & similiter cadens. Scitamenta huiusce locutionis fugienda præcipiunt rhetorici doctores: &

Gellius monet exemplo Luciani, si immodicè fiant, insipida & propè puerilia iudicari: verùm si modicè & tempestiuer inter-ferantur, orationem reddunt venustiore. *Clamore ludunt.* ] M. Tul. in Antonium: Personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pauimenta, vino madebant parietes. Lucianus, *ὡς ἀριστον διαφιλῶς, ἔχ' λόγος πολὺς ἐν τῷ συμπόσιῳ ἢ ἀνδροφόνων*: id est, Erat prandiũ copiosum, & multus sermo in conuiuio homicidarum. *Ποσειδῶν ἀρμινάτιμ ἰνέστις.* ] Ex lege coniuiali, à tribus ad nouè poculorum numerus producitur. Aufonius in Grypho: Ter bibe, vel totiens ternos: sic mystica lex est, Vel tria potanti, vel ter tria multiplicanti. Verùm in cœna latronum & cœtu intemperantissimorum, nou ter tria, sed tria nouena pocula singulis vix sufficiunt: cū faciant quod Parthi, de quibus est illud scitum: Quanto plus biberint, tantò magis sicire Parthos. Consuetudo enim auget bibendi auiditatem. *Cantillant.* ] canūt. In Floridis: Anacreontem amicitiaè gratia cantilat. *Conuiciis iocantur.* ] Cùm potus loquaces efficiat, meritò inter pocula & mensas latronum conuicia & ioci petulantiores effereuiscere cœperunt. Scommata & lædoria Græcis vocabulis dicuntur huiuscemodi contumeliosæ exprobrationes & morsus, figurati quidè, sed amarulenti: quibus facilis est ad itacundiam prouocatio. Ideòque scriptores clarissimi suadent, in conuiuio bonorum abstinendum esse scommate, quod rectam intra se habet iniuriam, cùm lædoria ad directam contumeliam tendat. Est enim lædoria huiusmodi: Oblitus ne es, quòd fassamenta vendebas? Scommata autem, in quo cælata contumelia est: Meminimus quando brachio te emungebas. Nam cùm res eadem utrobique dicta sit, illud tamen lædoria est, quod apertè obiectum exprobratumque est: hoc scommata, quod figuratè. Lycurgus instituit, ut adolescentes scommata sine morſu dicere, & ab aliis in se dicta perpeti discerent. *Lapithis.* ] Talia, inquit, agebantur in mensa latronum, qualia in conuiuio Lapitharum & Centaurorũ per furorem & vinolentiam agitata esse canunt poëta: vbi conuicia & rixæ, mox pugna atrox & cedes, vbi pocula & mensæ telorum vicem repræsentabant: &, ut inquit Flaccus, crateres mensæque volant, aræque Deorum. Semiferos appellat à crudelitate & forma, quos ex equo & homine compactos ferunt: quales natura copulare non quit. Lucretius dixit de Centauris: Qui neque sunt vsquam, neque possunt esse profectò. Autumat Diodorus, Lapithum ac Centaurum Apollinis filios fuisse, à quibus Lapitharum ac Centaurorum pagatum sit genus, & ductum nomen, atque hinc natam fabulã. Grammatici tradunt Centauros dici *ὄπι τῷ κεντῶν τοῖς ταύροις*, quòd

quòd gregem taurorum sagittis confixerint, semiferos esse, quia primi equitare, & equos inscendere ausi sint. Plin. quoque auctor est, Centauros primos pugnare ex equo docuisse. Lapithæ Pelethronij dicti à loco, qui subiectus est Pelio monti, ab eo quòd medicamentorum magna vis ibi nascatur, quæ Græci glossemaici *θεῖρα* vocant. Pelion autem est eadem lingua luridum. Sed occurrit scopulosus locus, ex quo vix datur enatare: quid sit, quod ait Telamibus. Quidam emendarunt Thebanis, tanquam Lapithas à loco Thebanos nominet. Ego video, si coniectatoriè res agenda est, non duriter nimis legi posse Telamonibus, ut comparatio sit triplex, Lapitharum scilicet, Telamonum, & Centaurorum. Telamones autem dicuntur Gigantes, ab Atlante: de quo Ouid. Quantus erat, mons factus Atlas. Hunc Latini Telamonem vocant: quod Seruius docet in quarto Æneidos commentario. Hinc in edificiis telamones appellant tigna, quæ virili figura mutulos, aut coronas sustinēt. Viétrunius existimat rationē ex historiis non inueniri, quid aut quare dicantur tales statuæ Telamones. Demiror virū eruditissimū id nescisse, quod grammatici non ignorauerunt. Græci hos Atlantes vocant ex eo quòd Atlas mundum sustinere deformatur à pictoribus & statuariis. Atlas autem & Telamon idem est. Super hoc loco diu me torfi, nec adhuc melius quippiam inueni. Debebo his, qui ingenij bonitate veriora excogitauerint, communicauerintque. Dicam quod Origenes & Augustinus ingenuè fatentur: ignorantiam nostram non ignoramus: nec pudet me fateri nescire, quod nesciam: elaborataque non abscondimus, sed in propatulum depromimus: longè ab illis dissentientes, qui pauca aliqua nouere, & ea recōdunt in secretario, perinde ac arcana mysteria, videlicet inuidentes bona mortalibus: quib. ut inquit Plin. noster neminē docere in auctoritatem scientiæ est. *Anteibat.*] Aliàs legitur, *ansitabat. Nostri virtute.*] Cū virtus in malos non cadat, hic nomine virtutis audacia & temeritas latrocinialis designatur. *Hypatini*] Hospes Apuleij significatur. Ab Hypata Hypatinus & Hypatensis deducitur. *Ostio pedibus auctiores.*] propter duo scilicet iumenta. Namque asinus, Apuleius, & eius equus significatur. *Bœotias vrbes.*] Suprà annotauimus, ex Græca eruditione pronuntiandum scribendumque esset Bœotiam non Boëtiam; & Bœotias vrbes, non Boëtias. Illud adde, pro uerbiū esse Græcorum, *βιωτικὰ ἀνίγματα*, hoc est Bœotia a nigmata: de his quæ minimè intelliguntur, videlicet propter ænigma Sphingos, quod illa Thebanis proponebat, quod Œdipus enodauit. Erat autē tale, Quodnā animal esset: *τὸν ἄνθρωπον, ὃ ἄνθρωπος, καὶ*

*ἄλλῃ τριπλοῖς*: i. quadrupes, bipes, & iterum tripes. est autē homo. *Inter in lytos.* ] Annotandum, dici inclytissimum in superlatiuo, cum comparatiuum haud facile reperu sit. A. Gellius inclytissimum poetarum Homerum vocat. A Columella inclytissimus dux dictus M. Regulus. Scribi autem debet per ypsilon, cum Græcè scribatur, *κλυτός*. *Memoria celebratur.* ] Sententia Plautina est: qui per virtutem peritat, non interit: & vita mortuorum ( ut inquit Cicero in nona Antonianarum) in memoria viuorum est posita. Multorum memoria celebratur ob virtutem, non paucorum ob flagitium: & qui tramite virtutis angusto grassari non potest ad immortalitē, is via vitiorum latissima præceps fertur: ut Herostatus, qui Dianæ Ephesæ templum, inter septem spectacula mundi numeratum, ob id solum incendit, ut nomen eius per totum orbem terrarum diffunderetur: ut Pausanias, qui Philippum regem interemit, ut ita clarus euaderet, & gloriam apud posteros consequeretur. *Vos bonæ frugi latrones.* ] Ironiçs pronuntiandum videtur. Est autem castigatio ad latrones, qui bonæ frugi voluerint videri, & furtis minutulis contenti abscesserint: id quod minimè est ex more & disciplina latrociniali, cum latronibus nihil vnquam in rapinis sit modi aut modestiæ. *Per balneas reptantes.* ] Fures balneares, furta nequaquam luculēta precio saque conficiunt, sed furtim ritūque seruili vestimenta & id genus vilia subducunt. In Trinummo Plautinus seruus sibi in thermopolio condylium fuisse ereptum à furibus graphicis conqueritur. Vbi thermopolium significatur taberna siue caupona, vbi cibaria calida veneunt. Condylum verò annulus est, quem & condylum & symbolum & vngulum prisca vocitabant. Scribunt iurisperiti, præfectum vigilum iudicem esse constitutum aduersus capfaros, qui seruanda in balneis mercede vestimenta suscipiunt, ut si quid in seruandis vestimentis fraudulenter amiserint, ipse cognoscat. Apud eosdem titulus est de furibus balneariis, vbi scribit Vlpianus, fures balnearios extra ordinem esse puniendos. Miles quoque qui in furto balneario deprehensus est, ignominia mitti debet. Locus in balneis vbi loturi exuebant vestimenta, dicitur apodyterion, quod Latine spoliarium interpretatur: cuius meminit M. Varro in 2. de Re rustica & Plin. in Epistolis ait: inde apodyterion balinei laxum & hilare excipit cella frigidaria. Reptantes autem dixit, quasi furtim ac latenter irreptentes: quod latruncolorum est. *Scrutariam facitis.* ] id est, more furuncolorum minuta quæque & vilia furtim angulatimque perquiritis: cum egregius latro non tā scrutari

latenter

latenter soleat, quàm diripere violenter. Veteres scruto dicebant, nos scrutor, quod est inquirere & vestigare etiam minutissima. Plautus in Aulularia: Postremò hunc iam perscrutari. Hinc scrutaria dicta, ipsa scrutatio vestigatioque: vt sagaria, vt cœnacularia, vt lintearia, & alia compluscula eodem inclinatu formata.

*Suscipit vnus ex illo posteriore numero: Tunc solus ignoras, longè faciliores ad expugnandum domus esse maiores: quippe, quod licet numerosa familia laus diuersetur adibus, tamen quisque magis suæ salutis, quàm domini consulat opibus: frugi autem & solitarij homines, fortunam paruam, vel certe satis amplam dissimulanter obtectam, protegunt acrius, & sanguinis sui periculo muniunt. Res ipsa denique fidem sermone meo dabit. Vix enim Thebas Heptapylas accessimus, quod est huic discipline primarium studium. Sed dum sedulo fortunam inquirebamus popularem, nec nos denique latuit Chryseros quidam numularius, copiose pecunia dominus: qui metu officiorum ac munerum publicorum, magnis artibus magnam dissimulabat opulentiam. Denique solus ac solitarius, parua, sed satis munita, domuncula contentus, pannosus alioquin ac sordidus, aureos folles incubabat.*

*Magis suæ salutis.]* Vetus verbum est, Omnes sibi melius esse malle quàm alteri, & vt inquit Plaut. in Trinummo, Tunica pallio propior est: *μαρμίς* quoque Græcorum celebratur, *ῥόνυ κνήμις ἐγγιον*, Genu crure propius est: de hominibus magis se quàm amicos amantibus. Præterea in prouerbio est, Quot serui, tot hostes: tanquam dominus quilibet totidem domi habeat hostes, quot habet seruos. Sed, vt inquit Seneca, non habemus illos hostes, sed

*Licet.]* quamuis. *Familia.]* frequens famulitiū. Famuli origo ab Oscis dependet, apud quos seruus famel nominabatur: vnde & familia vocata. Seruitium primi inuenere Lacedæmonij, qui Elotas siue Elotia sua appellant mancipia, Cretenses Perucos, quorum meminit Arist. in Politicis: Galli Ambactos seruos Gallicè nominant. Hinc Cæsar in 6. commentario loquens de Gallis inquit: Eorum vt quisque est genere copiosque amplissimus, ita plurimos circum se Ambactos clientisque habet. *Ma-*

facimus, dum illis non tanquam hominibus, sed tanquam iumentis abutimur. Atqui Sisinius Capito (quod annotatu dignū est) de hoc prouerbio existimat errorem hominibus interuenisse, primis præposterè enuntiantibus. Vero enim similius esse dictum initio, Quot hostes, tot serui: ex eo quòd captiui hostes ferè ad seueritatem adducebantur: vnde etiam dicta mancipia. *Frugi.*] parci. Horatius: Parcius hic viuit, frugi dicatur. Quid sit frugalitas & frugi, & vnde ductum nomen, copiosissime annotaui in tertio Tusculanarum commentario. *Disimulante obrectam.*] Dixit Seneca libro de Beata vita ad Gallionem: quòd sapiens nec diuitias iactabit, nec absconderet, quorum alterum infruniti animi sit, alterum timidi & pusilli. Infrunitus autem, vt id quoque transeunter attingam, is dicitur, quem Græci vocant ἀνδεγαυός, id est, insolentem, & ἀσφρα, id est imprudentem. Infrunito opponitur frunitus, id est prudens & modestus: qua dictione antiqui, & cum primis Cato, vsi sunt. *Thebas Heptapylos.*] Thebæ Bœotiae significantur, duorum numinum Liberi atque Herculis patria: nec cedentes, vt inquit Plin. Athenis claritate. A numero portarum cognominantur Heptapyli, quas septem habuisse traditur hæc ciuitas. Staius Hemoloidas Thebanas portas celebrat illo versu: Per ingentes Hemoloidas exeat Hemon. Interpres Staij frequenter Thebas Heptapylos, quasi septem portarum cognominatas refert. Vna ex septem Ogygia porta nuncupabatur, ab Ogyge rege in Ægypto. Fuerunt Thebæ Hecatompili, hoc est, centum portarum, Homeri præconio inclytæ: hinc illud satyrogaphi: Atque vetus Thebæ centum iacet obruta portis. Trahit Plin. hoc totum oppidum pensile fuisse. Idem meminit Thebarū Lucanarum in Italia, quas interisse, Cato auctor est. Et Thebæ in Cilicia memorantur, patria Andromaches, ex qua ciuitate capta fuit Chryseis: auctores Strabo, Homerus, cæteri. *Disciplina.*] scilicet latrociniali. Est enim disciplina τὸ μίσω: vnde disciplinosus in reprehensione dictus gladiator: à Catone. *Chryseus numularius.*] Nomen conueniens numulario, videlicet ab auro ductum, quod Græcè χρυσός dicunt. *Munerum publicorum.*] Timebat ne munera oneræque publica ipsi, vt diuiti, iniungerentur. Liuius libr. i. refert omnia in dices à pauperibus inclinata onera fuisse: vt ordinatione Seruij Tullij. Munerum ciuiliū, vt scribit Hermogenes iuriconsultus, quædam sunt patrimonij, vt rei vehicularis, item nauicularis. Munus autem publicum, aut priuatum est. Publicum munus est, vt docet Callistratus, quod in administranda Republica cum sumptu sine titulo dignitatis subimus. Grammatici, oratores, medici, & philosophi, vacatio-



nem habent munerum ciuiliū. *Domuncula.*] *casula.* Diminuti-  
 uum à domo. *Munita contentus.*] Prouerbiū apud Græcos cele-  
 bre est, *σφοδὸς ὁ πλοῦτος*, id est, timidæ sunt diuitiæ: quoniam scili-  
 cet diuites domos muniunt, & canes formidandos alunt, & mul-  
 tas adhibent custodias: metus enim plurimum confert ad dili-  
 gentiam custodiendi. Meritò ergo Chryseros diues scenerator  
 domum muniuerat, diuitias dissimulabat, folles aureos incuba-  
 bat, uidelicet ne vspiam furtificæ manus irrepere, nec grassator  
 infidiari, nec harpax quicquam intus harpagare posset. *Panno-*  
*sus.*] Consimile est illud Terentianum: Video sentum, squali-  
 dum, agrum, pannis annisque oblitum. Pannicularia appellant  
 iurisperiti, tit. de bonis damnatorum, ea quæ in custodia re-  
 ceptus secum attulit spolia: quibus indutus est, cum quis ad sup-  
 plicium ducitur, vt & ipsa appellatio ostendit. Peniculamentum  
 à veteribus par vestis dicitur. *Aureos fol.*] Follem, præter alias si-  
 gnificationes, pro marsupio, crumena, receptaculoque nummo-  
 rum accipimus. Iuuenal. Si radat veterem cum tota ærugine fol-  
 lem. Item: Tenso folle reuerti, pro plena crumena, dixit: hinc fol-  
 litus eleganti vocabulo dictus à Plaut. in Epidico, pro bene num-  
 matus opulentusque, & follibus numariis suffarcinatus. Pediano  
 Asconio numerantur inter pecuniarum receptacula, sportulæ,  
 sportellæ, sacci, sacculi, saccelli, crumenæ, veleæ, scortæ, manti-  
 cæ, marsupia, fisci, fiscinæ, fiscellæ, sparteæ, loculi: quibus adde &  
 folles, & bulgas. Sicut autem folles ex numero pilarum vento tu-  
 mescunt, ita crumenæ pecunia turgent: à qua similitudine indi-  
 tum nomen. Ex disciplina militari, decem folles, hoc est, decem  
 sacci, vt Vegetij verbis vtar, per cohortes singulas exponeban-  
 tur, in quibus militum pecunia condebatur. Aug. lib. de Ciuitate  
 Dei nouissimo, folles non tam pro repositoriis nummorum,  
 quàm pro ipsis nummis ponere videtur: scribens, Hipponensem  
 quendam senem, coquo vendidisse piscem prægrandem folli-  
 bus trecentis, in cuius ventriculo annulus aureus est inuentus.  
*Incubabat.*] Expressit auari mores, qui incubat gazam & num-  
 mos, qui gratius intuetur aurum quàm solem, cuius mens sem-  
 per aurum videt. Consimile illud Augustini ex 2. de ordine: De-  
 fossæ pecuniæ incubat macer & scabiosus scenerator. Transla-  
 tio sumpta ab auibus, quæ incubatu fouent ova, & excludunt  
 foetus. Incubationi gallinarum datur initium post nouam lu-  
 nam plus vicenaquina incubanda subiici vetant. Alias incubare  
 dicuntur hi, qui in templis dormiunt ad accipienda responsa: su-  
 per quo fusiū in Suetonij commentariis,

*Concepta.*] Con-  
cipi dicitur pu-  
gna, cum manus  
conferuntur. &  
hec purior lectio,  
quam si legas con-  
tempta: tanquam  
vnicæ manus, id  
est, tantum vnus  
hominis pugna  
contemnenda sit,  
neque metuendū  
aduersus vnum  
depugnare. *Nullo  
negotio.*] nulla diffi-  
cultate. Vetus ver-  
bum est, negotiū  
facessere, pro eo  
quod est, mole-  
stiam exhibere:  
quod Græcè dicitur,  
*ωρεθυια παρ-  
ει*. Plautus in Ca-  
sina: Enimvero  
*ωρεθυια τα μοι παρ-  
ει*: id est negotiū  
mihi facestis, &  
molestiam exhi-  
bes. In hoc signi-  
ficatu accipitur a-  
pud iurifconsultos,  
sic scribentes  
in eum qui calum-  
niæ causa nego-  
tium faceret, id  
est, molestiam al-

teri exhiberet: Item pecuniam acceperit ut faceret negotium,  
vel non faceret. Legulij tam non intelligunt, quam intelligere nō  
curant, quid sit facere negotium, quibus de intellectu verborum  
nulla est cura. qui illud iactantiusculè dictant: Scire leges est, nō  
earum verba tenere, sed vim & potestatem. Atqui sæpissime nō  
magis in verbis, quam in percipienda legum potestate, cæcutiūt  
& hal-

*Ergo placuit, ad hunc primum ferre-*  
*mus aditum, ut* \* *concepta pugna manus*  
*vnicæ, nullo negotio cunctis opibus otio-*  
*sè potiremur. Nec mora, cum noctis ini-*  
*tio foribus eius præstolamur: quas ne-*  
*que subleuare, neque dimouere, ac nec*  
*perfringere quidem nobis videbatur, ne*  
*valuarum sonus cunctam viciniam no-*  
*stro suscitaret exitio. Tunc itaque su-*  
*blimis ille vexillarius noster Lama-*  
*thus, spectata virtutis suæ fiducia, quæ*  
*\* clavis immittenda foramen patebat,*  
*sensim immissa manu claustrum euelle-*  
*re gestiebat. Sed dudum scilicet omnium*  
*bipedum nequissimus Chryseros vigi-*  
*lans, & singula rerum sentiens, \* leuem*  
*gradum & obnixum silentium tolerans,*  
*paulatim adrexit, grandique clauo ma-*  
*num ducis nostri repente \* nixu fortissi-*  
*mo ad ostij tabulam offigit: & exitibili*  
*nexu patibulum relinquens, gurgustiolū*  
*sui tectum ascendit, atque inde conten-*  
*tissima voce clamitans, rogansque vici-*  
*nos, & unumquemque proprio nomine*  
*ciens, & salutis communis admonens,*  
*dissamat incendio repentino domum*  
*suam possideri. Sic unusquisque proxi-*  
*mi periculi consinio territus, suppetia-*  
*tum \* decurrere anxij.*

& hallucinantur. *Foribus eius præstolamur.*] præstò sumus ad fores. Dicimus præstolor tibi & præstolor te, vt grammatici docent. Est autem præstolari, præstò esse & expectare. Præstolor tibi, præstò sum tibi, appareo, obsequor: præstolor te, expecto te. *Valuarum sonus.*] Valuæ sunt, vt dicit Varro, & repetit Seruius, quæ resoluuntur, & se vallant. Fores propriè dicuntur, quæ foràs aperiuntur: sicut apud veteres fuit vsitatum. Inde Forculus Deus dictus, qui præest foribus: sicut Cardea cardini, Limentinus limini. *Sonus.*] Sic Virg. Foribus cardo stridebat ahenis. *Vexillarius.*] ductor ac signifer: verbum militare. Vexillationes, equitum ala sunt Vegetio. Ordo in Romana militia, sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat: vt docet Liu. lib. 8. Tribus ex vexillis constat ordo: primum vexillum triarios ducebat, secundum rotarios, tertium accensos. Sunt autem rotarij milites, qui leui armatura primi prælium committebant: dicti à rorare, quòd ferè antè rorat quàm pluit. Vexillum rosei coloris erat, quo pedites euocabantur: caruleum verò, quo equites. Autumat Seruius, vexillum dici à veli diminutione. Contra M. Tul. in Oratore, velum ex vexillo factum contractione verbi docet: literã enim vastiorem, vt verbis eius vtar, ex maxillis & axillis, & vexillo & pauxillo. consuetudo elegans Latini sermonis euellit. *Omnium bipedum nequissimus.*] Ex illo Sallustiano ducta elocutio: lugurtha homo omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus. Plin. in epistolis: Regulus, inquit, omnium bipedum nequissimus. Ab aliis dicitur de homine improbo: Non solum bipedum, sed etiã quadrupedum nequissimus. *Obnixum silentium.*] omni nixu conatũque custoditum, sine vllò sonitu, & anhelatione cohibita. *Nixu.*] conatu & impetu. *Offigit.*] affigit, connecti que. Ob enim pro ad, in frequenti vsu est eruditorum: vnde oboritur, pro adnas citur: & ob os, ad os: & obmoueto, pro admoueto dicebatur. Omnes occisi occensique, dixit Ennius, pro accensi. *Patibulum relinquens.*] id est, ita affixum, quemadmodum in patibulo affigi fontes solent. Patibulum est crux, vocabulo notissimo. Sallustius: Patibulo eminens affigebatur. Alias patibulum ferra significatur, qua hostia ocluduntur: ex eo quòd hac remota, ianux pateant. Hoc significatu accipi videtur à Catone, cùm ait: Fiscinas, corbular, quala, scalas, patibula omnia, quis vsus erit, in suo quæque loco ponito. Vbi quala intelligit canistra. *Curgustioli.*] tuguriunculi, & domunculæ, de quo supra. Plautus ligellum dixit pro tuguriolo, in Aulularia, hisce verbis: Tu à ligello fuisti, qui exis foras. Id Plauti testimonium aduocat Nonius, quod nusquam extat in Plauti codicibus: nisi forsã legebatur is versus in ea par-

te fabulæ, quæ intercudit. Est enim Aulularia mutilata. Ego existimo verba hæc Plautina à Nonio citata, esse illa quæ vulgò sic leguntur: Clamat continuò fidem, de suo tigillo fumus si quæ exit foras. nam si syllabatim perpendas singulas dictiones, facile liquebit inuersa esse, & deflexa verba archetypo: & illa pro tigillo, legemus ligello in Plautina fabula, si Nonio credimus. *Contentissima.*] sublatissima, vocalissima. Duplex vis orationis est: altera contentionis, altera sermonis. Contentio quæ acrior est & concitator, tribuitur actionibus forensibus: sermo in circulis congressionibusque familiarium versatur. Contentionis rhetorum præcepta sunt, nulla sermonis: quanquam M. Tullius quædam veluti præcepta dat in primo de Officiis. *Salutis communis.*] Horatius: Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet. *Diffamat.*] diuulgat. *Suppletatum.*] auxiliatum. Suppetias auxiliium dicimus: de quo verbo supra affatim, & apud Suetonium.

*Medium.*] Corrigere, *remedium.* *Ere nata.*] ex occasione rei præsentis capto consilio, ut iam dictum est. *Commisimus.*] Lego, *commisimus*, id est, excogitamus, inuenimus. *Antesignani.*] quem superius vexillarium nominauit, modò antesignanum appellat, vocabulo peræquè militari: antesignanos, enim, ut verbo ipso declaratur, milites dicunt, qui antesigna sunt, quos tamquam duces reliqui sequuntur. Apud Vegetium antesignani dicuntur Campigeni:

*Tunc nos in ancipiti periculo constituti, vel opprimendi nostri, vel deserendi socij, medium è re nata validum, eo volente, \* commisimus. Antesignani nostri partem, qua manus humerum subit, ictu per articulum medium \* temerato, prorsus \* abscindimus: atque ibi brachio relicto, multis lacinys offulto vulnere, ne stille sanguinis vestigium proderent, ceterum Lamathum raptim reportamus. Ac dum trepidi regionis urgemur graui tumultu, & instantis periculi metu terremur ad fugam, nec vel sequi properè, vel remanere tuto potest, vir sublimis animi, virtutisque principuus, multis nos affatibus, multisque precibus \* querens adhortatur, per dextram Martis, per fidem sacramenti, bonum commilitonem cruciatu simul & captiuitate liberaremus. Cur enim manu, qua rapere & ingulare sola posset, fortem*

fortem latronem superuivere? Sat se beatum, qui manu socia volens occumberet. Cùmque nulli nostrum spontale parricidium suadens, persuadere posset, manu reliqua sumptum gladium suum, diuque deosculatus, per medium petus ictu fortissimo transfadigit. Tunc nos magnanimi ducis vigore venerato, corpus reliquum veste linea diligenter conuolutum, mari celandum commisimus: & nunc iacet noster Lamathus elemento toto sepultus. Et ille quidem dignum virtutibus suis vite terminum posuit.

uetur incolume. Ideoque chirurgus, ut scite præcipit Celsus, esse debet adolescens, manu strenua, stabili, nec unquam intremiscente. Archagathus Peloponensis, à sæuitia secandi vrendique vulnerarius vocatus fuisse fertur. *Multis lacinijs.*] Signat vulnus obligatum obuolutumque fuisse, atque constrictum multis pannis, linteolisque ne guttæ sanguinis ad terram procidentes facinus detegerent, & secutoribus proderent vestigia. *Ceterum.*] sine brachio truncum, truncatumque. *Religionis.*] Purior lectio est, *Regionis.* Consimiliter Virgil. Ignari hominumque locorumque Erramus. *Affatibus.*] allocutionibus. Virgil. Quoniam ambire furentem Audeat affatu. *Per fidem sacramenti.*] Sacramento militari obligati milites iurant, omnia se strenuè facturos quæ præcepit imperator, nunquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Romana Repub. Hinc sacramenta pro militibus vsurpant eruditi. Iuuenalis: Comoda nunc alia atque alia emolumenta notemus Sacramentorum. Autumant eruditi, militiam eorum propriè legitimam esse, qui singuli iurabant pro Repub. se cuncta facturos, nec discedebant, nisi completis stipendiis: idque sacramentum vocabatur. Nunc parili sacramento latrocinialis societas obstringitur. *Commilitonem.*] Commilitres, & commilitones dicti, unâ militantes: Comanipulones quoque, quasi eiusdem manipuli: & comanipulatio dicta, societas comanipulorum. Spartianus: Idem ob unius gallinacci direptionem decem comanipulones, qui raptum ab uno comederant, securi perculti iussit. Item: iussit ut tota

ideò sic nominati, quia eorum opera atque virtute exercitij genus crescit in campo. *Temerato.*] Corrigere, temperato, quasi temperamento quodam librato. *Per articulum medii.*] Ex disciplina sectionis ita membra abscinduntur ferramento, per articulum temperato, ut reliquum corpus fer-